bile: niſi ſolum deum patrem & filium et ſpi
ritumſanctum qui mutari non poteſt a bono
quia natura poſſidet bonum: nec poteſt aliud
eſſe q̄ꝫ bonus. ¶ Angeli vero qui in illa qua
creati ſūt beatitudine perſeuerant: non natu
ra poſſidēt bonum vt nō mutarētur cū cet̄is
ſed arbitrii ſeruantes bonam voluntatem: bo
num cōditionis & fidem. ſ. ſeruauerunt dn̄o
ſuo. Vnde & merito ab ipſo domino ſancti an
geli vocantur. q̄d tenuerunt arbitrii ſancti-
tatem: nec ſocioꝝ exemplo deuiauerunt a bo
no. ¶ Bone nuptie ſūt: ſed cauſa filioꝝ non
concupiſcentie fornicationis obtentu. Meliō

eſt cõtinentia:ſed non ſibi ſufficit ad beatitu
dinem: ſi ꝓ ſolo amore pudicicie retinetur:
ſed ſi cum hoc affectu cauſa vacandi dño eli-
gitur. alioquin diuorciũ magis cõiugii vide
bitur eſſe q̃ caſtitas. Virginitas vtriq; bono
ꝑcioſior eſt. quia & naturam vincit & pug-
nam. Nam naturam corporis ĩtegritate pug
nã caſtimonie pace. ¶ Bonum eſt in cibo cũ
gratiaꝝ actione ſumere quicqd de9 edendũ
ꝑcepit. abſtinere autem aliquibus non quaſi
a malis:ſed quaſi non neceſſariis nõ eſt malũ
¶ Moderari vẽo carnium vſum ꝓ neceſſita
te et tempore. ꝓprie criſtianoꝝ eſt malas di
cere nuptias vl' fornicationi cõparandas aut
ſtupro. cibos vẽo credere malos vel mali cau
ſa creari percipientibus:nõ eſt criſtianorum
ſed ꝓprie eneracbitaꝝ & manicheoꝝ. ¶ Sa
crate deo virginitati nupcias coequari & ꝓ
amore caſtigandi corporis abſtinẽtibus a vi
no vel carnibus:nihil credere meriti accre-
ſcere:nõ eſt hoc criſtiani ſed iouiniani. ¶ In
tegra fide credendum eſt beatam mariã dei
criſti matrem & virginem genuiſſe: & poſt
partum virginem ꝑmanſiſſe:nec in hoc blaſ-
phemie heliudii acquieſcendũ: qui dixit vir
go ante partum:non virgo poſt partũ.
¶ Elementa. id eſt celum & terram non cre
damus abolenda per ignem:ſed in melius cõ
mutanda. figuram mundi. id eſt imaginem
non ſubſtantiam tranſituram. ¶ Bonum eſt
facultates cum diſpẽſatione pauperibus ero
gare. melius eſt pro intentione ſequendi do
minum inſemul donare & abſolutum ſolicitu
dine egere cum criſto. ¶ Maritum duaꝝ
poſt baptiſmum matronarum clericum non
ordinãdum. neq; eum qui vnam quidem:ſed
cõcubinam non matronam habuit: nec illum
qui viduam & repudiatam: vel meretricem
in matrimonio ſũpſit. nec eum qui ſemetipſũ
abſcidit quolibet corporis ſui membro indig
natione aliqua:vel iuſto iniuſto ve:timoȩ ſu
peratus trũcauerit. neq; illum qui vſuras ac
cepiſſe cõuincitur. aut in ſcena luſiſſe noſcit̃
neq; eum qui publica penitẽtia mortalia de-
flet. nec illum qui aliquando ĩ furiam verſ9
inſaniuit:vl' afflatione dyaboli vexatus eſt.
neq; eum qui per ambitionem ad imitationẽ
ſymonis magi peccuniam offert.
¶ Sanctoꝝ corpora & precipue beatorum
martirum reliquias ac ſi criſti membra ſince
riſſime honoranda & baſilicas eorum nomi-
nib9 appellatas:velut loca diuino cultui mã-
cipata affectu piiſſimo & deuotione fideliſſi
ma adeundas. Siquis contra hanc ſententiaȝ
venit non criſtianus: ſed eunomianus & vi-
gilantianus credit̃.

¶ Baptizatis tãtum iter eſſe ſalutis. Nullũ
cathecuminum quãuis in bonis operibus de
functum vitam eternam habere credam9 ex
cepto martirio:vbi tota baptiſmi ſacramẽta
cõplentur. ¶ Baptizandus confitet̃ fidẽ ſuã
coram ſacerdote: & interrogtus reſpondit.
Hoc & martir coram perſecutore facit: qui
& cõfitetur fidem & interrogatus reſpõdit
Ille poſt confeſſionem vl' aſpergitur aqua vl'
tinguitur:et hic vel aſpergitur ſanguine. vl'
tinguit̃ igne. Ille manus impoſicione pontifi
cis accipit ſpiritumſanctum: hic habitaculũ
efficitur ſpiritusſancti dum non eſt ipſe qui
loquitur:ſed ſpiritus patris qui in illo loquit̃
Ille cõmunicauit eucariſtie in cõmemoratio-
ne mortis domini. hic ipſi criſto cõmoritur:
ille confitetur ſe mundi actibus renunciatuꝝ
hic ipſi renunciat vite. Illi peccata omnia re-
mittuntur:in iſto extinguuntur.
¶ In eucariſtia non debet aqua pura offer
ri vt quidam ſobrietatis imagine falluntur:
ſed vinum et aqua mixtum quia & vinũ fuit
in redemptionis noſtre miſterio cum dicit.
Nõ bibam amodo ex hoc genimine vitis. Et
aqua erat mixtum:qđ poſt cenam dabatur.
Sed & de latere ei9 quod lancea perfoſſum
eſt:aqua cum ſanguine egreſſa. vinum de ve
ra carnis eius vite cum aqua expreſſum oſtẽ
ditur.
¶ Bona eſt caro noſtra & valde bona. vtpu
te a ſolo & bono deo condita et non eſt mala
vt volunt ſethianus & opinianus & patricia
nus. nec mali cauſa. vt docuit florin9:nec ex
malo & bono cõpacta vt manicheus blaſphe
mat:ſed cum ſit creatione bona:arbitrio ani-
me efficitur nobis uel bona:vel mala:non im
mutatione ſubſtantie:ſed executionis merce
de. Ipſa enim eſt que ſtatuitur ãte tribunal
criſti: in qua perferat anima corporis prout
geſſit ſiue bonum ſiue malum.
¶ In reſurrectione ex mortuis ſexus forma
non mutabitur: ſed vir mortuus reſurget in
forma viri:et femina in forma femine non ca
rens ſexu. ſed tamen huius vite tantum con
ditione ſpetie naturali:ne non ſit vera reſur-
rectio:ſi non id reſurgit quod cadit.
¶ Ante reſurrectionem domini omnes ſan
ctorum anime in inferno ſub debito preuari-
cationis ade tenebãtur donec auctoritate do
mini per indebitam eius mortem de ſeruili
conditione liberarentur. Poſt aſcenſioneȝ do
mini ad celos omnium ſanctorum anime cũ
criſto ſunt: & exeuntes de corpore ad criſtũ
vadunt: expectantes reſurrectionem corpo-
ris ſui. ut ad integram & perpetuam beati-
tudinem cum ipſo pariter immutentur. ſicut

& peccatorum anime in inferno ſub timore
poſite expectant reſurrectionem ſui corpo-
ris vt cum ipſo ad penam cōuertantur eter-
nam.

¶ Penitentiam abolere peccata indubitant
credimus etiam ſi in ultimo vite ſpiritu ad-
miſſorum peniteat: & publica vel ſupplici la-
mentatione peccata prodantur. quia ꝓpoſi-
tum dei quo decreuit ſaluare quod perierat
ſtat immobile. & ideo quia voluntas eius nō
mutatur. ſiue emendatione vite ſi tempus
conceditur. ſiue ſupplici confeſſione: ſi conti
nuo vita exceditur. venia peccatorum fide-
liter preſumatur ab illo qui non vult morteꝫ
peccatoris: ſed vt conuertatur a perditione
penitendo & ſaluatus miſeratione domini vi
uat. Si quis aliter de iuſtiſſima dei pieta-
te ſentit non criſtianus: ſed nouacianus eſt.

¶ Internas anime cogitationes dyabolum
non videre certi ſumus: ſed motibus eas cor
poris ab illo & affectionum indiciis colligi
& experimento didicimus. ſecreta autem cō
dis ſolus ille nouit ad quem dicitur. Tu ſolꝰ
noſti corda filiorum hominum.

¶ Nō omnes cogitationes noſtre male ſem
per dyaboli inſtinctu excitantur: ſed aliquo
tiēs ex noſtri arbitrii motu emergunt. bone
autem cogitationes ſemper a deo ſūt.

¶ Demones per energiam non credimus
ſubſtantialiter illabi anime: ſed applicatione
& oppreſſione vniri. Illabi autem menti illi
ſoli poſſibile eſt: qui creauit: qui natura ſubſi
ſtens incorporeus capabilis eſt ſue facture.

¶ Signa & prodigia & ſanitates etiam
peccatores in nomine domini facere ab ipſo
deo didicimus: & cum alios hac preſumptio
ne iuuent ſibi per ambitionem humane glo-
rie nocent: qui gloriantur in dato falſo non
meritis debito.

¶ Signis & prodigiis clarū poſſe fieri cri
ſtianum: non tamen ſanctum: ſi intempora-
tis & aſperis moribꝰ agat. temporatis au-
tem & placidis moribus etiam abſq; ſignorū
efficatia: & ſanctum & perfectum dei homi-
nem fieri recte credimus.

¶ Nullus ſanctus & iuſtus caret peccato
nec tamen ex hoc deſinit eſſe iuſtus vel ſan-
ctus. cum affectu teneat ſanctitatem. Non
enim nature viribus: ſed propoſiti adiuuamē
to per dei gratiam acquirimus ſanctitatem
& ideo veraciter ſe omnes ſancti pronunciāt
peccatores quia in ueritate habent q̄d plan-
gant. & ſi non reprehenſione conſcientie: cer
te mobilitate preuaricatricis nature.

¶ Paſcha id eſt dominice reſurrectiōis ſo-
lennitas: ante tranſgreſſum vernal' equinoc
tii. & ſexte decime lune inicium non poteſt
celebrari: eodem tamen menſe nate.

¶ Propter nouellos legiſlatores qui ideo
animam tantum ad imaginem dei creatam
dicunt. vt quia deus incorporeus recte credi
tur etiam anima incorporea eſſe credatur. li
bere cōfitemur imaginem in eternitate: ſimi
litudinem in moribus inuenire.

¶ Liber quintus incipit.


¶ De ſanctis ſcripturis: hoc eſt veteris & noui teſtamenti. Ca. i.

¶ De auctoribus eorundē librorꝫ. Ca. ii.

¶ Breuis annocatio que indicat quid ī ſanctis canonicis libris cōtineatur. Ca. iii.

¶ De bibliotheca. Ca. iiii.

¶ De opuſcolorum varietate. Ca. v.

¶ De canonibus euāgeliorum Ca. vi.

¶ De canonibus conciliorum. Ca. vii.

¶ De ciclo paſchali. Ca. viii.

¶ De officiis canonicis & de hiis que in eccleſia leguntur atq; canunt̄. Ca. ix.

¶ De hoſtiis holocauſtis atq; ſacrificiis & quid eorꝫ ſpecies ſingule ſignificēt. Ca. x.

¶ De ſacramētis diuinis vbi quid in hiis bonum gerendum ſit demōſtratur. Ca. xi.

¶ De exorciſmo. Ca. xii.

¶ De ſimbolo. Ca. xiii.

¶ De oratione & ieiunio. Ca. xiiii.

¶ De penitentie ſatiſfactione atq; exomologeſi. Ca. xv.

Incipit liber quintus. De ſanctis ſcrip
turis. hoc ẽ veteri & nouo teſtamẽto.

VETUS TESTAMEN
tum ideo dicitur. quia ve
niente nouo ceſſauit . De
quo apſtus meminit. Vete
ra tranſierunt. & ecce fac
ta ſũt omnia noua. Teſta-
mentum autẽ nouum ideo
nuncupatᷓ. quia innouat. Non enim illud diſ-
cunt niſi renouati. homines ex vetuſtate per
graciã. & ptinentes iam ad teſtamentum no
uum qd̄ eſt regnum celorũ. Hebrei enim ve
tus teſtamentum eſdra auctore iuxta nume-
rum literarũ ſuarum. in xxii. libros accipiũt
diuidentes eos in tres ordines legis ſcꝫ & ꝓ-
phetarum atq; agiographorũ . Primus ordo
legis in quinq; libris accipitᷓ. quorum primꝰ
eſt breſith. qui ẽ geneſis. Secũdus elleſmoth
qui eſt exodus. Tercius vaiecra. qui eſt leui
ticus. Quartus vaiedaber. qd̄ eſt numerus.
Quintus belleaddabarim. qd̄ eſt deuterono
mium. Hi ſũt quinq; libri moyſi quos hebrei
thorath. latini legẽ appellant . Proprie autẽ
lex appellatᷓ que ꝑ moyſen data eſt. Secũdus
ordo ꝓphetarum in quo continentᷓ libri octo
quorum primus ioſue bennun qui latine ieſu
naue dicitᷓ. Secundus ſobthim qui ẽ iudicum
Tercius ſamuel qui ẽ regũ primus. Quartꝰ
malachim qui eſt regum ſecũdus . Quintus
eſaias. Sextus ieremias. Septimus ezechiel
Octauus thariſtra qui dicitᷓ xii. ꝓphetarum
qui libri quia ſibi ꝑ breuitate adiuncti ſunt
pro vno accipiuntᷓ. Tercius ẽ ordo agyogra-
phorum id ẽ ſancti ſcribenciũ in quo ſunt li-
bri nouẽ quorum primus iob. Secundus pſal
terium qui in quinq; inciſionibus diuiditur.
Tercius maſloth qd̄ eſt ꝓuerbium ſale motꝰ
Quartus coeleth qui ẽ eccleſiaſtes. Quintus
ſiraſirim quod eſt cantica canticorũ . Sextus
daniel . Septimus dabreiamin qd̄ eſt verba
dierum. id ẽ paralippomenon. qui & cronicõ
Octauus ẽ eſdras qui in duos libros diuiditᷓ
apud grecos & latinos. Nonus heſter . Qui
ſimul omnes v. & viii. & viiii. fiunt xxi iſiẽ
ſuperius ꝯprehenſi ſunt. Quidam autẽ ruth
& cinoth . qd̄ latine dicitᷓ lamentacio ihere-
mie agyographis adiciũt. & xxiiii. volumi-
na teſtamẽti veteris faciunt . iuxta xxiiii. ſe
niores qui ante ꝯſpectũ dei aſſiſtunt. Quar-
tus ẽ apud nos ordo veteris teſtamẽti eorum
librorum qui in canone ebraico non ſũt. quo
rum. Primus ſapiẽcie liber eſt. Secũdus ec-
cleſiaſticus. Tercius tobi . Quartus iudith.
Quintus & . Sextus machabeoꝝ quos licet
iudei intra apocrifa ſeparent eccleſia tamẽ
criſti eos inter diuinos libros honorat & pre
dicat. In nouo autẽ teſtamento duo ſũt ordi
nes. Primus euãgelicus in quo ſũt. matheus
marcus. lucas. iohannes. Secundus apoſtoli
cus in quo ſũt in xiiii. epiſtolis. petrus in du
abus. iohannes in tribus. iacobus & iudas in
ſingulis actus apoſtoloꝝ & apocalipſin iohan
nis. Alii autẽ vetus & nouum teſtamentum
in ſeptuaginta duos libros diſtinguũt ita vt
primi legis moyſi libri quinq; ſint. hoc eſt ge
neſis. exodus. leuiticus. numerus. deutero-
nomium. Hos ſecuntᷓ hiſtorici libri ſedecim
ieſunaue ſcꝫ & iudicũ libri ſinguli. ſiue ruth.
regum eciam libri quatuor. paralippomenõ
duo . tobi q; & heſter atq; ſinguli ebre duo.
& duo machabeoꝝ. ſuper hos ꝓphetici libri
ſedecim ſunt. eſaias. iheremias . ehechiel &
daniel libri ſinguli duodecim quoq; ꝓpheta-
rum libri ſinguli & hec quidem prophetica
ſũt . Poſt hec verſuum octo libri habentᷓ qui
diuerſo apud hebreos metro ſcribuntur id ẽ
iob liber. & liber pſalmorũ & ꝓuerbiorum.
& eccleſiaſtes & cantica canticoꝝ. ſiue ſapiẽ
cie & eccleſiaſticus lamẽtacioneſq; iheremie
Sic quoq; cõplentur libri veteris teſtamenti
xlv. Noui autẽ teſtamenti primum quatuor
euangelia ſũt. mathei. marci. luce. & iohan-
nis . Hos quatuordecim pauli apſti ſequuntᷓ
quibus ſubiuncte ſũt. ſeptem canonice epſte
iacobi. petri. iohannis . & iude. actus quoq;
duodecim apoſtoloꝝ quorũ omnium ſignacu
lum eſt apocalipſin iohannis qd̄ eſt reuelacio
iheſu xp̄i qui omnes libros & tẽpore & ordi
ne. Hi ſũt libri canonici ſeptuaginta duo &
ob hoc moyſes ſeptuaginta elegit preſpite-
ros qui ꝓphetarent. Ob hoc & iheſus domi
nus noſter ſeptuaginta duos diſcipulos pre-
dicare mandauit. Et quomodo ſeptuaginta
due lingue in hoc mundo erãt diffuſe ꝯgrue
ꝓuidit ſpiritus ſanctus. vt tot libri eſſent q̊t
naciones quibus populi & gentes ad ꝑcipien
dam fidei graciã edificarentᷓ. Hec ſunt noua
& vetera que de theſauro dei ꝓferuntur .
& quibus cuncta ſacramentorũ miſteria re-
uelantᷓ. Hi ſunt duo ſeraphin qui in cõfeſſio-
nem ſancte trinitatis iugiter decantãt agios
& dicẽtes ymnum erumpũt. Hee littere ſa-
cre . hi libri integro numero & autoritate.
Aliud cum iſtis nihil eſt ꝯparandum. q̄cquid
extra hos fuerit ĩter ſancta et diuina nullate
nus ẽ recipiẽdum. hec duo teſtamẽta in mul
tis locis ſcripture ſacre prefigurata ſũt. Naꝫ
illi duo molares lapides ſũt quos lex ꝓhibet
diuidere atq; in loco pignoris tollere . quia
neutrũ teſtamẽtum auferendum ẽ ab altero

quando vtraqꝫ neceſſaria ſūt ad panē celeſtē
conficiēdum vt animarum paſtum ꝑparent
Item duo cherubin iuxta archam poſita ſig-
nificant duo teſtamēta eccleſiam dei ꝓtegen
cia Item abacuc ꝓpheta duo deſcribit anima
lia in quoꝝ medio deus innoteſcit . Summa
autem vtriuſqꝫ teſtamēti trifarie diſtinguit
id ē . in hiſtoria . in moribꝯ . in allegoria . Rur
ſus iſta tria multifarie diuidunt . id ē quid a
deo . quid ab angelis vel ab hominibus geſtū
dictumqꝫ ſit . quid a ꝓphetis nunciatum de
xp̄o & corpore eius . quid de dyabolo & mē-
bris eius . quid de vetere & nouo populo . qd
de ꝑſenti ſeculo & futuro regno atqꝫ iudicio

De auctoribus eorundem librorum.

Veteris teſtamēti ſecundum hebreo
rum tradicionē hi perhibent aucto
res. Primus moiſes diuine hiſtorie
coſmographiā in quinqꝫ voluminibus edidit
qđ penthaticum nominat. Pentaticus autē
ſiue pētatheucus a quinqꝫ voluminibus dicit
Pentha enim grece quinqꝫ theucus volumē
vocat. Geneſis liber inde appellat eo qđ exor
dium mundi & generacio ſeculi in eo conti-
neatur. Exodus vero exitū ab egipto egreſ-
ſumqꝫ populi iſrahel digerit & ex cauſa no-
men accepit. Leuiticus appellatus eo quod
leuitarum miniſteria & diuerſitatē victima
rū exequit totuſqꝫ in eo ordo leuiticus anno
tatur. Numeroꝝ liber vocatur eo quod in eo
egreſſe de egypto tribus dinumerant & qua
draginta duarū per heremū manſionū in eo
deſcripcio continet. Deuteronomium greco
ſermone appellat quod latine interpretat ſe
cunda lex . id ē repeticio & euangelice legis
prefiguracio . qui ſic ea habet que priora ſūt
vt tamē noua ſint omnia que in eo reperiunt
Ioſue liber nomē accepit a iheſu filio naue cu
ius hiſtoriam cōtinet . ſcriptorē vero eiuſdeꝫ
ioſue eſſe hebrei aſſerūt . In cuius textu poſt
erior danis tranſitum regna hoſtium ſubuer
tuntur . terra populo diuidit & per ſingulas
vrbes viculos montes atqꝫ cōfinia & eccleſie
celeſtiſqꝫ iheruſalem ſpiritalia prefigurant.
Iudicum nominat a principibus populi . qui
ꝓfuerunt in iſrahel poſt moiſen & ioſue ante
quam ſaul & dauid & ceteri reges exiſterēt
Hunc librum edidiſſe credit ſamuel . Liber
ſamuel eiuſdem ſamuelis natiuitatē & ſacer
docium et geſta deſcribit idcirco & ab eo no
men accepit. Et quāuis hic liber ſaul & da-
uid hiſtoriā contineat . tamē ad ſamuel refer
tur . quia ipſe vnxit ſaul in regnū ipſe dauid
in regē futurum . Cuius libri primā partem
ↄſcripſit id ē ſamuel ſequencia vero eius vſqꝫ
ad calcem ſcripſit dauid. Malachim liber ꝓ
inde appellat eo quod reges iude & iſrahelī
tice gentiſqꝫ geſtaqꝫ eoꝝ per ordineꝫ digerat
temporum. Maloch enim hebraice latine re
gum interpretat. Hunc librū iheremias pri
mus in vnū volumē coegit. Nam antea ſpar
ſis erat ꝑ ſinguloꝝ regum hyſtorias. Paralip
pomenon grece dicit qđ nos preter miſſorū
vel reliquoꝝ dicere poſſumus quomodo ea q̄
in ſamuele vel regū libris vel omiſſa vel non
plene relata ſūt . in iſto ſummatim ac breuit
explicant. Librum iob quidā moyſen ſcripſiſ
ſe arbitrant alii vnum ex ꝓphetis non nulli
vero eundē iob poſt plagā ſue paſſionis ſcrip
torem eius fuiſſe exiſtimant arbitrātes vt q̄
certamina ſpiritalis pugne ſuſtinuit . ipſe nar
raret quas victorias expetiuit. Principia au
tem & finis libri iob apud hebreos proſa ora
cione texta ſūt . media autē ipſius ab eo loco
quo ait pereat dies in qua natus ſum . vſqꝫ ad
eum locum vbi dicit idcirco ipſe me reprehē
do . & ago penitenciā omnia heroico metro
diſcurrim . Pſalmoꝝ libri grece pſalterium.
hebraice nabla latine organū dicit. Vocatus
aūt pſalmoꝝ liber qđ vno ꝓpheta canēte ad
pſalteriū chorus ↄcinendo reſponderet. Ti-
tulus autē in pſalmis hebraicus ita eſt . ſpher
thi̅a . hl̅m . qđ interpretat volumen ymnorū.
Auctores autē pſalmorum qui ponunt in ti
tulis moiſes ſcilicꝫ & dauid & ſalemō . aſaph
ethan . & idithun & filii chore . eman ezrahe
lita . & reliqui quos eſdras vno volumine cō
prehendit. Omnes autē pſalmi apud hebre-
os metrico carmine conſtant eſſe compoſiti.
Nam in morē romani flacci et greci pindari
nunc iambico currūt . nunc alcaico ꝑſonant.
nunc ſafico tonant . trimetro vel tetrametro
ꝑede incedenter. Salemon filius dauid regis
iſrahel iuxta numerum vocabulorū ſuorum
tria volumina edidit . Quoꝝ primus eſt maſ
loth quem greci parabolas latini ꝓuerbia no
minant . eo qđ in ipſo ſub comparatiua ſimili
tudine figuras verboꝝ & ymagines verita-
tis oſtendit . ipſam autē veritatē ad intelli-
gendum legentibus reſeruauit . Secundum
librū coeleth vocauit qui grece eccleſiaſten
dicit . latine cōcionator eo qđ ſermo eius nō
ſpecialiter ad vnum ſicut in ꝓuerbiis . ſed in
aduerſos generaliter dirigat docēs omnia q̄
in mundo cernimus caduca eſſe & breuia &
ob hoc minime appetenda . Tercium librū ſi
raſirim ꝓnotauit quod in latinā linguam ver
titur canticū canticoꝝ vbi per epithalamiū
carmē coniunctioneꝫ criſti & eccleſie miſtice
canit. Dictum autē canticum canticoꝝ eo qđ
omnibꝯ canticis preferant que in ſcripturis
ſacris habent . ſicut quedam in lege dicuntur

ſancta quibus maiora ſūt ſancta ſanctorum.
Horum autē trium librorū carmina exame-
tris & pentametris verſibus apud ſuos com
poſita perhibent̄. vt ioſephus & iheronimus
ſcribunt. Eſaias euangeliſta pocius quam ꝓ
pheta edidit librum ſuū. cuiꝰ omnis textus
eloquēcie proſa incedit. canticā vero exame
tro & penthametro verſu diſcurrit. Hiere-
mias ſimiliter edidit librū ſuum cum terre-
nis quod nos lamēta vocamus eo qđ in triſti
oribus rebus funeribuſq; adhibeant̄. in qui-
bus quadruplex diuerſo metro compoſuit al
phabetum quoꝝ duo prima q̄ſi ſafico metro
ſcripta ſunt. qui tres verſiculos qui ſibi nexi
ſūt & ab vna tantum litera incipiūt heroicū
comma ꝯcludit. Tercium alphabetū trime-
tro ſcriptum eſt & a trinis literis ideſt trini
verſus incipiūt. Quartum alphabetū ſimile
primo & ſecundo habet̄. Ezechiel & daniel
a viris quibuſdam ſapiētibus ſcripti eſſe per
hibentur. Quorum ezechiel principia & fi-
nis multis habent̄ obſcuritatibus inuoluta.
Daniel ſiro ſermone regna orbis ꝓnunciat &
tempus aduētus criſti manifeſtiſſima predi
cacione annotat. Hi ſūt quatuor ꝓphete qui
maiores vocant̄ quia ꝓlixa volumina condi-
derunt. Liber duodecim ꝓphetarum aucto
rum ſuorum nominibus prenotat̄. qui prop-
terea dicunt̄ minores quia ſermones eorum
breues ſunt. Vnde et conexi ſibimet inuicē
in vno volumine ꝯtinentur Quorum nomina
ſūt. Oſee. Iohel. Amor. Abdias. Ionas. Mic
heas. Vaum. Abacuc. Sophonias. Aggeus.
Zacharias & Malachias.
Eſdre liber auctoris ſui titulo prenotat̄. In
cuius textu eiuſdē eſdre neemieq; ſermones
pariter continent̄ Nec quemq; moueat quod
vnus eſdre dicit̄ liber. quia ſecūdus. tercius
& quartus non habent̄ apud hebreos ſed int̄
apocrifos deputantur.
Heſter librum eſdra credit̄ cōſcripſiſſe. in q̄
eadem regina ſub figura eccleſie dei populū
a ſeruitute. & morte. eripuiſſe ſcribit̄ atq;
interfecto aman qui interpretat̄ iniquitas
diei celebritas in poſteros mitit̄.
Liber ſapiēcie apud hebreos nuſquā eſt. Vn
de & ipſe titulus grecā magis eloquenciam
redolet. Hunc iudei filionis eſſe affirmant.
qui ꝓinde ſapiencie nominat̄. quia in eo xp̄i
aduētus qui eſt ſapiēcia patris & paſſio eius
euidenter exponitur.
Librum autem eccleſiaſticum certiſſime ihe
ſus filius ſirach iheroſolimita nepos iheſu ſa
cerdotis magni cōpoſuit. Qui liber apud la-
tinos ꝓpter eloquii parilitatē ſalemonis ti-
tulo prenotat̄. Dictus autē eccleſiaſticus eo
quod de tocius eccleſie doctrina & religioſa
cōuerſacione magna cura & racione ſit edi-
tus. Hic & apud hebreos reperitur ſed inter
apocrifos habetur. Iudith vero & tobi atq;
machabeorū libri quibus auctoribus ſcripti
ſint minime cōſtat. habent autē vocabula ex
eorum nominibus quoꝝ geſta ſcribunt.

QVatuor libros euangeliorū quatuor
euangeliſte ſingulariter ꝯſcripſerunt
Primus matheus ꝯſcripſit euangeli-
um litteris ebraicis & ſermonibus. in iudea
mittans euangelizare ab humana xp̄i natiui
tate dicēs Liber generacionis iheſu xp̄i filii
dauid filii abraā ſignificans deſcendiſſe cor-
poraliter ex ſemine patriarcharū xp̄m ſicut
ꝓmiſſum erat in ꝓphetis per ſpiritum ſanc-
tum. Secūdus marcus plenus ſpiritu ſancto
ſcripſit euangeliū criſti. eloquio greco ita-
lia ſecutus ē petrū vt diſcipulus. Is inicium
ab ſpiritu ꝓphetali fecit dicēs Vox clamātis
in deſerto parate viam domino. vt oſtende-
ret xp̄m poſt aſſumpcionē carnis euangeliū
p̄dicaſſe in mūdo Ipſe enī xp̄s & ꝓpheta dic
tus eſt ſicut ſcriptum ē. Et ꝓphetam in gen
tibus poſui te. Tercius lucas inter omnes e-
uāgeliſtas greci ſermonis eruditiſſimus qp
pe vt medicus in grecia euangeliū ſcripſit.
theophilo epiſcopo iniciās a ſacerdotali ſpiri
tu dicēs fuit in diebus herōdis iudee ſac̄dos
Zacharias xp̄m poſt natiuitatē carnis et pre
dicacionem euangelii hoſtiam fuiſſe effectū
ꝓ ſalute mundi. Ipſe eſt enim ſacerdos de q̄
dictum ē in pſalmis. tu es ſacerdos in eternū
ſecūdum ordinē melchiſedech. Vbi enim cri
ſtus aduenit ſacerdociū iudeorum obmittūt
lex & ꝓphecia ceſſauit. Quartus iohannes
ſcripſit euangeliū vltimus in aſia incipiens a
verbo vt oſtenderet eundem ſaluatorē qui ꝓ
nobis dignatus eſt naſci & pati. ipſum antē
ſecula dei verbum eſſe. ipſum e celo veniſſe
& poſt mortē ad celū iterū remeaſſe. Hi ſūt
quatuor euangeliſte quos per ezechielē ſpi-
tus ſanctus ſignificauit in quatuor animali-
bus. Propterea aūt quatuor animalia dicun
tur. quia per quatuor mūdi partes fides criſ
tiane religionis eoꝝ predicacione diſſemina
ta eſt. Animalia autē dicta ſūt quomodo pro
pter animam hominis predicat̄ euangelium
xp̄i. Nam & oculis plena erāt intus & foris
quomodo preuident euāgelia que dicta ſunt
a ꝓphetis & que ꝓmiſerat in prioribus. Cru
ra aūt eorum recta quia nihil prauū euange-
liis eſt. Et alas habebant ſenas tegētes cru-
ra & facies ſuas reuelata ſūt enim que tegē
bantur in aduentu xp̄i.
Euangeliū aūt interpretat̄ bona annūciacio

Grece enim eu bonum angelum annūciacio
dicit̄. Inde & angelus nūcius interpretat̄.
Paulus apoſtolus ſuas ſcripſit ep̄las quatuor
decim ex quibus nouem ſeptē eccleſiis ſcrip-
ſit. reliquas diſcipulis ſuis. timotheo. tito. &
philemoni. Ad hebreos autem epiſtola apud
pleroſqꝫ latinos eius eſſe incertum eſt. ꝓpter
diſſonanciā ſermonis eandemqꝫ alii barnaban
ſcripſiſſe. alii a clemēte ſcriptum fuiſſe ſuſpi
cantur. Petrus ſcripſit duas nominis ſui epi
ſtolas que catholice ideo nominant̄. quia nō
vni tātum populo vel ciuitati. ſed vniuerſis
gentibus generaliter ſcripte ſūt.
Iacobus & iohannes & iudas ſuas ſcripſerūt
epiſtolas. Actus apoſtoloꝝ primordia fidei
xp̄iane in gentibus & naſcentis eccleſie hyſ-
toriam digerit. Actuum apoſtoloꝝ ſcripto-
rem lucam eſſe ꝯſtat euangeliſtā in quo ope
naſcētis eccleſie infancia texit̄ & apoſtolorū
hyſtoria retinet̄ vnde & actus ap̄loꝝ dicit̄.
Apocalipſin librū iohannes euangeliſta ſcrip
ſit eo tēpore quo ꝓ euangelii p̄dicacione in-
pathmos traditur relegatus. Apocalipſin au
tem ex greco in latinum reuelacio interp̄ta-
tur. Reuelacio enim dicit̄ manifeſtacio eoꝝ
que abſcondita erant iuxta qđ & ipſe iohan
nes dicit. Apocalipſis iheſu xp̄i quam dedit
illi deus palam facere ſeruis ſuis. Hii ſūt ſcri
ptores ſacroꝝ librorum qui ꝑ ſpiritū ſanctū
loquentes ad erudicionem noſtram & p̄cep
ta viuēdi & credendi regulam ꝯſcripſerunt.
Pret̄ hec alia volumina apocrifa nuncupat̄.
Apocrifa aūt dicta. i. ſecta. qa in dubiū ve-
nit. Eſt enī occulta origo. nec patet patribꝫ
eqbus vſqꝫ ad nos auctoritas veraciū ſcriptu
rarū certiſſima & notiſſima ſucceſſione ꝑue
nerit In his apocrifis et ſi inuenit̄ a'iq̄ veritas
tn̄ ꝓpter m̄lta falſa nulla ē in eis canoīca au
ctoritas. Que recte a prudētibus iudicantur
non eſſe eorum credēda quibus aſcribuntur.
Nam multa et ſub nominibus ꝓphetarum et
recenciora ſub nominibus apoſtoloꝝ ab here
ticis ꝓferuntur. que omnia ſub nomine apo-
criforum auctoritate canonica diligenti exa
minacione remota ſūt. ¶ Ca. iii.

Breuis annotacō que indicat quid in ſanctis
canonicis libris contineat̄.

De diſputacione igit̄ veteris & noui
teſtamenti ordine libroꝝ & nume-
ro curſim breuiterqꝫ parua ꝓhemia
narracionū ſubiciam. Geneſis iuxta fidē hyſ
torie deſcripſit fabricam mundi & hominis
condicionem cathacliſmū & diuiſionem ter-
re confuſionēqꝫ liguarum geſta patriarchaꝝ
vſqꝫ ad ingreſſionē iſrahel in egiptum.
Exodus ꝯtinet hebreoꝝ ſeruitutem. ex egip
to egreſſum populi. nubem ꝓtegentem. trā
ſitum eciam rubri maris merſumqꝫ cum cur
ribus pharaonē. & glorie decantacionē. con-
greſſumqꝫ heremi cibum manne. & fluenta
in dulcedinē verſa mandata eciam decalogi.
pugnā amalech. & archam teſtamēti dedica
cionemqꝫ tabernaculi & oblacionem.
In leuitico autē lex ſacrificioꝝ hoſtiarūqꝫ di-
uerſitas indumētaqꝫ pōtificum & miniſteria
deſcribuntur ciborū eciam & diuerſitas pec-
catorū purgacioneſqꝫ vel hoſtie ordinant̄.
In numeris vero egreſſe de egipto tribꝫ enu
merantur xl. quoqꝫ & duarū ꝑ heremum mā
ſionum ſacramenta ſignant̄.
In deutronomio autem que eſt lex ſecunda
narrant̄ ea que inter pharan & aſſeroth. &
vſqꝫ ad cades barne fuerint pp̄lo dicta a moi
ſe mandata videlicet atqꝫ ꝓmiſſa maledictio
nes peccatorū ꝓmiſſiones beatitudines vbi
canticū moyſes canit vbi dicit benedictiones
filiis iſrahel. ibiqꝫ terra re ꝓmiſſionis reſpec-
ta morit̄ atqꝫ ſepelitur. Non nulli hebreorū
quatuor libros tantum ꝯputant legis id ē ge
neſim. exodum. leuiticum. numerum. Deu-
tronomium aūt repeticionem eorundē & q̄ſi
quoddam legis meditatoriū. ea dūtaxat raci
one qđ illi quatuor proprias cauſas rerū geſ
tarū ꝯtinent. iſte autē omniū quaſi iterando
ꝯtinet. In iheſu quoqꝫ libro filii iſrahel duce
iheſu iordanen tranſeunt ac ſeculo circunci-
dunt̄. ſubuerſiſqꝫ de hinc chananeoꝝ gentibꝫ
diuiſionē terre hereditatis ſorte ſuſcipiunt.
In libro iudicum continent̄ peccata & ſerui-
tutes iſr̄l exclamacōneſqꝫ & miſeraciōes dei
Liber ruth eiuſdem moabitidis texit hyſto-
riam de cuius ſtirpis familia deſcēdit dauid
Hunc hebrei libellum ad iudicū librū ſubiū
gunt quoniā eo tempore geſta eſſe memorā
tur qui in eo ſcripta ſūt. at contra latini ꝓ eo
qđ genus regium dauid retexit ortum ex ea
dem ruth moabitide ad corpus libri regnoꝝ
veratius eam ꝑtinere cōtendunt.
Liber regum quamqꝫ apud latinos ꝓpter ꝓ
lixitatem ſui. in quatuor partibus ſit deſer-
tus apud hebreos tamē in duobus diuiſus ē
voluminibus quoꝝ prim9 ſamuel ſcribit arc
ham domini a iudeis tranſiſſe ad gētes heli-
qꝫ ſacerdocium miſtice ī ſamuele fuiſſe tranſ
latum. in dauid ſaulis regis imperiū.
Malachim vero reges iudee & iſrahelitice
gentis geſtaqꝫ eoꝝ per ordinem digerit tem
porum ipſum qꝫ iſrahel ob errorem idolatrie
enarrat in aſſirios tranſmigratū ad extremū
edocet veniſſe nabuchodonoſor iheruſalē cap
tumqꝫ duxiſſe principē ac populū & ſubuer
tiſſe vrbem & templum.

Paralippomenon apud hebreos ſub vnius li
bri volumine continet̃ appellaturq; ab eis da
breiamin . id ē verba dierū apud nos autem
ꝓpter prolixitatē ſui in duabꝰ deciſus ē par-
tibus. Hec autē hiſtoria ordinē generacionū
& tempoꝝ cōtinens in qua ſcilicȝ non parua
ſanctarū ſcripturarū erudicio continet̃. Nam
ꝗ in hyſtoria veteris teſtamenti in locis ſuis
aut omnino omiſſa ſūt. aut fortaſſe nō plene
digeſta in iſta ſummatim ac breuiter exple-
ta ſūt. Cuius quidem ſeries a latere regum
ſiue regnorum ducta ꝑueniens ad illud vſq;
tempus quo & regnoꝝ textus finitur.

Iob liber cōtinet eiuſdem ſancti viri damna
funeſta vel flagella & contumelioſa conſolan
cium dicta. lamēta quoq; eius in quibus toci
us mundi deplorat miſeriam. ꝯſolaciones eci
am dei ad eum ꝑ turbinem eiuſq; duplicē bo-
norum in fine remuneracionē . Hic eciam ex
ſuis paſſionibus & verbis xp̄i expreſſit ima-
ginem coniunx vero eius carnaliū typum de
ſignat qui intra eccleſiam poſiti vitam ſpirita
lium moribus ſuis ſcandalizant. Amici vero
eius ſpeciem tenent hereticorum. ac figurā
peruerſoꝝ dogmatū porro helui q aduerſus
iob graui exprobracione initur ſignificat
eos qui intra eccleſiam predicant . & arro-
ganter & per timorem cordis. ac ſciencie fa
ſtum quicquid proferuntur. ſuperbie exem
plis oſtenduntur.

Liber pſalmorum quamq; vno includat̃ volu
mine non eſt tamen editus vno eodemq; auc
tore. Decem enim pene ꝓphete ſūt. qui eos
diuerſo tēpore ſcripſerunt id eſt moyſes. da
uid. ſalemon. aſaph. ethan. eman. idithun.
& filii chore aſir & ababab ſiue eſdra. nō nul
li eciā aggei zacharie. eſſe exiſtimant̃. de his
autē qui ſine titulis ſūt tradicio veterum ta
lis eſt. vt cuius auctoris preſcripcio preceſſe
rit ceteri qui ſine titulo ſecunt̃ ipſius eſſe cre
dantur. Eſt autē hic liber allegoricis ac typi
cis ſacramētis ſignatus. ſpecialiter aūt quod
natus qđ paſſus quod reſurrexit criſtus . ve
re hoc omne pſalmoꝝ reſonat organum . Sci
endum tamē quod apud hebreos omnes pſal
mi ꝑmixti fuerint & in ordinati quos quidē
primus eſdras in vnum volumē coegit & in
ordinē numerumq; diſpoſuit ac ꝑ occultum
ſacramenti miſteriū aliis alios ꝓtulit ordine
dum poſteriores videant̃ in tempore . Nam
ſecundum hiſtorie curſum tercius pſalmus
quinquageſimo poſterior. ſed ꝓpter miſteri
um in ordine prior eſt. Sic enim habentur &
ceteri. quia ſpiritus ſanctus eos ꝓordinauit
vt voluit. Salemō tria volumina edidit. Pri
mus ex his ꝓuerbiorum liber. Secūdus qui
appellat̃ eccleſiaſtes. Tercius cuius titulus
eſt cāticum canticoꝝ. In quibus quidem tri
bus libris trium generū diſciplinas compo-
ſuit quibus ad rerum ſcienciam peruenitur.
In primis namq; ethicam id ē moralem. poſt
hec phiſicam que qualitatē nature compre-
hendit. ad vltimū theoriam ideſt ꝯtemplaci
uam. In ꝓuerbiis enim moralia docens per
ꝯmunem quendam loquēdi vſum alciorem in
telligenciam edidit. conſeruacionēq; manda
torum & doctrine celeſtis inſtitucionem ſuc
cinctis verbis breuibuſq; ſentēciis coaptauit
Sunt autem ꝓuerbia ſub verbis aliis res ali
as explicancia que aliter ꝗ dicunt̃ intelligū
tur. plus in virtute ſentenciaꝝ ꝗ in ſono ver
borum. que greci parathimia vocant.

Eccleſiaſtes rerum naturā diſcuciēs cuncta
in mundo caduca & vana eſſe reꝑhendit re-
rumq; omniūq; fragilitate ꝯſpecta renūciari
mundo admonuit.

In canticis autem canticoꝝ ſuꝑ greſſus viſibi
lia atq; ꝯtemplans ea que ſūt celeſtia vel di-
uina ſub ſpecie ſponſi & ſponſe xp̄i eccleſieq;
vnitatem declarat atq; animam ad amorē ce
leſtiū excitans ꝑueniendum ad ꝯſorcium dei
ꝓuocat. Illud vero non ē omittendum quod
a doctoribꝰ noſtris tradit̃ apud hebreos hāc
fuiſſe obſeruacionē necuiq; hunc librum lege
re ꝑmitterent niſi viro iam ꝑfecte ſciencie.
& roborate fidei. ne forte ꝑ inbecillitatem ī
fancie & fidei impericiā nō tam erudiret cō
gnicio lubricas mētes ꝗ pocius ad concupiſ-
cencias corporales ꝯuerteret. Omnes ſcrip-
turas tradi pueris a doctoribus eoꝝ ſolitum
eſt eciam & eas quas deuteres inuocant qua
tuor tantū iſta ad vltimū reſeruare id ē prin
cipium geneſeos de mundi creacione. ezechi
elis ꝗ principia in quibus de cherubin ſcrip-
ſit. & finem eius in quo tēpli deſcripcio con
tinet̃. & cantica canticorum.

Liber ſapiēcie qui vocat̃ panarethon xp̄i ad-
uentum qui eſt ſapiēcia dei patris paſſionēq;
eius aperta manifeſtacione denūciat.

Eccleſiaſticus vero morū pene omnium diſci
plinam & ſancte religionis ꝯuerſacionem af-
fatim copioſe deſcripſit. Dictus autē eccleſi
aſticus ꝓeo quod in medio cetu populi ideſt
coram eccleſia fuerat habitus. Hic enim pro
pter nimiam ſenſus ſimilitudinem & eloquii
parilitatē ſalemōis titulo ꝓnotatur. Conſtat
autem hunc librū ſub iheſu filio ſirach editū
fuiſſe & inter reliquos ſanctarū ſcripturarū
libros pari habitū veneracione.

Eſaias ꝓpheta qui interpretat̃ ſalus domini
hic poſtquā de altari miſſus calculus labia ei
us purgauit vt dignꝰ efficeret̃ ſancti ſpiritꝰ

ꝓphecia ſpeculaꝫ duo cherubin in enigmate
duoꝝ teſtamentorũ cum duodecim alis ideſt
apoſtolis qui ꝑdicacione ſua volucri celerita
te diſcurrerũt. tegentes faciem & pedes ſe-
dentis in throno dei id ē occultantes ea ſiue
q̄ ante ſeculi fuerũt exordia. ſiue q̄ poſt trãſ
actam huius mũdi figuram futura ſũt. Hic
tamen poſt viſionem iude & iheruſalē aduer
ſus ceteras gentes. que in circuitu eius ſunt
ꝓphecie conuertit ſermonē. & iuxta qualita
tem locoꝝ & vite diuerſitatez que eſſent eis
mala ventura denunciat. Poſt captiuitatem
iheruſalez. ruinã babilonie cominaꝫ deinde
nec eſt philiſtiim. vaſtacionem. moab. exter-
minium damaſci egipti conmocionē & ſolitu
dinem maris deſerti obſidionē q̄ʒ edom fugã
& interitum arabie excidium vallis ſion ſub
uerſionem eciã tiri ſiue quadrupedum. ſed fi
guraliter in viſione iudee ſinagoga ꝓpicitur.
et eccleſia domino copulaꝫ in ruina babilonie
confuſio tocius mũdi ſuperbiaqʒ arguiꝫ & fi
nis monſtraꝫ. in vaſtacōe moab error ſciēcie
ſecularis in ſilenciũ luctumqʒ mutaꝫ in euer
ſione egypti tocius mundi idolatrie deſtru-
untur templiqʒ domini edificacio predicaꝫ.
in ɔtricione philiſtiim luctus eorũ monſtraꝫ
qui abiciunt iugum xp̄i. & eleuant ſe contra
ſcienciam dei. Porro per damaſcum ꝑdicacio
gencium & ruina oſtendiꝫ populi iudeorum
per onus maris deſerti hui9 ſeculi temptacō
declaraꝫ & que illi ventura ſũt oſtenduntur
per idomeã oritur ſol iuſticie gencĩu & tene-
bre auferunꝫ pp̄lis iudeoꝝ per arabiam ꝑdi
catur aqua baptiſmatis prebenda his qui fu-
gerint gencium errores vel eorũ plaſphemi
as. per vallem ſion ꝑdicio predicat iheruſalē
& hereticoꝝ qui de ſublimitate eccleſie ceci
derunt per tyrum gentibus predicaꝫ vt ſcʒ
errore depoſito ad xp̄m dominum cõuertan
tur. reliqua vero eius vel de xp̄o vel de eccle
ſia gencium ſũt ſiue de ɔſummacione mundi
Prophetauit annorũ ferme ſeptuaginta ſub
regibus quatuor iudee ordine atqʒ genere ſi
bimet ſuccedentibus. id ē ozia. mathan ac-
hach. ad vltimum ezechia ſub quo pars mag
na voluminis ei9 vſqʒ ad calcē texiꝫ ꝓphecia
Ieremias interꝑtaꝫ ꝓpheta excelſus dñi ſim
plex loquēdo & ad intelligēdum facilis q in
omnib9 dictis & paſſionibus ſuis redēptoris
noſtri imaginē pretulit. Hic poſtquam in ty
po xp̄i regna deſtruxit diabolis iuſticieqʒ vł
fidei edificauit imperium. iubeꝫ predicare
p omnes gentes egyptum videlicet & phili-
ſtiim moab & ammon edum & damaſcum &
cedar. & ſuper regna aſſur. nec non ſuper e-
lam & babiloniã. Hic autē vidit virgam vi-
gilantez diuine correpcionis & poteſtatis ol
lam q̄ʒ ſuccenſam id ē iudaicam plebem igne
carnalium deſiderioꝝ ardentē aſpicit & du-
os coſinos ficorum in ꝑfiguracione duorum
populorũ deſcendit in domũ figuli & videt
diminucionē vaſis prioris & noui inſtauraci-
onem ad deſignandum defectũ prioris popu
li & ſucceſſionem futuri. Sumit eciam calicē
ſupplicii atqʒ vniuerſis gentibus porrigit.
Accipit & lumbare ſub exemplo populi iude
orum quodqʒ putrefactũ in deſperacione pro
icit illud tranſflumina genciũ oſtendit & ca
licem aureũ babilonis per quē in ebriatus ē
mundus letiferum idolatrie vaſe iubeꝫ proi
cere in eufraten volumē lapidi alligatum ad
demonſtrandum interitũ babilonis vel figu
raliter tocius mundi. increpat eciã hic delin
quentes & ad conuerſionem ꝓuocat. ad vlti
mum plangit ruinam iheruſalem tēpliqʒ exci
dium & diſperſionez gentis. Exorſus autem
duodecimo anno ioſie regis iudee ꝓpheciaqʒ
eius per quatuor reges extēſa eſt ſub ioſia et
eliachim. & ioachin. & ſedechia. ſub q̄ euer-
ſa eſt iheruſalē. Septuaginta duobus annis
& quatuor menſibus ꝓphetauit excepto illo
tempore quo poſt euerſam iheruſalez in egip
to cum populo fuit.

Ezechiel qui interpretaꝫ fortitudo dei. hic
figurans tropice xp̄m ſtat iuxta fluuiũ tho-
bar. ſcilicet & ꝑclara ɔtinens miſteria cernit
ſimilitudinē glorie dei & quatuor animalia ĩ
ſimilitudine quatuor euangelioꝝ & rotas ſe
inuicem ɔtinentes in typo duorum teſtamen
torum videt aurigam id ē xp̄m deorſum ig-
ne iudicii. ſurſum electri id ē diuinitatis ful
gore rutilantem. Comedit q̄ʒ librum diuine
legis in quo ſcriptũ eſt lamentũ penitenciũ
et carmen iuſtoꝝ & ve eorum qui poſt pecca
tum penitenciam nō egerunt. De hinc acce-
pit laterez in quo ob- eſſe iheruſalem pictura
deſcribiꝫ. vel quod ſub tipo xp̄i eiuſdem ihe
ruſalem id ē tocius eccleſie que eſt a latere
xp̄i formata miſteria deſcribunꝫ. Capit eciã
& hic ꝓpheta ſomnum ſiniſtri lateris in ty-
pum mortis peccatoꝝ qui ad leuam poſiti e-
terna ſupplicia ſuſtinebũt. ac demum a ſiniſ
tro in dextro dormire iubeꝫ ꝓpter ſpem eo-
rum qui ꝑ emendacione morum reſurrectio
nis gloriam obtinebunt. Aſpicit interra &
duas virgas ſibimet copulãtes in ſimilitudi-
nem circũciſionis & gencium. ſiue aquilam
ſub nabuchodonoſor volantem xp̄i figuram
magnis alis & volucri celeritate tocius mun
di imperium occupantē. Plangit ꝑterea ſub
ſpecie principis tyri beatitudinē dyaboli q̄ʒ
amiſit & ruinam eius magnã cum lamentaci

one deplorat. Ad vltimum harundinem vel
funiculum geſtans metitur ſub ſpecie ſanc-
torum miſtice iheruſalem. Inter hec miſtica
ſubiacent quedā moralia. Falſis comminatur
ꝓphetis atq; ſpeculatoribus precipit. ne re-
ticeant maliciā. quatuor eciam vicionum pe
nas peccatoribus ꝑdicat animasq; redire ad
corpora ſua ꝓphetat. oſtendit ꝙ vnumquen
q; pro ſe racionem domino redditurū nec pro
geniei ſancte vltra nocere labem paterni de
licti obiurgat intra hec ſub oola & ooliba om
nem turpitudinē ſamarie & iheruſalem nati
uitatemq; contumelioſam obicit ſepe eciam
ad penitenciā captiuos ꝓuocat & poſt priua
ricacionem admonet populum redire cōuer
ſum. Hic autē trigeſimo quinto etatis ſue an
no & captiuitatis quinto in chaldea exultās
ꝓphetauit. ibiq; vaticinium ſuū ꝯſummauit
Daniel interpretatᷓ iudicium dei. quiq; eciā
de xp̄o cunctis manifeſtior eſt ꝓphetis quia
non ſolum ꝑdicauit vt ceteri ſed eciam & tē
pus incarnacionis & paſſionis ꝑ ordinem re
gum & numerū diffiniuit annorū ita vt non
pocius videatᷓ futura ꝑdicare. ſed quaſi trāſ
acta narrare. Hic autē quatuor regnorū cer
nit frequencius viſiones eoꝝq; differenciam
ſub diuerſis imaginibus ꝓmittit. De anticri
ſto ꝙ oſtēdit quod ipſe ſit cornu puſillum id
ē paruo tempore regnaturus de ꝯſummacio
ne iſrahel vel mundi plura cōſcripſit ſiue de
die iudicii & regno ſanctorum. In fine autē
voluminis ꝓphecie ſue ſuſanne hiſtoriam &
belis draconiſq; fabulam ponit. Hic autē in li
ber apud hebreos ebraicis quidē litteris ſed
chaldaica lingua ſcriptus ē. Prophetauit au
tem in babilone quando & ezechiel.
Oſee ꝓpheta qui interꝑtatur ſaluans in du-
odecim primus eſt ꝓfun dior reliquis in ſen
tenciis & operoſior intellectu. Iſte ad eas tri
bus que & ſamaria & domus ioſeph & iſra-
hel vocabatᷓ loquitur. ſed ꝑ effren hereticos
arguit qui recedētes qualicumq; ex cauſa ab
eccleſie vnitate participes facti ſunt idolorū
per ſamariam autē eorundem hereticoꝝ de-
monſtrat errorem. qui ꝑceptorum dei cuſto
des eſſe ſe menciuntᷓ & ſub pre textu verita-
tis mendaciū colunt. Hic hiſtorialiter iude
os in xp̄m tempore vltimo credituros ꝓnun-
ciauit. tercium quoq; reſurrectionis domini
ce diem ꝑdixit. Philoſiphauit autē in diebꝰ
ozie regis iudee quādo & eſaias.
Iohel interpretatᷓ incipiēs iſte ad iudam tan
tum & iheruſalem vaticinium proferens in
principio ſui voluminis poſt voluptuoſa con
uiuia ad luctum ꝓuocat iheruſalem excidiū
quoq; eius ꝓnunciat ꝑdicat quoq; vocacionē
gencium & ſuper ꝯgregatos credentes ſupˀ
venturum ſpiritū ſanctū. Prophetat ſub ioa
than rege iuda quando & micheas.
Amos qui interpretatᷓ onus vaticinauit in ſa
maria & iheruſalem tria & quatuor ſcelera
gencium ſub tocius mundi figura deſcribēs
Primum atq; ſcelus quia omnes in adam pec
cauerunt. Secundum quia in ſancta nature
legem immemores racionis nō intellexerūt.
Tercium quoq; eoꝝ qui date legi non obedie
runt. Quartum in expiabile eoꝝ qui in xp̄m
non crediderunt. Pro quibus ſceleribus into
nat dominus ſe ignem ideſt ſentenciā eterni
iudicii illaturum. Hic autē aduentum criſti
ſub dominica veritate predicat dicēs ego fir
mans tonitruū & creans ſpiritum & annun-
cians hominibus xp̄m ſuum. Reliqua autem
que de amaſia & iheroboam ſiue iſrahel retu
lit. tropice ad hereticos referenda ſūt. Pro-
phetauit autem ſub rege ozia eo tempore ꝙ
& oſee & eſaias.
Abdias qui interpretatᷓ ſeruus domini inter
omnes ꝓphetas breuior ē numero verborū.
ſed gracia miſterioꝝ equalis. Iſte contra idu
meam loquens increpans miſtice ſuperbiam
edom prioris videlicet audaciā q̄d iacob fra
trem ſuum id ē criſtum occiderit in monte
ſion id ē iheruſalem futuram ſalutem & ſanc
tum qui eſt dominus annunciat atq; in mon
te per quem figuraliter eccleſia genciū futu
rum intonat domino regnum. Prophetauit
ſub ioſia rege iudee quādo & micheas.
Ionas qui interpretatᷓ columba tam ſermone
ꝙ naufragio ſuo paſſionem xp̄i mortemq; &
reſurrectionem figurat. ſiue q̄d de naue ad
mare tamq; de cruce ad terram ꝓiectus eſt.
ſiue q̄d inuenire ceti exceptus eſt tamq; in ſe
pultura terre tribus diebus & tribus nocti-
bus recōditus eſt. & q̄d per figuram niniuē
penitenciam mundi predixit in ſequentibus
tipum gerit iudeoꝝ qui ſalutem genciū non
tantum aduenire noluerūt. ſed cum venit in
uiſi ſunt. Niniuen quoq; gencium ſignificat
ſpeciem. ionas vero in hoc loco iudeoꝝ. Nam
quemadmodū niniuitarum ſalus ad emula-
cionem ꝓuocauit ionam ita redēpcio genciū
ſcandalum extitit iudeoꝝ. Merito & cōtra
orientem ciuitatis ſediſſe legitᷓ edere ſub vm
bra ita eadē plebs ſeparans ſe a ſalute eccle-
ſie dolore tabida contra criſtum id ē orientē
eccleſie linguam ſuā mouere nititᷓ. ſedens ſub
vmbra legis que vmbra ferme arefacta eſt.
quia adueniente criſto vetera tranſierunt &
ecce facta ſūt omnia noua. Prophetauit aūt
ſub ozia rege iuda quādo & oſee & amos &
eſaias ꝓphetauerunt Micheas id ē quis hiē

vel quis iſte vel humilitas.

Micheas pphete comminatur ſamarie iram
domini ob cauſam ſimulacrorũ in terciumq̧
populi iſrahel venturum denũciat locum eci
am in quo criſtus naſceret̃ demonſtrat . Pro
phetauit ſub ozia quãdo & ſoffonias.

Naum qui interpretat̃ cõſolator ſimulachra
gẽcium exterminanda denunciat . nec nõ &
vrbẽ ſanguinum iheruſalẽ . poſt cuius in ter
cium pedes annunciantis pacem id ẽ aduen-
tum ſaluatoris ꝓclamat.

Abacuc amplexãs ſiue luctator fortis in prĩ
cipio voluminis ſui deſcribit dyabolum cum
membris ac moribus ſuis in fine vero ꝓnun-
ciat aduẽtum paſſionẽq̧ ſaluatoris.

Soffonias ſpeculator miſteriorum dei cernit
captiuitatẽ iheruſalem vrbis a romanis futu
ram p vocẽ clamoris a porta piſciũ & per col
lium ↄtricionem id ẽ montis ſion qui ẽ collis
iheruſalẽ nec nõ aliarum gencium euerſionẽ
predicat . terrorẽq̧ diuini iudicii intonat. Lo
quitur eciã contra moab & ammon . ſed p ip
ſos tanquã finitum populi dei ꝓximi catholi
cis ſacramẽtis heretici arguunt̃ . Hic terciũ
diem reſurrectionis criſti ꝓphetat atq̧ in ad
uentu criſti ſub vno iugo domini totũ mun-
dum ſeruitutum adnũciat. Prophetauit ſub
ioſia vt iheremias.

Aggeus qui interpretat̃ ſolẽnis hic in vati-
cinii ſui textu tẽplum domini inſtaurandum
precepit contricionẽ predicat genciũ vel cõ-
mocionem tocius mundi predicit ac ſub figu-
ra zorobabel criſti aduentũ vaticinat̃ . ſeptua
geſimo autẽ anno captiuitatis populi ꝓphe-
tauit duobus tantũ menſibus zachariam va-
ticinio ſuo precedens.

Zacharias qui nominatur memoria domini.
poſtquam iram domini in patribus ꝓphta-
uit . vidit & virum ſedẽtem ſuper equum ru
fum in figura corporis criſti roſeum ſangui
ne paſſionis ſiue merita populi gencium ſigni
ficantem. Aſpicit & quatuor cornua ſiue fa-
bros in figura gencium que iudã & iſrahel
diſpergẽtes graui pondere depreſſerunt. In
tuetur ſimiliter & ihesum ſordibus carnis &
mortalitate veſtitum p figuram ſacerdotis
quibus ablatis indutũ immortalitate & glo
ria cernit & lapidem qui ẽ xp̃s ſeptẽ oculos
habentẽ id ẽ ſeptiformis ſpiritus plenitudi-
nẽ Inter hec intuet̃ & turrim & ticionem ex
tinctum . id ẽ dyabolum candelabrum videli
cet in figuram xp̃i cum lucernis ſeptem que
ſũt ſeptem dona ſpiritus . nec non & duas oli
uas ad dexteram & ad ſiniſtrã cãdelabri poſi
tas duorum teſtamentoꝝ typum figurantes
Aſſumit q̃ꝫ idem duas virgas funiculi & de
coris in typo iudeoꝝ & gencium. Aſpicit de
inde duas mulieres id ẽ iudeoꝝ & gencium
plebes in alis leuantes amphorã id eſt diaboli
cam doctrinam. Maſſam q̃ꝫ plumbi quod eſt
pondus peccati grauiſſimum . ſiue volumen
volans in quo peccata hominum & ſupplicia
aſcribunt̃. Videt & quadrigas quatuor vno
p̃dicacionis euangelice iugo currẽtes . Poſt
hec aſpicit equos miſſos ad p̃dicacionem mũ
di. Primum rufum martirii paſſione. Secun
dum nigrum ſqualore penitẽcie. Tercium al
bum candore baptiſmi. Quartum variũ va-
rietate virtutũ . cernit quoq̧ & tubas ſancto
rum geſtantes figuram p quos dominus mũ
do canit ſua p̃cepta . atq̧ angulum ĩ quo duo
ex aduerſo populi iungunt̃ . ſiue paxillum fi-
guraliter xp̃m infixum cordibus populorum
deſcribit & paſtoꝝ antixp̃i opus & intencio
nem in ſiniſtris habentẽ . equum quoq̧ in fi-
guram plebis hereticoꝝ & aſcenſorem eius
dyabolum. p̃dicat eciam fontem in domo ve
ri dauid patẽtem in lauacro regeneracionis.
alia quecunq̧ ſcripſit aut de aduẽtu domini
narrant . aut de paſſione eius & de ſeculi fine
& de iudicio ſuo . Prophetauit autem annis
duobus darii regis medoꝝ hiſdem temporibꝰ
quibus aggeus anno ſeptuageſimo diſſoluci-
onis tẽpli & captiuitatis populi.

Malachias qui interpretat̃ angelus domini.
in principio voluminis ſui demonſtrat odiũ
iudeoꝝ in eſau . & dilectionem iunioris popu
li in iacob. In ſequẽtibus autẽ veteres iudee
victimas reꝓbat & ſacrificium transferri ad
gẽtes in fine vero aduentũ domini annũciat
Diem quoq̧ iudicii iuſtoꝝq̧ premia & impi
orum penas iohannẽ eciam p̃dicat ante aduẽ
tum primum domini miſſum & heliam ante
ſecundum aduentũ annunciat eſſe mittendũ
Inter hec non nulla moralia & diſciplinis cõ
gruencia explicat in quibus corripit populũ
ſiue ſacerdotes deſpiciẽtes nomen dei atq̧ ei
us ſacramenta pollutis oblacionibus & ſacri
ficiis violantes primo nec eciã epiſcopos doc
tos & ſine macula eſſe debere ↄc̃ . perſonarũ
ſine accepcione populos veritatẽ inſtruere.
diſcordes quoq̧ arguit decimas & primicias
reddendas populis eccleſie p̃cipit obiurgat
& eos qui coniuges ſuas deſpiciũt . & aliarũ
amore nitunt̃ . ſimiliter & illos qui miſeriam
ſuam dolentes felicitatẽ laudent eoꝝ qui hu
ius mundi ꝓſperis perfruunt̃. Prophetauit
autem nouiſſimus in babilone quando agge
us & zacharias.

Eſdras ſcribit populũ dei expleto captiuita-
tis tẽpore imperante tyro rege perſarum in
iheruſalem fuiſſe reuerſum ac ſub zorobabel

& ihesu & ioſedech filio ſacerdotis ſiue nee-
mia muros iheruſalem . templū & altare no-
uatum ius quoq; ſacerdotum reſtitutum . &
ſancte religionis cultū multiſq; operibus gē-
cium principumq; perſaꝝ muneribus ador-
naturum . Machabeorū libri licet non habe-
antur in canone hebreoꝝ tamen ab eccleſia in
ter diuinoꝝ voluminū hiſtorias annumerant

Prenotant autē prelia inter hebreoꝝ duces
genteſq; perſarum pugnamq; ſabbatoꝝ & no
biles machabeorum triumphos fedus quoq;
amiciciaꝝ cū pplo romanoꝝ atq; legacionū .

Item ꝓfaciones noui teſtamēti euangeliorū
predicacio ꝗuis quadrifaria ſit . vna ē tamen
quia ex vno eodemq; ore trinitatis proceſſit
Hec ſūt enim quatuor flumina de vno fonte
paradiſi manācia . quequa dupliciter vno ore
decurrunt ac per totum mundū celeſtis mi-
niſtrantes fluenta gracie ac fidei verbis in-
fundunt . Hec ē illa in zacharia quadriga do-
mini in qua ꝑ omnem euectus mundū leni iu
go colla ſibi cunctaꝝ gēcium ſubigit . Hi ſūt
eciā quos ſub quatuor animalium ſpecie vi-
ſio ꝓphetalis ſcribit . ideſt hominis leonis vi
tuli & aquile . Nanq; primus vt homo ordi-
nem humane natiuitatis deſignāt . Secūdus
ad inſtar rugiētis leonis ſtatim in principio
ſui ſermonis diuine poteſtatis fortitudinem
intimat . Tercius victimam ſacerdotis ꝑmit
tens quaſi vituli mortem inſinuat . Quartus
more aquile affectans celū & terram auidus
tranſuolat atq; natiuitatē verbi occulta miſ-
teria intelligencia penetrat . Sed ex his tria
illa animalia que in terra gradiunt̄ actualem
vitam ſequētes ea tantūmodo ꝓſecuti ſunt
que homo xp̄s in terris temporaliter geſſit .

Quartum animal ↄtemplacionis acie celeſtia
inſpicit & paulatim operum plurima diuini
tatis ſacramēta digeſſit . Ex his primus &
vltimus ea ꝑ̄dicauerūt que ex ore xp̄i audie
runt . vel que ab illo facta vel geſta viderunt
reliqui medii duo ea tantūmodo que ab apoſ
tolis ↄgnouerunt . Quorum quidem mathe9
euangelium in iudea ſcripſit . deinde marcus
in italia . tercius lucas in achia . vltimus io-
hannes in aſia ex quibus ſolus tantū mathe9
ꝑ̄dicacionis hiſtoriā hebraico ꝑ̄ſtrinxit ſtilo
reliqui vō greci ſermonis eloquio ediderūt .

Epiſtolas paulus quatuordecim ꝑ̄dicacionis
ſue preſtrixit ſtilo . exquibus aliquis ꝓpter
typum ſeptiformis eccleſie ſeptē ſcripſit ec-
cleſiis ↄſeruans pocius quam excedens nume
rum ſacramēti ꝓpter ſeptiformem ſpiritus
ſancti efficaciā . Scripſit autē ad romanos ad
corintheos . ad galathas . ad epheſios . ad phi
lipenſes . ad theſalonicēſes . ad coloſenſes . ad
hebreos . reliquos vero poſtmodū ſingulari-
bus edidit pſonis vt rurſus illum ſeptenariū
numerum ad ſacramentum vnitatis ↄuerte-
ret . Argumēta autem earundē epiſtolarum
hec ſunt . In primis romane plebis fidem col
laudat Corinthios gemina doctrina caſtigat
apud galathas ꝑ graciam fidei excludit opa
legis . Epheſios magnificat in fide ꝙ accepe
runt laudat coloſenſes ꝓ eo in fide ſteterūt
Philipenſes euangeliū cuſtodiſſe gratulat̄ .
Theſalonicenſes in prima ep̄l'a fide creuiſſe
& operibus in ſecūda pſecuciones tolleraſſe
fortiter gloriat̄ Inſtruit per thimotheum et
titum eccleſias philemonem de emēdato ſer
uo oneſimo rogat . Ad vltimum hebreos qui
in xp̄o crediderūt . & poſtmodum pſecucio-
nibus iudaicis territi a fide receſſerant ↄfor-
tat atq; ad graciā euangelii reuocat .

Petrus ſcripſit duas epiſtolas que catholice
nuncupant̄ . Scripſit aūt eas his qui excircū
ciſione credentes in diſpſione gencium erāt .
que quidē quibuſdam vident̄ eſſe planiores
dum tam ꝓfundis plene ſint ſenſibus vt per
eas qui poſſint pſcrutari diuine ſciēcie ſenſū
quaſi per breue qddam receptaculum mag-
na ſibi miſteria reuelari contuant̄ .

Iacobus frater domini ſcripſit vnam epiſtolā
ad edificacionē eccleſie pertinentem . cuius
ſentencia in menſam ſciencie claritatē legen
tibus videtur infundere .

Iohannes ap̄l's ſcripſit epiſtolas tres . quarū
prima officium caritatis commendans tota in
amore dei & fraterna dilectione verſat̄ . Se-
cunda ꝙ que electe ſcribitur dilectionis hor
tatur ſtudium denotat eciā ſeductores & ab
hereticis admonet declinandum . Terciam
autem gaio ſcripſit in qua collaudat eum in
ſtudio veritatis & opere miſericordie . dein
de denotat ꝓteruiam cuiuſdam diotrepis &
demetrio teſtimoniū phibet veritatis .

Iude ep̄l'a increpat blaſphemātes in criſto &
quoſdam impudicos ſub exēplo impiorū qui
ſuperbiam & luxuriā ſempiternis ardoribus
traditi ſūt pro quibus admonet eccleſiam vt
eos arguat & ad penitēciam cohortet̄ .

Actuum ap̄l'orum hiſtoria naſcentis eccleſie
fidem opuſq; deſcribit cuius quidē ſcriptor
lucas euangeliſta eſt . cōtinet autē ea que in
iudea vel in gentib9 per graciā ſpiritus ſanc
ti tam a petro ꝙ ab aliis ap̄l'is geſta ſūt .

Apocalipſis iohannis poſtquā ſcribere ſeptē
iubet eccleſiis aſpicit filium hominis ſedentē
in throno . & xxiiii . ſeniores & quatuor ani-
malia ꝓcidencia ante thronum . in dextera ꝙ
ſedentis librum ſeptem ſigillis ſignatū . in q
bellum & egeſtas mors clamor interfectoꝝ

ſinis quoqꝫ mundi notatꝫ. Scribit deinde duo
dena milia ſeruoꝝ dei qui ſignantꝫ in fronti-
bus. ibi ſeptem angeli tubis canunt. ſequen
te grandine & igne cum ſanguine in terram
tercia quoqꝫ pars terre ibi igne conburitur
tercia pars maris ſanguis efficitꝫ aſtraqꝫ ipſa
rutilancia terciã fulgoris partem amittunt.
ibi de putei fumo locuſte ꝓducuntꝫ demonio-
rum accipiẽtes poteſtatẽ ledendi eos qui nõ
ſũt agni cruore ſignati. Preterea comedit e-
uangeliſta librum teſtamẽti oris ꝑdicacione
ſuauiſſimum & operis difficultate amarum
metitꝫ celeſte templum. deſcribitqꝫ verba xx
iiii. ſenioꝝ & archam teſtamẽti. ac mulierẽ
amictam ſole pugnãqꝫ michahelis cũ draco-
ne ruinam draconis. Conſpicit ꝑterea figu-
ram antixp̄i habentẽ capita regni ſeptem &
cornua poteſtatis & numerũ nominis. Nar-
rat inter hec canticũ teſtamenti nouum ſpe
culaturqꝫ angelos geſtãtes ſtateras cernitqꝫ
ſimiliter interitũ beſtie & beatitudinẽ eorũ
qui veſtimẽta ſui corporis hoc ẽ abſqꝫ carnis
voluptate ſeruauerunt exequitur deinde &
interitũ meretricis babilonie & nupcias ag-
ni & aduentum iudicii & interitum antixp̄i
& eternã punicionem dyaboli & vltimã me
morat reſurrectionem mortuoꝝ celiqꝫ noui-
tatem & terre deſcripcionẽqꝫ iheruſalem. flu
men eciã baptiſmi mundũ & lignum vite do
minum noſtrũ iheſum xp̄m.

## De bibliotheca Ca. iiii.

Bibliotheca a greco nomen accepit.
eo qđ ibi recondantꝫ libri. Nam bib
lio libroꝝ. theca repoſicio interpre
tatur. Bibliothecã veteris teſtamẽti eſdras
ſcriba poſt incenſam legem a chaldeis dum
iudei regreſſi fuiſſent in iheruſalem diuino
afflatus ſpiritu reparauit cũctaqꝫ legis ac ꝓ
phetarũ volumina que fuerãt agentibus cor
rupta correxit totumqꝫ vetus teſtamentũ in
viginti duos libros conſtituit vt tot libri eſ-
ſent in lege quot habebantꝫ & littere. Apud
grecos aũt bibliothecã primus inſtituiſſe piſ
ſiſtratus creditꝫ tirannus q̄ deinceps ab athe
nienſibus auctã xerſes incẽſis athenis euexit
in perſas longoqꝫ poſt tempore ſeleucus nica
nor rurſus in greciam retulit. Hinc ſtudium
regibus vrbibuſqꝫ ceteris natum eſt compa-
randi volumina diuerſarũ gencium. & per
interp̄tes in grecã linguã vertendi. de hinc
magnus allexander. vel ſucceſſores eorũ in-
ſtruẽdis omnium libroꝝ bibliothecis animũ
intenderũt maxime ptolomeus cognomento
filadelfus omnis literature ſagaciſſimus cũ
ſtudio bibliothecarũ piſiſtratum emularetꝫ
nõ ſolũ genciũ ſcripturas ſed eciã & diuinas
lr̄as in bibliothecã ſuam ꝯtulit. Nam ſeptua
ginta milia libroꝝ huius tẽporibus allexan-
drie inuẽta ſũt. Hic eciã & ab eleazaro pon
tifice petens. ſcripturas veteris teſtamẽti.
in grecam vocem. ex hebrea lingua per lxx.
interp̄tes transferre curauit. quas in allexan
drina bibliotheca habuit. Siquidem ſinguli
in ſingulis cellulis vt quidã aſſerunt ſepara
ti ita omnia per ſpiritũ ſanctum interp̄tati
ſũt vt nihil in alicuius eoꝝ codice inuentum
eſſet. quod in ceteris vel in verborũ ordine
diſcreparet. Fuerunt & alii interpretes qui
ex hebrea lingua in grecã ſacra eloquia trãſ
tulerunt ſicut aquila ſimmachus & theodo-
cion. ſicut eciã eſt vulgaris illa interp̄tacio
cuius auctor non apparet. & ob hoc ſine no-
mine interp̄tis quinta edicio nuncupatꝫ. Pre
terea ſextam & ſeptimã edicionem origenes
miro labore reperit & cum ceteris edicioni-
bus cõparauit. Preſpiter q̄ iheronimus triũ
linguaꝝ pariter ex hebreo in latinũ eloquiũ
eaſdem ſcripturas cõuertit eloquẽterqꝫ trãſ
fudit. Cuius interp̄tacio merito ceteris an-
tefertꝫ. nam ẽ & verboꝝ tenacior & pſpicui-
tate ſentẽcie clarior.

## De opuſculorum diuerſitate. Ca. v.

Opuſculorum ꝯſtat eſſe tria genera
Primũ genus excerpta ſũt q̄ grece
ſcolia nuncupantꝫ in quibus ea que
viderũt obſcura vel difficilia ſummatim ac
breuiter pſtringuntur. Secundum genus o
melie ſũt quas latini verbum appellant que
ꝓferuntur in populis. Tercium thomi quos
nos libros vel volumina nuncupamus. Ome
lie autẽ ad vulgum loquuntꝫ. thomi vero id
ẽ libri maioris ſũt diſputacionis. Dialogus
eſt collacio duoꝝ vel plurimorũ quem latini
ſermones dicunt. Nam quos greci dialogus
vocãt nos ſermones vocamus. Sermo autem
dictus quia inter vtrumqꝫ ſeritꝫ. Vnde in vir-
gilio. multa inter ſe ſerebant. Tractatus eſt
vnius rei multiplex expoſicio eo quod trac-
tat ſenſum in multa ſenciendi ꝯtrectando ſe
cum. Differt autẽ ſermo tractatus & verbũ
Sermo enim altera eget perſona. Tractatus
ſpecialiter ad ſe ipſum ẽ. Verbum autem ad
omnes. Vnde & dicitꝫ. Verbum fecit ad po
pulum. Commentaria dicta quaſi ꝯmenta.
Sunt enim interp̄taciones vt commẽta iuriſ
ꝯmenta euãgelii. Appollogeticus ẽ excuſa-
cio. in q̄ ſolent quidã accuſantibꝫ reſpõdere
in defenſione enim aut negacione ſola poſitũ
eſt. & eſt nomen grecũ. Panagericum eſt li
cẽcioſum & laſciuioſum genus dicẽdi. in lau
dibus regum in cuius cõpoſicione homines
multis mẽdaciis adulantꝫ. Quod malũ a gre

cis exortū ē. quoꝝ leuitas inſtructa dicendi
facultate & copia in credibili multas men-
daciorum nebulas ſuſcitatauit.
Faſtoꝝ libri ſūt in quibus reges ac cōſules
ſcribunt̄ a faſcibus dicti id ē a poteſtatibus
Vnde & ouidii libri faſtorū dicunt̄ quia de
regibus & curſulibus editi ſūt. Proemium
eſt inicium dicēdi. Sunt enim proemia prin
cipia libroꝝ que ante cauſe narracionem ad
inſtruendas audienciū aures coaptant̄. Cuiꝰ
nomen pleriq; latinitatis pariti ſine tranſlaci
one poſuerūt. Hoc autem vocabulum apud
nos interp̄tatum prefacio nuncupat̄ quaſi p̄-
locucio. Precepta ſūt que aut quid faciendū
aut quid non faciēdum ſit docent. quid faci
endum vt dilige dominū deum tuum & ho-
nora patrem tuum & matrē tuam. quid non
faciendum vt non mechaberis nō furtum fa
cies. Similiter & gentilium precepta vel
iubent vel vetant iubent faciendum vt nu-
dus aras ſere nudus vetant vt ne ve inter vi
tes corilum ſere ne ve flagella ſumma pete.
Primus autē apud hebreos p̄cepta moyſes
ſcripſit. apud latinos marcius vates primus
precepta cōpoſuit ex quibus eſt illud poſtre
mus dicas primus tactas. Parabole & ꝓpleu
mata nominibus ſuis indicant alcius ſe pſcru
tari oportere. Parabola quippe alicuius rei
ſimilitudinem per ſe gerit Quod licet ſit vo
cabulum grecū iam tamen ꝓ latino vſurpat̄
& notum eſt qđ in parabolis que dicunt̄ re-
rum ſimilitudines rebus de quibꝰ agit̄ com-
parant. Propleumata autē que latine appel-
lantur ꝓpoſiciones queſtiones ſūt. habentes
aliquid qđ diſputacione ſoluēdum ſit. Queſ-
tio autē ē cum querit̄ an quid ſit aut quale
ſit. Argumentum autē dictum quaſi argutū
vel quod ſit argute inuentū ad comꝓbādas
res. Epiſtolam ꝓprie greci vocāt que inter
p̄tatur latine miſſa. Stila enim ſeu ſtili miſ
ſa vel miſſi ante & membranarum vſum in
de dolatis ligneis codicellis epiſtolaꝝ alloqa
ſcribebantur. vnde & portitores earū tabel
larios vocauerunt. Codex multoꝝ liberoꝝ ē
liber vnius voluminis et dictus codex ꝑtrāſ
lacionem a codicibus arboꝝ ſeu vicium quaſi
caudex qđ ex ſe multitudinē libroꝝ quaſi ro
manorum ꝯtineat. Volumen liber eſt a volu
endo dictus ſicut apud hebreos volumina le
gis. volumina ꝓphetarum. Liber ē interior
tunica corticis que ligno coheret. de quo vir
gilius ſic. alta liber heret in vlmo. Vnde &
liber dicit̄ in quo ſcribimus quia ante vſum
carte vel mēbranaꝝ de libris arboꝝ volumīa
fiebant & ꝯpaginabant̄. Vnde & ſcriptores
a libris arboꝝ librarios vocauerūt. Librarios
ante a biblio palas dictos. Librū enim greci
biblum vocant. Librarii autē id ē antiquarii
vocant̄. ſed librarii ſūt qui & noua ſcribunt
& vetera Antiquarii qui tantūmodo vetera
vnde & nomen ſumpſerūt A ſcribendo autē
ſcriba nomen accepit. officium exprimēs vo
cabuli qualitate. Inſtrumēta ſcribe calamus
& penna ex his enim verba paginis infigun
tur. ſed calamus arboris ē. penna auis cuius
cacumen in duo diuidit̄. in toto corpore vni
tate ſeruata credo ꝓpter miſteriū vt in duo
bus apicibus vetus & nouū teſtamētum ſig
naretur. quibus exprimit̄ verbi ſacramentū
ſaguine paſſionis effuſum. Dictus autem ca
lamus qđ liquorē ponat. Vnde & apud nau
tas calare ponere dicit̄. Penna autem a pen
dendo vocata id ē volando. eſt enim vt dixi-
mus auium. Folia autē libroꝝ appellata ſiue
ex ſimilitudine foliorū arborum ſeu quia ex
follibus fiunt id ē ex pellibus qui de occiſis
pecudibus detrahi ſolent. cuius partes pagi
ne dicunt̄. eo qđ ſibi inuicem cōpaginantur
Verſus autē inde vulgo vocati quia ſic ſcri-
bebāt antiqui ſicut arat̄ terra. A ſiniſtra enī
ad dexterā primum deducebāt ſtilum. dein
de ꝯuertebant̄ ab īferiori & rurſus ad dexte
ram verſus quos hodieq; ruſtici vocāt verſuſ
Sceda eſt qđ adhuc emendat̄ & nec dum in
libris redactum eſt. & eſt nomen grecum ſi-
cut & thomus.

De canonibus euangelioꝝ. Ca. vi.

Canones euangelioꝝ ammonius pri
mus excogitauit allexandrie quos
poſtea euſebius ceſarienſis ſecutus
plenius cōpoſuit. Qui ideo facti ſūt. vt per
eos inuenire & ſcire poſſimus qui reliquorū
euangeliſtarum ſimilia aut ꝓpria dixerint.
Sunt autē numero decem quoꝝ primus con
tinet numerus in quibus quatuor eadem dix
erūt. matheus. marcus. lucas. iohannes. Se
cundus in quibus tres. matheus. marcus. lu
cas. Tercius in quibus tres. matheus. lucas
iohannes. Quartus in quibus tres. matheus
marcus. iohannes. Quintus in quibus duo.
matheus lucas. Sextus in quibus duo. ma-
theus. marcus. Septimus in quibꝰ duo. ma
theus. iohannes. Octauus in quibus duo. lu
cas. marcus. Nonus in quibus duo. lucas. io
hannes. Decimus in quibus ſinguli eoꝝ que
dam ꝓpria dixerūt. Quorum expoſicio hec ē
Per ſingulos enī euāgeliſtas numerus quidā
capitulis affixus adiacet. quibus numeris
ſub dicta eſt area quedā minio notata que ī
dicat ī quoto canone poſitus ſit numerus cui
ſubiecta ē area. Verbi gr̄cia ſi ē area pa in pri
mo canone. ſi ſecunda in ſecundo. ſi tercia in

tercio . & ſic per ordinē vſq ad decimum p
uenies . Si igitꝰ aperto quolibet euāgelio pla
cuerit ſcire qui reliquorū euangeliſtarum ſi
milia dixerint . aſſumes adiacētem numerū
capituli & queres ipſum numerū in ſuo ca
none quem indicat ibiq inuenies . qui & qd
dixerunt. & ita demum in corpore inquiſita
loca que ex ipſis numeris indicantꝰ. p ſingula
euāgelia de eiſdem dixiſſe inuenies.

## De canonibus conciliorū. Ca. vii.

CAnon autē grece latine regula nun
cupatur. Regula autē dicta qd rec
te ducit nec aliquādo alīorſum tra
bit. Alii dixerunt regulā dictā vel quod re
gat vel quod normā recte viuendi pbeat. vel
qd diſtortum prauūq quid corrigat . Cano
nes aūt generalium conciliorū a temporibus
cōſtātini ceperunt . In pcedentibus nanq an
nis pſecucione feruente . docendarū plebium
minime dabatꝰ facultas. Inde xpianitas in di
uerſas hereſes ſciſſa ē qa nō erat licēcia epiſ
copis in vnū cōuenire niſi tēpore predicti im
peratoris ſupra dicti. Ipſe enim dedit facul
tatem xpianis libere cōgregari. Sub hoc eciā
ſancti pr̄es in cōcilio niceno de omni vrbe ter
rarum cōuenientes. iuxta fidem euāgelicam
& apoſtolicā ſecundo poſt apoſtolos tradide
runt. Inter cetera autem cōcilia quatuor eſſe
venerabiles ſinodos que totā principaliter fi
dem complectuntꝰ quaſi quatuor euāgelia vł
totidem paradiſi flumina. Harum prima ni
cena ſinodus trecentorū decem & octo epōrū
cōſtantino auguſto imperāte per acta ē. in q̄
arriane pfidie cōdemnata plaſphemia de ine
qualitate ſancte trinitatis id ē arrius aſſere
bat conſubſtācialem deo patri deum filium
eadē ſancta ſinodus per ſimbolum definiuit
Secunda ſinodus centum quinq̄ginta patrū
ſub theodoſio ſeniore cōſtantino poli cōgre
gata eſt que macedoniū epiſcopum negātem
deum eſſe ſpiritū ſanctum hereticū cōdem
nans conſubſtācialem patri & filio ſpiritum
ſanctum demonſtrauit. dās ſimboli formā q
tota grecorū & latinorū confeſſio in eccleſiis
predicat. Tercia ſinodus effeſina prima du
centorū epiſcoporū ſub iuniore theodoſio au
guſto edita que neſtorium duas perſonas in
xpo aſſerentem iuſto anathemate cōdemna
uit oſtēdens manere in duabus naturis . vnā
domini ihesu xpi perſonā. Quarta ſinodꝰ cal
cedonenſis de xxx. ſacerdotum ſub marciano
principe habita eſt . in q̄ euticen conſtātino
politanum abbatem verbi dei & carnis vnā
naturā pnunciantem & eius defenſorem di
oſcorum quondā alexādrinum epiſcopum. &
ipſum rurſus neſtorium cum reliquis hereti
cis vna patrum ſentēcia predāmauit. pdicans
eadem ſinodus xpm deum ſic natum de vir
gine . vt in eo ſubſtāciam diuine & humane
confiteamur nature . He ſūt quatuor ſinodi
principales fidei doctrinā pleniſſime predi
cantes. Sed & ſi qua ſūt alia cōcilia que ſanc
ti patres ſpiritu dei plene ſanxerūt. poſt iſ
torum quatuor auctoritatē omniū manētꝰ ſta
bilita uigore. quorū geſta in hoc opere condi
ta continentꝰ. Sinodum nouimus ex greco in
pretari comitatū vel cetū. Concilii vero no
mē tractum ex more romano. Tempore enī
quo cauſe agebantꝰ cōueniebant omnes in vnū
communiq intēcione tractabāt. Vnde & con
cilium a cōmuni intencione dictum quaſi cō
municilium. Nam cilia oculorū ſūt. Vnde &
cōſidium conſilium dicitꝰ. d. in. l. litterā tranſ
eunte. Cetus vero conuentus eſt vel cōgrega
cio a coeundo . id ē cōueniendo in vnum. Vn
de & cōuentus eſt nuncupatus ſicut conuen
tus cetus vel concilium a ſocietate multorū
in vnum.

## De ciclo paſcali. Ca. viii.

PAſcalē ciclum ypollitus epiſcopus
temporibus allexādri imperatoris
primus cōſcripſit. poſt quem pba
tiſſimi auctores euſebius ceſarienſis theophi
lus allexandrinus . pſper q nacione aquita
nus atq victorinus amplicatis eiuſdem feſti
uitatis racionibꝰ multiplices circulos edide
runt. Cuiuſquidem racionem beatiſſimus ci
rillus alexandrine vrbis epiſcope in nonagin
tā quinq annos p quinquies decē noues cal
culāns q̄to kalendario vel luna debeat paſca
lis ſolennitas celebrari . ſumma breuitate no
tauit. Ciclum autem vocatum eo qd in orbe
digeſtus ſit. & quaſi in circulo diſpoſitum or
dinem complet annorū ſine varietate & ſine
vlla arte Vnde factum ē vt cuiq materie car
mina ſimplici formitate facta ciclica vocarē
tur. Hinc & laterculum dictum qd ordinem
habeat tractum annorū . Poſt cuius explecio
nem ad primum exordium reuertendū . An
tiquitꝰ eccleſia paſca quartadecima luna cū
iudeis celebrabat q̄cunq die occurreret quē
ritum ſancti patres in nicena ſynodo phibue
runt. cōſtituentes non ſolum lunā paſcalē &
indē ſequitꝰ inquirere. ſed eciām & diem re
ſurrectionis dominice obſeruare . & ob hoc
paſca a quinta decima luna vſq in viceſimam
primam extenderūt vt dies dominicus non o
mitteretꝰ. Paſca autē vocabulum non grecū
ſed hebreū ē. nec a paſſione quoniā paſcimin
grece dicitꝰ pati. ſed a tranſitu hebreo verbo
paſca appellata ē. eo quod tunc populus dei
ex egipto tranſierit. Vnde & in euāgelio cū

vidiſſet inquit ihesus quia venit hora eius
vt trāſiret de mūdo ad patrē. Cuius nox ideo
per vigil ducitˀ ꝓpter aduētum regis ac dei
noſtri. vt tempus reſurrectionis eius nō nos
dormientes ſed vigilantes inueniat. Cuius
noctis duplex racio eſt ſiue quod in eadem.
tunc vitā recepit cum paſſus eſt ſiue qđ poſ
tea hora qua reſurrexit ad iudicandū ventu
rus eſt. Eo autē modo agimus paſca vt non
ſolum mortē & reſurrectionē xp̄i in memo
riam reuocemus ſed eciā cetera que circa eū
atteſtanˀ ad ſacramentoꝝ ſignificacionē in
ſpiciamus. Propter inicium enim noue vite
& ꝓpter nouum hominē quem iubemur in-
duere & exuere veterē. expurgantes vetus
fermentū vt ſimus noua cōſperſio. quoniam
paſca noſtrum immolatus eſt xp̄s. Propter
hanc ergo vite nouitatē primus menſis nouo
rum in anni mēſibus celebracioni paſcali miſ
tice attributus ē. Quod vero tercie ebdoma
de die paſca celebraˀ id eſt qui dies occurrit
a quinta decima vſq; in viceſimā primā. hoc
ſignificat. quia in toto tēpore ſeculi qui ſep-
tenario dierū numero agitˀ. nunc terciū tem
pus hoc ſacramētum apuit. Primū enim tē-
pus eſt. ante legem. ſecūdum ſub lege. terci
um ſub gracia. vbi iam manifeſtatum eſt ſa-
cramētum prius occultum in ꝓphetico enig
mate. Ideo & ꝓpter hec tria ſeculi tempora
reſurrectio domini triduana eſt. Quod vero
a quinta decima luna vſq; ad viceſimā primā
per dies ſeptem paſcalis dies queritˀ. prop-
ter ipſum numerum ſeptenariū quo vniuer
ſitatis ſignificacio ſepe figuraˀ. qui eciā ipſi
eccleſie tribuitˀ ꝓpter inſtar vniuerſitatis.
Vnde & iohannes apoſtolus in apocalipſi ad
ſeptem ſcripſit eccleſias. Eccleſia vero adhuc
in iſta mortalitate carnis ꝯſtituta ꝓpter ip-
ſam mutabilitatē lune nomine in ſcripturis
ſignificaˀ. Varia autē obſeruancia opinionū
paſcalis feſtiuitatis interdum errorē gignit
Latini nanq; a tercio nonas marcii vſq; in ter
cio nonas aprilis primi menſis lunam inqui
runt & ſi quinta decima luna die dominico
ꝓuenerit. in alio die dominico. paſca protra-
hunt. Greci primi mēſis lunā ab octauo idus
marcii vſq; in diem nonis aprilis obſeruant.
& ſi quinta decima luna die dominico incur-
rerit ſanctum paſca celebrant. Huiuſmodi er
go diſſencio inter vtroſq; paſcalem regulam
turbat.

Cōmunis annus dicitˀ. qui duodecim tantū
lunas hoc eſt dies trecētos quīquaginta qua
tuor habet. Dictus autē communis quia ſepe
duo ita cōiuncti incedunt vt inuicē ſe in paſ
cali ſolennitate ſequanˀ. Nam emboliſmalis
annus ſemper ſolus eſt.

Emboliſmus annus eſt qui tredecim menſes
lunares id ē ccc.lxxxiiii. dies hr̄e monſtraˀ
Ipſe ē annus ſancto moiſi diuitus reuelat⁹ in
quo iubenˀ hi qui longius habitabāt in ſcđo
menſe paſca celebrare. Emboliſmus autem
nomen grecū eſt quod interpretaˀ latine. ſu
per augmētum. eo quod expleat numerum
annoꝝ communium quibus vndecim lunares
dies deeſſe cernuntur. Emboliſmi autem
anni & communes ſic inueniuntur. Si enim
a quartadecima luna paſce p̄cedentis vſq; ad
quartādecimam ſequentis ccc. lxxxiii. dies
fuerint. emboliſmus annus eſt ſi ccc. liiii. cō
munis.

Biſſextus eſt per annos quatuor. vnus dies
adiectus creſcit enim p ſingulos annos quar
ta pars aſſis. At vbi quarto anno aſſem com
pleuerit. biſſextum annū facit. Dictus autē
biſſextus quod bis ſexies ductus aſſem facit
qđ eſt vnus dies ſicut & quadrantem ꝓpter
quatuor ductum quod ē biſextus quem ſub
dierum curſu in annū ſol facit. Inter calares
autem dies id circo vocanˀ qđ interponunˀ.
vt racio lune ſoliſq; conueniat. Calare enim
ponere dicitur. Intercalare interponere ſiue
vt alii volunt calare vocare dicitur Nam ver
bum calo grecum eſt id eſt voco. Dicunt enī
quod pontifex. kalata id eſt vocata in capi-
tolium plebe iuxta curiam calabrariam. que
caſe romuli proxima eſt quot dies a kalendis
ad nonas ſupereſſent pronunciabat. & quin
tanas quidem dicto quinquies verbo kalo ſep
timanas repeticio ſepcies predicabat. Epa-
ctas greci vocant. latini adiectiones annuas
lunares que per vndenarium numerum vſ
q; ad tricenarium inſe reuoluunˀ quas ideo
egipcii adiciūt vt lunaris emenſio racioni ſo-
lis equeˀ. Luna enim iuxta curſum ſuum vi
ginti nouem ſemis dies lucere dinoſcitˀ. & ſi
unt in anno lunari dies ccc. liiii. remanēt ad
curſum anni ſolaris dies vndecim quos egip
cii adiciūt. vnde & adiectiones vocanˀ. Abſ
q; his non inuenies lunam quota ſit in quoli-
bet anno & menſe & die. Iſte epacte ſemper
vndecimo kalˀ aprilis reperiunˀ in eadem lu
na que fuerit eo die. Continenˀ autem circu
lo decennouenali. ſed cum ad viginti nouem
epactas ꝓuenerint qui eſt circulus nonus de
cimus iam ſequēti anno non addes ſuper vi-
ginti nouem vndecim vt decem annuncies.
ſed de tractis triginta inde reuertaris vt vn
decim ꝓnuncies.

De officiis canonicis & de his que ī eccleſia
legunˀ atq; canunˀ. Ca. viiii.

OFficioꝝ plurima genera eſſe conſtat
ſed precipuũ illud qđ in ſacris diui
niſq; rebus habetur. Officium ab ef
ficiẽdo dictum quaſi efficium ꝓpter decorẽ
ſermonis vna mutata litera vel certe vt quiſ
q; illa agãt que nulli officiãt ſed ꝓſint omni-
bus. Veſpertinũ officium ẽ in ĩcio noctis vo-
catum ab ſtella veſpere que ſurgit oriẽte no
cte. De quo officio pſalmiſta ꝯmemorat di-
cẽs. Eleuacio manuum mearum ſacrificium
veſpertinum. Eleuacio manuũ operam piam
que aut elemoſinis exercet̃ aut in aliqua pro
babili cõuerſaciõe peragit̃. Sacrificium vero
veſpertinum illam oblaciõem fortaſſe ſignifi
cat quam in fine vite domino ſolet offerre re
ligioſa deuocio cum penitẽciam gerimus &
humili nos ſupplicaciõe purgamus. ſicut in
quinquageſimo pſalmo dictum eſt. Sacrifi-
cium deo ſpiritus ꝯtribulatus. Veſpera noſ-
tra eſt quando iſtam lucẽ morte veniẽte de
ſerimus. Vnde neceſſe eſt. quia frequenter
ad monuimus neminem debere deſperare.
ſed vltima ſua pocius lacrimarum fonte de-
tergat. Matutinum vero officium eſt in lu-
cis inicio ab ſtella lucifero appellatum que o
rit̃ inchoãte mane de quo pſalmiſta ait In ma
tutinis meditabor ĩ te. Redit enim ad illud
quod ſuperius dixit. Ad te de luce vigilo.
Recte ſiquidem fidelis in matutinis vigilat
quoniam nec inter ꝓſpera ſua obliuiſci pote
rat lucis auctorem. His apoſtolus dicit. Vos
eſtis filii lucis & filii diei. Quoꝝ duoꝝ tem
porum ſignificacione oſtendit̃ vt die ac noc
te ſemper deus laudet̃. Miſſa tempore ſacri
ficii eſt quãdo cathecumini foras mittuntur
clamãte leuita. ſi quis cathecuminus reman
ſit exeat foras & inde miſſa quia ſacramẽtis
altaris intereſſe non poſſunt qui nondum re
generati noſcũtur. Chorus eſt multitudo in
ſacris collecta & dictus chorus qđ in inicio
in modum corone circũ aras ſtarẽt. Alii cho
rum dixerũt a ꝯcordia que in caritate ꝯſiſtit
quia ſi caritatẽ non habeat reſpondere cõue
nienter non poteſt. Cum autem vnus canit
grece monodia latine ſicinium dicit̃. cum ve
ro duo canũt bicinium appellat̃. cum multi
chorus. Chorus eſt plurimarum vocum ad
ſuauitatis modum tẽporata collectio de quo
& pſalmiſta ait. Laudẽt nomen eius in cho-
ro in tympano & pſalterio pſallant ei. Nunc
dicit in choro nomẽ domini eſſe laudandum
In choro vtiq; qui iam nullam patit̃ diſperſi
onem. nullum tedium nullum ſcãdalum. ſed
meritoꝝ ꝓbitate collectus cariſſima ſemper
vnitate cõſiſtit. Sed qualis quãtuſq; ſit iſte
chorus alius pſalmus exponit. A ſolis ortu
vſq; ad occaſum laudate nomen domini. An-
tiphona ex greco interpretat̃ vox reciproca
duobus ſcilicet choris alternatim pſallẽtibꝫ
ordine cõmutato. ſiue de vno ad vnum quod
genus pſallendi greci inueniſſe tradũt. Reſ
ponſoria itali tradiderunt quos que inde reſ-
ponſoria canentes vocant. qđ alio deſinente.
id alter reſpondeat. Inter reſponſoria autem
& antiphonas hoc differt qđ in reſponſoriis
vnus verſum dicit. in antiphonis autem ver
ſibus alternãt chori. Lectio dicit̃ quia nõ ca
nitur vt pſalmus vel ymnus. ſed legit̃ tantũ
Illic enim modulacio. hic ſola ꝓnunciacio q-
ritur. Canticum eſt vox cantãtis in leticia.
Pſalmus autem dicit̃ qui cantat̃ ad pſalteriũ
quo vſum eſſe dauid ꝓphetam ĩ magno miſ
terio ꝓdit hyſtoria. Hec autẽ duo in quibuſ
dam pſalmoꝝ titulis iuxta muſicã artem al-
ternatim ſibi apponunt̃. Nam canticum pſal
mi eſt cum id qđ organum modulat̃ vox poſ
tea cantantis eloquit̃. Pſalmi vero canticũ
quod humana vox preloquit̃ ars organi mo
dulanti vnitat̃. Pſalmus autẽ ex pſalterio di
citur. Vnde nec mos eſt ex alio opere eum
componi. Tres autem gradus ſũt in cantan-
do. Primus ſuccentoris. Secũdus incentoris
Tercius accentoris. Diapſalma quidam he-
breum verbum eſſe volunt quo ſignificãtur
ſemper idem. quod illa quibus hoc interpo-
nitur ſempiterna eſſe ꝯfirmet. Quidam vero
grecum verbum exiſtimãt quo ſignificat̃ in
teruallum pſallendi. vt pſalma ſit qđ pſallit̃
diapſalma vero interpoſitum in pſallendo ſi-
lencium. vt quẽadmodum in pſalmo dicitur.
vocis copulacio incantãdo. ita diapſalma diſ
iunctio eoꝝ vbi quedã requies diſtincte con
tinuacionis oſtendit̃. Vnde & illud ꝓbabile
eſt non cõiungendas ſentencias in pſallendo
vbi diapſalma interpoſitum fuerit quia ideo
interponit̃ vt ꝯuerſio ſenſuum vel pſonarum
eſſe noſcat̃. Ymnus eſt canticum laudancium
quod de greco in latinum laus interpretat̃ ꝓ
eo qđ ſit carmẽ leticie & laudis. Proprie au
tem ymni ſũt ꝯtinentes laudem dei. Si ergo
ſit laus & non ſit dei. non eſt ymnus. ſi ergo
eſt & in laudem dei dicitur & cantat̃. tunc
eſt ymnus. Cui ꝯtrarium eſt trenum qđ car
men ẽ lamẽti & funeris. Alleluia duoꝝ ver-
borum interꝑtacio eſt hoc laus dei. & eſt he
breum. Ia vnum eſt de decẽ nominibus qui
bus apud hebreos deus vocat̃. Amen ſignifi
cat vere ſiue fideliter. qđ & ipſum hebreũ
ẽ. Que duo verba. amen. & alleluia. nec gre
cis. nec latinis. nec barbaris licet in ſuam lin
guam. omnino trãſferre vel alia lingua annũ
ciare. Nam q̃uis interꝑtari poſſint propter

ſanctiorem tamẽ auctoritateꝫ ſeruata eſt ab
apoſtolis in his ꝓprie lingue antiqtas. Tan
to enim ſacra ſũt nomina vt eciã iohannes in
apocalipſi ſua referat ſe ſpiritu reuelãte vi
diſſe & audiſſe vocem celeſtis exercitus tan
quam vocem aquarũ multarum & tonitruũ
validorum dicẽcium amen & alleluia ac per
hoc ſic oportet in terris vtraq; dici . ſicut in
celo reſonãt . Oſanna in alterius lingue inter
pretaciõe in toto trãſire non poteſt . Oſi enĩ
ſaluifica interpretatᷣ. anna interiectio eſt mo
tum animi ſignificans ſub depꝛcantis affectu
Oſi anna aũt integre dicitᷣ. quod nos corrup
ta media vocali littera & eliſa dicimus oſan
na . ſicut fit in verſibus cum ſcandimus . Lit
tera enĩ prima ſequẽtis verbi extremã pri
oris verbi veniẽs excludit & dicitᷣ ebraice o
ſanna qđ interpretatᷣ ſaluifica ſub audiendo
vel populum tuum vel totum mundum.
Offertoriuꝫ tali ex cauſa ſumpſit vocabuluꝫ
Fertum enim dicitᷣ oblacio que altari offertᷣ
& ſacrificatᷣ a pontificibus. A quo offertoriũ
nominatᷣ quaſi ꝓpter fertur . Oblacio vocatᷣ
quia offertᷣ. Dona ꝓprie dicuntᷣ diuina mu
nera . hominum munera . Nam dicuntᷣ obſe
quia que pauperes diuitibus loco munerum
ſoluunt Itaq; munus homini datᷣ donum deo
Vnde eciã in templis donaria dicimus . Mu
nera autẽ vocantᷣ que animabus accipiuntur
vel dantᷣ. Duo ſũt que offeruntᷣ donum & ſa
crificium. Donum dicitᷣ quicquid auro ar
gentoq; aut qualibet alia ſpecie efficitᷣ. ſacri
ficium autem eſt victima & quecunq; in ara
cremantᷣ ſeu ponuntur . Omne autem quod
deo datur . aut dedicatᷣ aut conſecratᷣ . Quod
dedicatur dicendo datᷣ vnde & appellatur.
Vnde & errant qui ꝯſecracionem dedicacõe
putant ſignificari . Immolacio ab antiquis di
cta eo quod in mole altaris poſita victima ce
deretᷣ. Vnde & mactacio poſt immolacioneꝫ
eſt . nunc autẽ immolacio panis & calicis cõ
uenit. Libacio autẽ tantũmodo calicis obla
cio eſt. Hinc eſt illud . Et libabit de ſangui
ne vue. Sic & ſecularium quidam poetarum
nunc inquit pateras libare ioui Libare ergo
ꝓprie fundere ẽ. ſumptumq; nomen a libero
quodam qui in grecia vſum reperit victis.
De hoſtiis holocauſtis atq; ſacrificiis ad qđ
eoꝝ ſpecies ſingule ſignificẽt.

Hoſtie apud veteres dicebantᷣ ſacri
ficia que fiebat anteq; ad hoſtes per
gerent . Victime vero ſacrificia que
poſt victoriã de victis hoſtibus immolabant
& erant victime maiora ſacrificia quã hoſtie
Alii victimam dictam putauerunt quia ictu
ꝑcuſſa cadebat . vel quia iuncta ad aras duce
batur. Holocauſtum illud ẽ . vbi totum igne
conſumitur quod offertᷣ . Antiqui enim cum
magna ſacrificia admĩſtrarẽt ſolebãt totas
hoſtias in ſacroꝝ cõſummere flamma. & ip
ſa erãt holocauſtomata Holo enĩ grece dicitᷣ
totũ cauſis incenſio . & holocauſtum totum
incenſum. Cerimonie apud latinos dicuntᷣ ſa
cra omnia que apud grecos orgia vocantur.
Proprie autẽ viſum eſt doctoribus a carẽdo
appellari cerimonias quaſi carimonias eo qđ
ea que in ſacris diuinis offeruntᷣ. in ſuo vſu id
carerẽt homines. Quod nomen eciam in vſu
eſt litterarũ ſanctarum. Alii cerimonias pro
prie in obſeruacionibus iudeoꝝ credunt . ab
ſtinenciam ſcilicet quarundã eſcarum ſecun
dum veterẽ legem. eo qđ obſeruãtes ea care
ant his rebus quibus ſe abſtinuerunt. Sacri
ficium dictum quaſi ſacrũfactum . quia ꝑce
miſtica conſecratᷣ in memoriã ꝓnobis domi
nice paſſionis . Vnde hoc eo iubente corpus
xp̄i & ſanguinem dicimus. Quod dum ſit ex
fructibus terre ſanctificatᷣ & ſit ſacramentũ
operãte inuiſibiliter ſpiritu dei Cuius panis
& calicis ſacramẽtum greci euchariſtiam di
cunt qđ latine bona gracia interꝑtatur . Et
quid melius corpore & ſanguine xp̄i. Quin
q; autem ſpecies oblacionum in lege ad im
molandum iubebantᷣ afferri hoc eſt bonum o
uium capraꝝ auium ſimile & libamẽtorum
Sic & ibi hoſtie victime. holocauſta. ſacrifi
cia & libamina oblata cõmemorantᷣ . Boues
autem vacce & vituli aut dominice incar
nacionis operaciones ſiue agri dominici cul
tores hoc eſt doctores . aut legalium manda
torum operatores ſignificant. Oues autem
& agni. aut ipſum ſaluatorẽ . qui ſecundum
eſaiam tanquã ouis ad victimã ductus eſt &
a iohanne agnus dei qui tollit peccata mũdi
omnibus demonſtratᷣ aut ſimplices quoſq; &
innocẽtes in eccleſia ſignificant . Capre autẽ
vel hedi in hoſtiã oblati aut carnem ſaluato
ris que abſq; peccato erat. & tamẽ ꝓ pecca
tis humani generis deo patri oblata ẽ . vt ꝑ
eius mortem auctor peccati dyabolus iugu
laretur. aut penitẽtes ꝓ peccatis ſuis ſigni
ficant. qui ſe per afflictionem carnis mactãt
deo. Aues autem aut xp̄i humanitatem ſig
nificãt. ſicut perturturẽ & columbã xp̄i ca
ro ſpiritui ſociata demonſtratur in miſterio
paſſionis per ſacrificiũ deo in odorem ſuaui
tatis oblata. aut ſanctorum ꝑfectionis contẽ
placionem deſignat. Volatilia enim homines
ſũt contemplacioni vacãtes terrenis omnino
ſe non miſcentes negociis . Quod & ſi forte
neceſſitas exegerit. mox reuolãt ad ſublimia
illo euãgelii iuuãte teſtimonio quo dominus

ait. Conſiderate volatilia celi quia non ſemi-
nant neq; metunt & pater veſter celeſtis paſ
cit illa. Contemplacioni ergo vacãs & in ſu
periorum ↄſideracione pfectus homo hoc enĩ
que predicta ſũt docuerũt ſi conuerſacionem
ſiue vitã ſuã oblacionez offert de turturibus
aut de columbis offerat munus ſuum id ẽ in
ſciencia & manſuetudine ſpiritali. Hec enim
opus habet vt non excedat legis cõſideracio
in vanis occupata. Turtur ſiquidem quia cõ
gnicionem habet. ita vt eius exemplo iudeo
rum exprobraret̃ populus. Hoc iheremias pro-
bat. Ait enim. Turtur & hirundo & ciconia
cuſtodierunt tẽpus aduentus ſui. populus au
tem meus non cognouit iudicium domini.
Columba autẽ munda & ſimplex annuncia-
trixq; preſencie ſancti ſpiritus eſt. quales o-
portet eſſe eos qui circa contemplãdas ſcrip
turas habent ſtudium. Vnde ezechias ait.
Meditabor vt columba. Simile autẽ & liba
mentorꝫ ſacrificium aut ſacramentum corpo
ris xp̃i & ſanguinis qđ in altari cõſecrat̃ & a
fidelibus ad augmentum ſalutis ſue percipit̃
vel eccleſie catholice que miſtice corpus xp̃i
eſt. figurã exprimit. & gracia abundat ſpiri
tali. Hec ex cõuenientibus membris quaſi ſi-
milia ex multis credencium granis collecta
eſt & legis & euãgeliorum mola inter litte
terã ſeparata p aquã eciã baptiſmatis aduna
ta criſmatis oleo puncta. ſancti ſpirit9 igne
ſolidata p humilitatẽ ſpiritus deo hoſtia pla
cens effecta eſt. Similiter eadem ex multis
perſonis velut a cinis botri coadunata. & p̃-
lo paſſionis atq; temptacionũ cõquaſſata vi-
num effundit ſpiritale. Legitur enim in ſcri
pturis dominum victimas pecudum & hoſ-
tias legales reprobaſſe & ſacrificium ſpirita-
le expetiſſe. Vnde eſt illud Non accipiã in-
quit de domo tua vitulos neq; de gregibus
tuis hircos. Et item nunquid manducabo
ait carnes taurorꝫ aut ſanguinem hircorum
potabo. Immola deo ſacrificiũ laudis & red
de altiſſimo vota tua. Sacrificiũ laudis ho-
norificabit me. & illic tũc ẽ in ꝗ oſtendã illi
ſalutare dei. Et alibi. Circuibo & immolabo
in tabernaculo eius hoſtiã iubilacionis can-
tabo & pſalmum dicã domino. Vnde in pſal
mo ſancta eccleſia totã ſe deo dedicãs dicit.
Holocauſta medullata offeram tibi cum incẽ
ſu & reliqua. Quod autem abſq; fermẽto iu
betur dei eſſe oblacio & ſine melle indicat a-
pud deum nihil voluptuoſum. nihil ſuaue hu
ius mũdi placere. nihilq; qđ non habeat mor
dacis aliquid veritatis. Vnde & paſca cum
amaritudinibus manducat̃. Econtrario miſ-
ceri in omnibus ſacrificiis ſal iubet̃ ſcilicz vt
omnia que ad xp̃i honorem offerimus. ſal ra
cionis ac diſcrecionis ſemper accipiãt. Quod
vero in ſacrificiũ oleum offerebat̃ ſignificat
vt quicquid ad cultum xp̃i & deuocionẽ ſan
ctorum. impendimus totum cum hilaritate
faciamus. nihil vt ait apoſtolus ex triſticia
aut ex neceſſitate. hilarem enim datorẽ dili
git deus. Vnde ꝙ moraliter nos vitulum of
ferimus deo cum carnis ſuperbiam vincim9
Agnum cũ irracionabiles motus corrigim9
hedum cum laſciuiã ſuperamus. columbam
cum ſimplicitatẽ cuſtodimus turturẽ cum ca
ſtitatem ſeruamus. hoc aũt genus auium di
cit̃ vnum & caſtum ſeruare cõiugium. ſimi-
lam & panes azimos offerimus. cum ſine ma
licia & nequicia hanc vitã preſentẽ gerimus
Offert verbi gracia ſimilam qui in agri cul-
tura aut nauigãdo aut in aliquibus cõmunis
vite vſibus poſitã offert cõuerſacionem oleo
tamen conſparſam quia omnis anima eget o
leo diuine miſericordie nec preſentez vitam
euadere quiſpiam poteſt niſi ei oleum celeſ-
tis miſeracionis affuerit. Nec non & illud ĩ
timandum qđ iuxta moralitatẽ per clybanũ
temptacionũ pondus exprimit̃ p ſartaginez
conſtancia animi & robur mẽtis. per craticu
lam multiplex impugnacio non incongrue ſig-
nificatur.

De ſacramentis diuinis vbi quid in his homi
ni gerendum ſit demonſtrat̃.

Sacramentum eſt in aliqua celebra-
cione cum res geſta ita fit vt aliqd
ſignificare intelligat̃ qđ ſancte acci
piendum eſt. Sunt autem ſacramẽta baptiſ
mum & chriſma. corpus & ſanguis domini
que ob id ſacramenta dicunt̃. qđ ſub tegu-
mento corporalium rerum virtus diuina ſe-
crecius ſalutẽ eorundem ſacramentorũ ope-
rat̃. Vnde a & ſecretis virtutibus vel ſacris
ſcramẽta dicunt̃. Que ideo fructuoſe penes
eccleſiam fiunt. quia ſanctus in ea manẽs ſpi
ritus eundem ſacramentorũ latenter operat̃
effectum. Vnde ſeu per bonos ſeu per malos
miniſtros intra dei eccleſiam diſpenſent̃. ta-
men quia ſpiritus ſanctus miſtice illa viuifi-
cat qui quondam apoſtolico in tempore viſi-
biliter apparebat operibus nec bonorꝫ meri-
tis diſpenſatorꝫ amplificant̃ hec dona nec ma
lorum attenuant̃ quia neq; qui plantat aliqd
eſt. neq; qui rigat ſed qui incrementum dat
deus. Vnde & grece miſteriũ dicit̃ qđ recõ
dita habeat diſpenſacionẽ. Baptiſmum gre-
ce latine tinctio interpretatur. Que idcirco ti
nctio dicit̃ quia ibi homo ſpiritu gracie in me
lius immutat̃. & longe aliud ꝙ erat efficitur
Prius enim fedi eramus de feditate pecca

terum. in ipſa tinctiōe reddimur pulchri de
albacione virtutum. Vnde & in canticis ſcri
bitur canticoꝝ. Que eſt iſta que aſcēdit qua
ſi dealbata. Cuius miſterium non aliter niſi
ſub trinitatis deſignacōne id ē patris & filii
& ſpiritus ſancti cognominacione complet̄.
dicēte domino ad apoſtolos. Ite docete om-
nes gentes baptizātes eos in nomine patris
& filii & ſpiritus ſancti. Sicut enim in trib9
teſtibus ſtat omne verbum. ita ſacramētum
confirmat ternarius numerus nominū diui-
norum. Q2 autē per aquam baptiſmū datur
hec racio eſt. Voluit enim dominus vt res il
la inuiſibilis p congruenciā ſcilicet p contrec
tabile & viſibile impenderet̄ elementum ſup
quod eciā in principio ferebat̄ ſpiritus ſanc-
tus. Nam ſicut aqua purgat exterius corp9
ita latent̄ eius miſterio per ſpiritum ſanctū
purificat̄ & animus. Cuius ſanctificacio ita
eſt. Inuocato enim deo deſcēdit ſpiritus ſan
ctus de celis. & medicatis aquis ſanctificat
eas de ſemetipſo & accipiunt vim purgatio
nis vt in eis & caro & anima delictis inqui-
nate mundent̄. Hoc ꝙ̄ ſciendum qd̄ quāuis
apoſtolica doctrina p̄dicet vnam eſſe fidem
& vnū baptiſma tamē ſūt plura genera bap
tiſmatis que purgāt hominem a delictis ac
ꝑfectum conferunt ſanctitatis. Nam legit̄
in actibus apoſtoloꝝ dominus aſcenſurus in
celum diſcipulis dixiſſe. Iohannes quidē bap
tizauit aqua. vos autē baptizabimini ſpiri-
tu ſancto non poſt multos hos dies. Vbi no-
tandum ꝙ baptiſma domini in ſpiritu ſanc-
to. de quo p̄dixerat iohannes non ad illud ſo
lummodo tempus reſpicit quādo apoſtoli &
ceteri fideles illius tēporis baptizati ſūt aq̄
in remiſſionem peccatorum per graciā ſpiri
tus ſancti donatā ſibi a domino. verum etiaꝫ
quādo mittente ipſo domino plenius eiuſdeꝫ
dona accepere. ſpiritus ſancti de celis ſed &
nunc quicunqꝫ baptiſma in remiſſionem pec
catorum accipiūt vtiqꝫ in ſpiritu ſancto bap-
tizant̄ per cuius donū & a peccatis abluunt̄
omnibus. & in bonis proficere actibus adiu
uantur. Item legit̄ ſaluator in euangelio de
ſe dixiſſe. Baptiſmum habeo baptizari & co
artor donec perficiat̄ in quo videlicet paſſio
nis ſue innuit ſacramētum quoniā corpus ſu
um hoc eſt ſanctam eccleſiā p effuſionem ſan
guinis ſui lauauit a ſordibus omnium pecca-
torum. Vnde ſcriptum ē. Qui dilexit nos &
lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo.
Hinc ꝙ̄ martirium quod ꝓ xp̄i nomine paci
untur fideles credit̄ eſſe purgatio omnium
peccatoꝝ. ſic̄ dicit petrus apoſtolus. Criſtus
paſſus eſt ꝓ vobis. vobis relinquēs exemplū
vt ſequamini veſtigia eius. De quo ipſa veri
tas teſtat̄ dicens. Qui ſequitur me non am-
bulabit in tenebris ſed habebit lumē vite. Et
iterum qui vult inquit poſt me venire abne
gat ſemetipſum & tollat crucem ſuam & ſe
quat̄ me. Nam qui perdiderit animam ſuam
ꝓpter me in vitā eternā cuſtodiet eā. Prete
rea ſūt & alie ſpecies munditionum quibus
anime purgant̄ a delictis atqꝫ peccatis. Nam
credunt̄ anime ſolui a peccatoꝝ vinculis per
confeſſionem & per penitenciā veram cum
lacrimarū cōpunctione. Vnde ē illud iacobi
teſtimoniū. Confitemini alterutrū peccata
veſtra & orate ꝓ inuicem vt ſaluemini. Hinc
& pſalmiſta ad dominum ait delictum meū
ↄgnitum tibi feci et iniuſticias meas non ope
rui dixi pronunciabo aduerſum me iniuſti-
cias meas domino & tu remiſiſti impietateꝫ
cordis mei. & alibi. lauabo inquit p ſingulas
noctes lectum meum. lacrimis meis ſtratum
meum rigabo. Vbi lectum delectationeꝫ cor
poris intelligimus quā poteſt homo lacrimis
q̄uis paucis lauare. ſi eum ↄtingat celeſti in
ſpiratione deflere. Stratum auteꝫ ſignificat
cumulum peccatorū quem rigare iubemur.
hoc eſt vberius lauare vt ſimus ex peccatore
iuſti. ex lugente leti & ex egroto ſaniſſimi.
Q2 autem vera penitencia expurget homi-
nem & ad celeſte regnum pducat. oſtendit
dominus dicēs. Penitēciam agite appinqua
bit enim regnum celorū. Item p bona opera
& per elemoſinas purgat̄ homo a ſordibus a
nime. Vnde ē illud pſalmiſte. Lauabo inter
innocētes manus meas. Inter innocentes enī
lauat man9 ſuas quiſquis facta ꝓpria ſtudio
bone ↄuerſationis emūdat. Hinc & ſaluator
in euāgelio ait. Date elemoſinam & ecce om
nia munda ſūt vobis. Et alibi ſcriptum eſt.
Sicut aqua extinguit ignē. ita elemoſina ex
tinguit peccatum. Adiuuat etiā homineꝫ ad
ſalutem pcipiendam eternā oratio pura. Ad
iuuat & preditacio verbi diuini. Adiuuat et
dilectio pura vere caritatis. Vnde ē illud ia-
cobi. Oracio fidei ſaluabit infirmum & ſi in
peccatis eſt dimittent̄ ei. Et iteꝝ. Qui ↄuer
ti inquit fecerit peccatorē ab errore vie ſue
ſaluabit animā eius a morte & operit multi
tudinem peccatorum. Deniqꝫ ſaluator ꝙ di
lectio remiſſionē peccatorum pariat in euan
gelio ad ſimonē loquēdo de muliere peccatri
ce. que pedes eius lacrimis rigauit. & capil
lis terſit. & vngento vnxit. oſtendit dicens
Amen dico tibi remittunt̄ ei peccata multa
quoniā dilexit multum. Hinc & alibi ſcriptū
eſt. Caritas operit multitudinē peccatorū.
& vniuerſa delicta operit caritas. Chriſma

grece. latine vnctio nominať. ex cuius nomi
ne & xp̄s diciť & homo poſt lauacrũ ſanctifi
cať. Nam ſicut ĩ baptiſmo peccatoꝝ remiſſio
dať. ita p̄ vnctionẽ ſanctificatio ſpiritus ad/
hibetur. & hoc de priſtina diſciplina qua vn
gi in ſacerdotiũ & in regnũ ſolebant. ex quo
& aaron a moyſe vnctus ẽ. Quod dum carna
liter fit ſpiritaliť ꝓficit quomodo & in ipſa
baptiſmi gratia viſibilis actus ẽ. ꝙ in aqua
mergimur. ſed ſpiritalis effectus ꝙ a delic
tis mundamur. Hoc ſignificat & illud vngẽ
tum qđ peccatrix ſup caput iħu fudiſſe ſcri/
bitur. Impoſitio ideo fit vt p̄ manus impoſiti
onem aduocatus inuitetur ſpiritus ſanctus.
Tunc enim ille paraclitus poſt mũdata & be
nedicta corpora libens a patre deſcẽdit. & q̄
ſi ſup bapitiſmi aquã tanꝗ ſup priſtinã ſedẽ
recognoſcens quieſcit. Nam legiť qđ in prin
cipio aquis ſupferebať ſpiritus ſanctus. De
reſiduis ꝙ̄ duobus ſacramẽtis hoc ẽ corpore
& ſanguine domini. queri poteſt cur inter
omnes fructus terre potiſſimum ad hoc ele/
gerit frumẽtum atq̄ vinum quaſi ipſa cunc/
tos fructus terre dignitate p̄cellant. & p̄cio
ſiores omnibus fiant. Quod videlicꝫ ita ſolui
poſſe credimus. Maluit enim dominus cor/
poris & ſanguinis ſui ſacramẽta fideliũ ore
p̄cipi et in paſtum eoꝝ redigi. vt p̄ viſibibile
opus inuiſibilis oſtenderetur effectus. Sicut
enim cibus materialis forinſecus nutrit cor/
pus & vegetat. ita etiã verbum dei intus ani
mam nutrit & roborat quia non in ſolo pane
viuit homo. ſed in omni verbo qđ ꝓcedit de
ore dei & verbũ caro factum ẽ & habitabit
in nobis. Ait enim ipſa veritas Caro enĩ mea
vere cibus eſt. & ſanguis meus vere ẽ potus
Vere ſcꝫ caro xp̄i eſt cibus. quia vere paſcit
& ad eternã vitam hominem nutrit. & ſang
uis eius vere ẽ potus quia eſuriẽtem animã
& ſcientẽ iuſtitiam ĩ eternũ veraciter ſaciat
Temporalẽ quippe vitam ſine iſto cibo & po
tu habere poſſunt homines eternã omnino ñ
poſſunt. quia iſte cibus & potus eternã ſocie
tatem capitis mẽbrorumq̄ ſuorũ ſignificat.
Qui mãducat inquit meam carnem & bibit
ſanguinem meum ipſe in me manet & ego in
eo. Huius rei ſacramẽtum id ẽ vnitatis cor
poris et ſanguinis xp̄i de mẽſa dominica aſſu
miť quibuſdam ad vitam, quibuſdam ad exi
tium. Res vero ipſa omni homini ad vitã nul
li ad exitium. quicũq̄ eius particeps fuerit.
idẽ xp̄o capiti mẽbrum aſſociatus in regno
celeſti. quia aliud ẽ ſacramẽtum aliud virt9
ſacramẽti. Sacramẽtum enim ore p̄cipiť vir
tute ſacramenti interior homo ſaciať. Ergo
q̄a panis corp9 ꝯfirmat. ideo ille corpus xp̄i

ꝯgruẽter nuncupať. vinum autẽ quia ſangui
nem operať in carne. ideo ad ſanguinẽ criſti
referť. Nec autẽ dum ſũt viſibilia ſanctifica
ta tunc p̄ ſpiritũ ſanctum in ſacramentũ diui
ni corporis trãſeunt.

De exorciſmo xii.

Exorciſmus grece latine cõiuratio
ſiue ſermo increpationis ẽ aduer/
ſum dyabolum vt diſcedat. ſicut
ẽ illud in zacharia. Et oſtendit mi
hi ihesum ſacerdotẽ magnum ſtantẽ coram
angelo dei & ſathan ſtabat a dextris eius vt
aduerſareť ei. Et dixit dñs ad ſathan. Incre
pet dominus in te ſathan. & increpet domi/
nus in te qui elegit iheruſalem. Hoc eſt exor
ciſmo increpare & cõiurare aduerſus dyabo
lum. Vnde ſciendũ qđ non creatura dei in in
fantibus exorcizať aut exufflať. ſed ille ſub
q̄ ſũt omnes qui cũ peccato naſcunť. Eſt enĩ
princeps peccatoꝝ. xiii.

De ſimbolo.

Simbolũ per linguã grecã ſignum vel
cognitio interpretať. Diſceſſuri eniꝫ
apoſtoli ad euangelizandũ in genti/
bus hoc ſibi p̄dicationis ſignum vel indicium
poſuerũt. Continet autẽ ꝯfeſſionem trinita
tis & vnitatis. & vnitatem eccleſie & omne
criſtiani dogmatis ſacramentum. Quod ſim
bolum fidei & ſpei noſtre nõ ſcribiť in carta
& atramẽto ſed in tabulis cordis carnalibus

De oracione & ieiunio. xiiii.

Oratio petitio diciť. Nam orare ẽ pe
tere. ſic exorare impetrare. Conſtat
autẽ oratio loco & tẽpore. Loco q̄a
non vbiq̄ cum ꝓhibeamur a xp̄o in publico
orare. ſed vbi oportunitas dederit aut neceſ
ſitas importauerit. Neq̄ enim cõtra precep
tum reputať ab apoſtolis factum. qui in car
cere audientibus cuſtodibus orabãt & cane
bant deo. De tẽpore vero dictum ẽ. Sine in/
termiſſione orate. Sed hoc in ſingularibus.
Nam eſt obſeruatio quarũdam horarũ cõmu
niũ. que diei interſpacia ſignant. tercia ſex
ta & nona ſimiliter & noctis. Sed ideo hee
orãdi hore diuiſe ſũt vt ſi forte aliquo fueri/
mus opere detẽti ipſum nos ad officiũ tem/
pus admoneat. Que tẽpora in ſcripturis in/
ueniunť. Primũ enim ſpiritus ſanctus ꝯgre/
gatis diſcipulis hora tercia infuſus ẽ. & pe/
trus qua die viſionẽ ꝯmunicationis in hoc vaſ
culo expertus. ſexta hora orãdi gratia aſcende
rat. Idem etiã cũ iohanne hora nona templũ
adiit quãdo paraliticũ ſanitati priſtine refor
mauit. Sed & danielẽ legimus hec tempora
in oratione obſeruaſſe. Et vtiq̄ ex iſrahelis
diſciplina docemur vt ne minus ꝙ̄ ter in die

adoremus. Debitores enim ſumus trium pa
tris & filii & ſpiritusſancti . Exceptis vtiq̧
& aliis legitimus orationib⁊ que ſine vlla ad
monitione debent̃ in ingreſſu lucis ac noctis
ſiue vigiliaꝝ. ſed & cibum non prius ſumere
q̄ꝫ intrapoſita oratione Priora enim habenda
ſūt ſpūs refrigeria q̄ꝫ terrena. Qui autē vult
orationem ſuam ad dominū volare faciat il
li duas alas ieiuniū & elemoſinā. & aſcendit
celeriter & exaudit̃ . Ieiunium ē parſimonie
victus abſtinentiaq̧ ciboꝝ cui nomen indi-
tum ex quadā parte viſcerum tenui ſemp &
vacua qđ vulgo ieiunū vocat̃ . Vnde ieiuniū
nomen credit̃ deriuatum ꝙ ſui media viſce
ra vacua & ex inanita exiſtāt. Ieiuniū aūt &
ſtatio dicit̃. Statio autē de militari exemplo
nomen accepit ꝓ eo qđ nulla leticia obueni-
ens caſtris ſtationem militū reſcindit. Nam
lentius leticia triſtitia ſollicitiꝰ adminiſtrat
diſciplinā. Vnde & milites nunquā immemo
res ſacramēti magis ſtationibus parent . Diſ
cernunt autē quidā inter ieiunium & ſtatio
nem. Nam ieiuniū eſt indifferenter cuiuſli-
bet diei abſtinētia non ſecudnū legem ſed ſe
cundum ꝓpriam voluntatem. Statio autem
eſt obſeruatio ſtatutoꝝ vel temporū vel die
rum vt quarta feria & ſexta feria ieiunium
ex veteri lege preceptum de qua ſtatione in
euangelio dixit ille. Ieiunio bis in ſabbato. i.
quarta & ſexta ſabbati. Temporū autē que
legalibus ac ꝓpheticis inſtitutionibus termi
natis tēporibus inſtituta ſūt. vt ieiuniū q̄rti
quinti ſepti mi ac decimi. vel ſicut in euāge-
lio dies ille in quibus ablatus ē ſponſus . vel
ſicut obſeruatio quadrageſime que in vniuē
ſo orbe inſtitutiōe apoſtolica obſeruat̃ circa
ꝯfinium dominice paſſionis. His tercium ge
nus quidā adiciūt qđ xerofagiam dicunt ab
ſtinentiam ſcilicꝫ ciboꝝ humētium. Vnde &
nomen hoc datum eoꝙ quidam ſiccis eſcis
vtantur. xv.

De penitēcie ſatiſfactiōe atq̧ exhomologeſi

PEnitencia appellata quaſi punientia
eo qđ ipſe homo in ſe penitēdo punit
qđ male admiſit Nā nihil agūt q̄s ve
raciter penitet. niſi vt id qđ male fecerit im
punitum eſſe nō ſināt. Eo quippe modo ſibi
non parcētibus ille parcit. cuius altū iuſtum
qꝫ iudiciū nullus contēptor euadet Perfecta
eſt autē penitēcia preterita deflere & futu-
ra non admittere. Hec ſecūda in ſimilitudi-
ne fontis ē . vt ſi forte impugnante dyabolo
aliqđ peccatum irrepſerit huius ſatiſfactio-
ne purget̃. Satiſfactio autē eſt cauſas pecca
torū & ſuggeſtiones excludere & vltra pec
catum non iterare . Recōciliatio vero eſt qđ
poſt complemētum penitēcie adhibet̃ . Nam
ſicut ꝯciliamur deo quādo primū a gentilita
te ꝯuertimur ita reconciliamur quando poſt
peccatum penitēdo regredimur . Exhomolo
geſis greco vocabulo dicit̃ qđ latine cōfeſſio
interpretat̃. Cuius nominis duplex ſignifi-
catio ē . Aut enim in laude intelligit̃ ꝯfeſſio
ſicut eſt ꝯfiteor tibi pater domine celi & ter
re. aut dum quiſq̧ confitet̃ ſua peccata ab eo
indulgēda cuius indeficiēs eſt miſericordia
Ex hoc igit̃ greco vocabulo exprimit̃ & fre
quentat̃ exhomologeſis qđ delictum noſtrū
domino ꝯfitemur non quidē vt ignaro cuius
agnitioni nihil occultum ē . ſed ꝯfeſſio eſt rei
ſcilicꝫ eius que ignorat̃ ꝓfeſſa ꝯgnitio Vtile
enim ſibi ac iocūdum quiſquā eſſe exiſtima-
uerat rapere adulterare furari . ſed vbi hec
eterne damnationi obnoxia eſſe ꝯgnouit con
gnitis his confitet̃ errorem . Confeſſio autē
erroris cōfeſſio eſt deſinendi . Deſinendum
ergo a peccatis ē dum ꝯfeſſio eſt . Confeſſio
antecedit remiſſio ſequit̃. Ceterū extra ve-
niam ē qui pcīm cognoſcit nec ꝯgnitū ꝯfitet̃
Itaq̧ exhomologeſis ꝓſternēdi vel humile
faciendi hominibus diſciplina ē habitu atq̧
victu ſacco & cinere incuruare corpus ſordi
bus obſcurare animū meroribus deicere illa
que peccant triſti tractatatione mutare. Le
tanie autē greco nomine appellant̃ que lati-
ne dicunt̃ rogationes. Inter letanias vero &
exhomologeſin hoc differt . ꝙ exhomologe-
ſis ꝓ ſola ꝯfeſſione peccatorū agitur. letanie
vero que indicunt̃ ꝓpter rogandum dominū
& impetrandam aliquam eius miſericordiā
Sed nūc iam vtrunq̧ vocabulum ſub vna ſig
nificatione habetur nec diſtat vulgo vtrum
letanie an exhomologeſis dicant̃. Supplica-
cionis nomen quodāmodo nunc ex gentilita
te retinetur . Nam ferie aut legitime erant
apud eos aut indicte . Indicte aūt quia paup
tas antiqua romanoꝝ ex collatione ſacrifica-
bat. aut certe de bonis damnatoꝝ. Vnde &
ſupplicia dicunt̃ ſupplicationes que fiebant
de bonis paſſorum ſupplitio . Sacre enim res
de rebus execrandoꝝ fiebant .

Explicit liber quintus . Incipit liber ſextus
de nomine & partibus eius . Ca. i.

NAtura dicta ab eo qđ naſ-
ci aliquid faciat. Gignēdi
enim & faciēdi potens eſt
Hāc quidam deū eſſe dix
erunt. a quo omnia creata
ſunt & exiſtunt. Genus a
gignendo dictum cui deri
uatum nomen a terra ex qua omīa gignunť
Ge enim grece terrā dicunt. Vita dicta prop
ter vigorem. vel qđ vim teneat naſcendi at-
ꝗ creſcendi. Vnde & arbores vitam habere
dicunť quia gignunť & creſcunt. Homo di
ctus quia ex humo ē factus ſicut et in geneſi
dicitur. Et creauit deus hominem de humo
terre. Abuſiue enim ꝓnunciať ex vtraꝗ ſub
ſtācia totus homo id ē ex ſocietate anime &
corporis. Nam ꝓprie homo ab humo dicitur
Greci autē hominem antropon appellauerūt
eo qđ ſurſum expectet ſubleuatus ab humo
ad contēplationem artificis ſui. Quod ouidi
us poeta deſignat cum dicit. Pronaꝗ cum
ſpectant animalia cetera terram os hominis
ſublime dedit celūꝗ videre iuſſit & erectos
ad ſidera tollere vultus. Qui ideo erectus ce
lum aſpicit vt deum querat non vt terrā in
tendat veluti pecora que natura ꝓna & ven
tri obedientia finxit. Duplex eſt autē homo
interior & exterior. Interior homo anima.
& exterior homo corpus. Anima autē a gen
tilibus nomen accepit eo qđ ventus ſit. Vn-
de & greci ventum animos dicunt ꝙ ore tra
hētes aerem viuere videamur ſ; apertiſſime
falſum ē. quia multo prius gigniť anima ꝗ̄
ꝯcipi aer ore poſſit que iam in genitricis vte
ro viuit. Non eſt igiť aer anima qđ putaue
runt quidam. qui non potuerūt incorpoream
eius cogitare naturā. Homo quia ex duabus
conſtat naturis. aliquādo corpus humanum.
aliquādo etiam animā rationalē ſignificat.
De quo apoſtolus ait. Et ſi exterior homo
noſter corrumpiť. interior renouať de die in
diem. Et alibi interiorem hominē habitare
xp̄m p fidem in cordibus noſtris. Itē in pſal
mo diuerſas ſpecies hominū oſtēdit ꝓpheta
ita dicens. Quid eſt homo qđ memor es eiꝰ
aut filius hominis quoniā viſitas eum. Quid
eſt homo cum deſpectu ꝓnunciādum ē id ē
fragilis & caducus ade ſequax. qui in vete
ri peccato ꝑmixtus ſocia prauitate ꝯcluſus ē
Huius memor ē dominus quādo ei peccata
dimittit & miſericordie ſue dona largiť ſicē
in alio pſalmo dicturus ē. Filii autē hominū
in ꝓtectione alarum tuaꝝ ſperabūt in ebria-
buntur ab vbertate domus tue. & torrente
voluntatis tue potabis eos. Hoc ē ergo eſſe

memorem. ꝯferre d:linquētibus tante gra-
tie ſoſpitatē. Aut filius hominis quoniā viſi
tas eum. Hic iam voce ſurgendum eſt. quia
dominum ſignificat ſaluatorē qui nō vt cete
ri mortales ex duobus hominibus natus eſt.
ſed ex ſpiritu ſancto & beate marie ſemper
virginis vtero tanquam ſponſus de glorioſo
thalamo ꝓceſſit. Sequiť. Minuiſti eum pau
lominus ab angelis ⁊c̄. Hinc iam domini ſal-
uatoris humilitas narrať & gloria. Minora
tus ē enī non neceſſitate miniſtratoria ſ; pie
tatis ſue ſpontanea voluntate ſicut apoſtolꝰ
ait. Semetipſum ex inaniuit formā ſerui ac
cipiens. Sequiť Paulominus ab angelis quia
crucem ꝓ omniū ſalute ſuſcepit. Ex ea ſiqui
dem pte creator angeloꝝ minor factus ē an
gelis. Bene autē dixit paulominus quia & ſi
mortale corpus aſſumpſit tamen peccata nō
habuit. Gloria vero & honore coronatus eſt
cum poſt reſurrectionē nimis & mirabilē. to
tius mūdi credulitutē. deus in eo qđ homo
factus ē exaltatus accepit. Homo xp̄s eſt vt
in eſaya. Quieſcite ab homine cuius ſpiritus
in naribꝰ eius. Et in pſalmo. Accedet homo
ad cor altum. De hoc homine & p alium ꝓ-
phetam diciť. Et homo eſt & quis cognoſcet
eum. Q̄ autē dupliciter homo intelligēdus
ſit oſtendit dominus ad ezechielē ꝓphetam
dicens. Homo homo de domo iſrahel qui po
ſuerit immūdicias ſuas in corde ſuo. Et reli
qua. Duplicē ergo nobis iuxta ap̄lm vt ſup̄
diximus oſtēdit hoīez interiorē & exteriorē
Multi enim habētes hominis faciē corpora-
lem diuerſaꝝ beſtiarum aſſumunt imagines
quas diſſipare ꝓpheta ꝯcupiſcens deprecať.
Domine in ciuitate tua imagines eoꝝ diſſi-
pabis. Illi de quibus ſcriptū ē. homo cum in
honore eſſet nō intellexit cōparatus ē iumē
tis inſipientibus & ſimilis factus ē illis non
ſūt homines homines. ſed homines ſūt iumē
ta. Rurſum qui de euangelio audiunt ſerpē
tes genimina viparum quis oſtendit vobis
fugere ab ira ventura non ſūt homines homi
nes. ſed ſūt homines ſerpētes. Et de quibus
ſcriptum eſt vulpes foueas habent & volu
cres celi nidos & de herode dicite vulpi huic
nō ſunt homines homines ſed ſunt homines
vulpes. Qui vero vtrunꝗ hominis vocabulū
poſſident ſi errauerint. ideo p ſupplicia corri
gunť. vt intelligāt ꝙ dominus ipſe eſt deus
Homines rationabiles quiꝗ intelligunť de
quibus in pſalmo legiť. Homines & iumēta
ſaluos facies domine. Item homines pecca-
tores vt in pſalmo. Vos autē ſicut homines
moriemini. Aliquādo vero homo peccato-
rem quemlibet & perſecutorē ſignificat ſeu

impiiſſimũ antixp̃m de quo dicit pſalmiſta
Exurge domine nõ preualeat homo Ipſe eſt
enim homo peſſimus quem humana non po-
teſt ſuſtinere ↄditio. in q̃ tanta erit verſutia
vel poteſtas vt ſola domini virtus eius poſ-
ſit ſuperare nequitiã . Legit̃ & in apoſtolo
Vetus homo noſter hoc eſt homo peccati ſi-
mul crucifixus ẽ cum xp̃o vt deſtrueret̃ cor
pus peccati . Vnde iubet nos deponere vete
rem hominẽ cum actibus ſuis & induere no-
uum qui ſecundũ deum creatus ẽ in iuſticia
& ſanctitate veritatis . Omnia enĩ peccata
& crimina ſimul corpus appellat qđ deſtrui
dicit per bonã vitam & fidẽ catholicã. Cruci
fixio quippe interioris hominis penitẽtie do
lores intelligunt̃. & ↄtinentie quidẽ ſalubris
cruciatus per quã mortẽ mors impietatis ꝑ
imitur. Spiritum idẽ eſſe qđ animam euan-
geliſta ꝓnunciat dicens. Poteſtatem habeo
ponẽdi animam meã & rurſum. Poteſtatem
habeo ſumẽdi eam . De hac q̃q; ipſa domini
anima paſſionis tempore memoratus euãge-
liſta ꝓtulit ita dicens . Et inclinato capite e
miſit ſpiritum . Quid eſt enim emittere ſpi-
ritum niſi qđ animam ponere . Sed anima di
cta ꝓpter qđ viuit. ſpiritus autẽ vel ꝓ ſpiri
tali natura vel ꝓ eo qđ inſpiret corpora . Itẽ
animum idẽ eſſe ꝙ animã · ſed anima vite ẽ
animus ↄſilii . Vnde dicũt ph̃i etiam ſine ani
mo vitam manere. & ſine mente animam du
rare . Vnde & amentes . Nam mentẽ vocari
vt ſciat . animũ vt velit. Mens aũt vocata vt
emineat in anima vel ꝙ meminit . Vnde &
immemores amentes. Quaꝓpter non anima
ſed qđ excellit in anima mens vocat̃ tanquã
caput eius vel oculus. Vnde & ipſe homo ſe
cundum mentem imago dei dicit̃. Ita autem
hec omnia adiũcta ſũt anime vt vna res ſit.
Pro efficiẽtiis enim cauſaꝝ diuerſa nomina
ſortita eſt anima Nam & memoria mens eſt
Vnde & immemores amẽtes . Dum ergo vi
uificat corpus anima eſt . dum vult animus
eſt . dum ſcit mens eſt . dum recolit memoria
eſt . dum rectum iudicat ratio ẽ . dum ſpirat
ſpiritus ẽ . dum aliquid ſentit ſenſus ẽ . Naꝫ
inde animus ſenſus dicit̃ ꝓ hys q̃ ſentit . Vn
de & ſententia nomen accepit . Significatio
enim ſpiritus multiplex ẽ . Aliquando ſpiri-
tus nomine ipſe deus demonſtrat̃ cum ſcrip-
tũ eſt. Deus ſpiritus ẽ & ſpiritusſanctus de
quo in euãgelio angelus ad mariã dicit . Spi
ritusſanctus ſupueniet in te & virtus altiſ-
ſimi obumbrabit tibi. & ap̃ls ſpiritus inquit
omnia ſcrutat̃ etiam ꝓfunda dei & iteꝝ vbi
ſpiritus inquit domini ibi libertas. Aliquan
do etiã ſpiritus ſignificat angelicã naturam

Vnde pſalmiſta ait . Qui facit angelos ſuos
ſpiritus Aliquando animã hominis vt ſupra
oſtendimus . Aliquãdo ſanctos viros & vir-
tutum decorẽ atq; ſpiritalẽ habentes. Vnde
apoſtolus ait Siquis ꝑoccupatus fuerit in ali
quo delicto. vos qui ſpiritales eſtis inſtruite
huiuſmodi in ſpiritu lenitatis . Aliquãdo ſpi
ritus vocat̃ ratio que preemiuet anime vt in
daniele Spiritus & anime iuſtoꝝ benedicite
dominũ . Aliquãdo ſpiritus animam iumẽto
rum ſignificat . Vnde ſalemon ait . Spiritus
iumentoꝝ deſcendat deorſũ . Aliquãdo vocẽ
hominis ſignificat . Vnde dicit ap̃ls . Si orẽ
lingua ſpiritus meus orat . mens autẽ mea ſi
ne fructu ẽ. Orabo ergo ſpiritu orabo & mẽ
te . Aliquando increpationẽ celeſtem . Vnde
dicit̃ in pſalmo . Ab increpatione tua domine
ab increpatione ſpiritus ire tue. Oſtendit er
go predicatores verbi quia ſpiritusſancto in-
flammati delinquẽtes populos increpabant
quatinus a uiciis recederent . Aliquãdo ven
tũ vt eſt illud . In ſpiritu vehemẽti conteres
naues tharſis Et in cõtrariã partem ſpiritus
nomine ſpiritalia vicia denotant̃ Vnde dicit̃
ſpiritus ſuperbie ſpiritus ire ſpiritus triſti-
tie ſpiritus fornicationis . Aliquãdo nomine
ſpiritus ipſe dyabolus demonſtrat̃ . Vnde di
cit̃ . Receſſit a ſaul ſpiritus domini bonus &
inuaſit eum ſp̃ũs nequam domino . Vnde &
in euangelio ipſa veritas ait . Dum inmũdus
ſpiritus exierit de homine ambulat per loca
inaquoſa requiẽ querens & non inuenit . Et
paulopoſt ſubiũgit dicẽs. Tunc aſſumit ſep
tem ſpiritus nequiores ſe & intrantes habi-
tãt ibi hoc ẽ cum plenitudine omnium vicio
rum. Vnde fiũt nouiſſima hominis illius pei
ora prioribus. Corpus dictum eo qđ corrup
tũ perit . Solubile enim atq; mortale ẽ & ali
quãdo ſoluendum. Caro autẽ a creãdo ẽ ap-
pellata . Crementum enim ſemẽ eſt maſculi
vnde animalium & hominũ corpora concipi-
unt̃. Hinc & parentes creatores vocant̃ . Ca
ro aũt ex quatuor elemẽtis cõpacta ẽ . Nam
terra in carne ẽ aer in alitu humor in ſangui
ne ignis in calore vitali. Habẽt enim innobis
elemẽta ſuam quecq; partem . cui quid debea
tur oſtendit compago reſoluta . Caro autem
& corpus diuerſa ſignificant. Non ſemper in
corpore caro. in carne ſemper corpus eſt. Nã
caro eſt que viuit idẽ & corpus . corpus qđ
non viuit idem non caro . Nam corpus dicit̃
aut qđ poſt vitã eſt mortuum . aut ſine vita
ẽ cõditum. Interdum & cum vita corpus &
non caro vt herba & lignũ Miſtice enim cor
pus corporalẽ ſignificat creaturam vel homi
nis corruptã naturã . Vnde legit̃ in apoſtolo

corpora eſſe celeſtia & corpora terreſtria.
Et alibi corpus inquit qđ corrumpitˀ aggra
uat animam. Nam caro iuxta allegoriā ali-
quando ſignificat exteriorē hominē. aliquā
do literā legis & carnalem ſenſum. aliquan-
do ſapientiā humanā que cōtraria ſentit deo
Nam in apl'o ſcriptum eſt. Prudētia carnis
mors eſt. prudētia autē ſpiritus vita & pax
Vnum atqȝ idem eſſe qđ dicit prudētia car-
nis mors & illud litera occidit. Igitˀ pruden
tia carnis mors ē. Cui mors ē animē ſine du
bio. Qui enim legem ſecundū carnem id ē ſe
cundum literā intelligit non venit ad xp̄m
qui eſt vita. & ideo prudētia carnis mors ē
prudentia vero ſpiritus vita & pax. Vitam
nanqȝ & pacē que eſt xp̄s habet. qui ſpirita
liter intelligit legeȝ. Aliter prudētia carnis
peccatū ē. qđ generat mortē. Prudētia eniȝ
ideo dicitˀ cum res ſtulta ſit. quia ſecularibꝰ
hominibus errores viſibilibus ꝯcepti. ſiue in
ſenſu ſiue in actu contra legem dei prudētia
videntˀ. Quoniā inquit apl'us ſapiētia carnis
inimica eſt deo. legi enim dei non ē ſubiecta
nec enim poteſt. Quomō enim ſapientia car
nis hoc eſt carnalis intelligētia non ſit inimi-
ca deo que aduerſatˀ xp̄o que non recipit eū
quem miſit deus. que dicit nos legem habe
mus & ſecundum legem debet mori. quoniā
filium dei ſe fecit. Notandum autem ꝙ non
carnem dixit inimicā ſed ſapientiam carnis.
id ē non ſubſtantiā. ſed actus aut cogitatioȝ
ſiue aſſeuerationē que naſcitˀ de errore. Sapi
entia ergo carnis eſt primum in loco aſtrorū
ab hominibus inuenta diſputatio. deinde vi
ſibilium oblectatio. Nec inimica ſūt deo quia
elementoꝝ dominum & opificē mundi. hys
coequant que fecit aſtruētes nihil poſſe fieri
preterquā mundi ꝯtinet ratio. Quamobrem
negant deū feciſſe vt virgo pareret aut mō
tuorum corpora reſurgerēt quia ſtultum eſt
inqunt vt fecerit deus vltra quā ſapit homo
Nunc & alibi ſcriptum ē. Caro ꝯcupiſcit ad
uerſus ſpiritum. ſpiritus vero aduerſus car
nem. Et rurſum. Caro & ſanguis regnū dei
non poſſidebunt. hoc ē peccatrix vita & ſan-
guinolenta non meretˀ vitam habere eternā
Neqȝ corruptio incorruptelam poſſidebit. ſꝫ
ſancti & iuſti viri immutati & immortales
effecti p reſurrectionem carnis in die iudicii
ad regnum ſimul cum xp̄o tranſibunt ꝑpetu
um. Senſus corporis quinqȝ ſūt. viſus auditꝰ
odoratus guſtus & tactus. Ex quibus duo
aperiuntˀ & clauduntˀ duo ſemp patentes ſūt
Senſus dicti quia per eos anima ſubtiliſſime
totum corpus agitat vigore ſenciendi. Vn-
de & p̄ſentia nuncupantˀ ꝙ ſint pre ſenſibus

ſicut p̄ oculis que preſto ſūt oculis. Viſus eſt
qui a philoſophis humor vitreus appellatur.
Viſum autē fieri quidā aſſeuerāt aut extre-
ma etherea luce aut interno ſpiritu lucido p
tenues vias a cerebro venientes atqȝ penetra
tis tunicis in aerē exeuntes & tunc ꝯmixtio-
ne ſimilis materie viſum dātes Viſus dictus
qđ viuacior ſit ceteris ſenſibꝰ ac preſtantior
ſiue velocior ampliuſqȝ vigeat quantū memo-
ria inter cetera mētis officia vicinior ē cere
bro. vnde omnia manāt. Ex quo fit vt ea que
ad alios ꝑtinent ſenſus vide dicamus. veluti
cum dicimus. vide quomodo ſonat vide quo
modo ſapit ſic ꝛc̄. Auditus appellatus ꝙ vo
ces hauriat. hoc eſt aere verberato ſuſcipiat
ſonos. Odoratus quaſi aeris odoris attactus
Tacto enī aere ſentitˀ. Sic & olfactus ꝙ odo
ribus efficiatˀ. Guſtus a gutture dictus. Ta
ctus eo ꝙ ꝑtractet & tangat & p omnia mē
bra vigorē ſenſus aſpergat. Nam tactu ꝓba
mus quicquid ceteris ſenſibus iudicare non
poſſumus. Duo autē genera tactus eſſe. Naȝ
aut extrinſecus venit qđ feriat. aut intus in
ipſo corpore oritˀ. Vnicuiqȝ autē ſenſui ꝓpriā
naturam datā. Nam qđ videndum ē oculis
capitˀ qđ audiendum eſt auribꝰ mollia & du
ra tactu eſtimantˀ. Sapor guſtu odor naribꝰ
ducitˀ. In multis locis ſcripture ſacre hy quī
qȝ ſenſus corporis p quinariū numerum miſ
tice exprimuntˀ vt eſt illud in parabola ſalua
toris vbi narratˀ ſeruus a domino ſuo quinqȝ
talenta accepiſſe & ea cum augmēto eidem
domino reuertēti repſentaſſe. Similiter &
in ceteris locis vbi quinarius numerus inſer
tus eſt aut quinqȝ libros legis aut quinqȝ ſen
ſus corporis miſtica ſignificatōe demōſtrat
Notandum autē qđ iidem ipſi ſenſus qui in
exteriore homine deſcribuntˀ ſimilimodo ſe-
cundum modū ſuum in interiore eſſe mani-
feſtantur quia ſpiritales res non corporalibꝰ
ſenſibus. ſed ſpiritalibus rimande ſūt. Vnde
diuina vox in cantico deuteronomii ait. Vi
dete. quoniam ego ſum deus. & non eſt
alius preter me. Et in pſalmo. Attēdite po
pulus meus legē meam inclinate aurē veſtrā
in verba oris mei. Et in euangelio ipſa veri-
tas ait. Qui habet aures audiēdi audiat. Et
in apocalipſi qui habet inquit aures audiēdi
audiat. quid ſpiritus dicat eccleſiis. Et in
pſalterio. Guſtate & videte quoniā ſuauis ē
dominus. Et apl's xp̄i inquit bonus odor ſu
mus & in hys qui ꝑeunt. & in hys qui ſalui
fiunt. Et in euāgelio dominus mulierē emo
roiſſam fide ſe tetigiſſe magis quā corpore
oſtendit dicēs. Tetigit me aliquis nam ego
ſenſi virtutē de me exiſſe. Sic ergo cū omni

cautela obſeruandam ē quid ad corporis ſen
ſus. & quid ad anime ꝑtineat dignitatē ne
forte confuſus ordo & irrationabilis eſtima
tio alicubi repugnare videatᷣ veritati Prima
pars corporis caput datū q; illi hoc nomen eo
qđ ſenſus omnes & nerui inde inicium capi-
unt atq; ex eo omnis viuendi cauſa oriatᷣ. Ibi
enim omnes ſenſus apparent. Vnde ipſius ani
me que cōſulit corpori qđammodo perſonam
gerit. Caput vero qđ prima corporis pars ē
vt ſupra diximꝰ iuxta allegoriā aut xp̄m ſig
nificat qui ē caput corporis eccleſie. aut di-
uinitatem ſaluatoris. Vnde legitᷣ in apoſtolo
Caput mulieris vir. caput viri criſtus caput
xp̄i deus. Ponitᷣ enim aliquādo caput ꝓ prin
cipalitate mētis. Vnde ſcriptum ē. Omni tē
pore ſint veſtimēta tua candida & oleum de
capite tuo non deficiat hoc ē omni tempore
ſint opera tua & ꝯuerſatio munda & oleum
caritatis atq; miſericordie de mēte tua non
deficiat. Inuenitur aliquando caput ꝓ inicio
poni vt eſt illud. In capite libri ſcriptum eſt
de me. & quia in principio fecit deus celum
& terram & in principio erat verbū & ver-
bum erat apud deū & deus erat verbum. In
uenitur & aliquando nomine capitis prima
tus cuiuſlibet officii deſignari. Vnde dicuntᷣ
apoſtoli & doctores eccleſie capita eſſe gen-
tium quia principes & magiſtri ſūt fideliū
ꝑploꝝ. Itē caput inchoatio bonoꝝ opeꝝ ſiē
ipſa voluntas hominis vt in leuitico. Ponet
manum ſup caput hoſtie ſue. Similiter & in
quibuſdam locis duces & principes iniquoꝝ
capitis nomine cenſentur. Vnde dicitᷣ. Mul
tiplicati ſunt ſuper capillos capitis mei qui
oderūt me gratis. Vt ergo oſtenderet plus
eſſe numerum infidelium q̄ deuotorū dicit
multiplicatos eſſe ꝑfidos iudeos ſup nume-
rum capilloꝝ id ē recte credentiū. Vertex ē
ea pars qua capilli capitis colliguntᷣ. & in q̄
ceſaries vertitᷣ vnde & nūcupatᷣ. Vertex eni
quando in bonā partem accipitᷣ. ſignificat ſū
mitatē iuſticie vel ꝑfectionē omnium virtu
tum. vt eſt illud in ſalomone. Coronā enim
gratiarū accipiet vertex tuus Item in malā
partem ponitᷣ vertex quando ſummā nequi-
tiam ſignificat. vt eſt illud pſalmiſte. Verū
tamen deus cōquaſſabit capita inimicoꝝ ſuo
rum verticē capilli ꝑambulantiū in delictis
ſuis. Capita inimicorū ſūt auctores iudaice
ſeditionis. ſed & hereticoꝝ ſine dubitatione
doctores. Illi enim in carne xp̄m ꝑſecuti ſūt
ipſi autē crudeliores in ipſam etiā deſeuiunt
deitatē ſi dici fas eſt. Hi tales ſibi calūniarū
inimicicias querūt vt ipſos q̄ capillorū ver-
tices ꝑambulare ac ꝑſcrutari poſſe videātur

Caluaria ab oſſibus calua dicta per defectio
nem & neutraliter ꝓnunciatur In golgotha
quippe qđ interpretatᷣ caluaria eoqđ trun-
cabantᷣ ibi capita damnatoꝝ crucifixus ē do-
minus vt ibi prius erat area damnatorū. ibi
erigerētur vexilla martirii. & quomō ꝓ no-
bis maledictum crucis factus eſt. & flagella
tus & crucifixus ſic ꝓ omnium ſalute quaſi
noxius inter noxios crucifigitᷣ. Capilli voca-
ti quaſi capitis pili facti vt & decorem preſ
tent & cerebrū aduerſus frigus muniāt atq;
a ſole defendāt. In capillis vero ornatus iuſ
ticie & decor virtutū in fideli anima demō
ſtratur. Cui ꝓ bonis meritis & ſapientie do
ctrina multiplex merces in eterna beatitudi
ne reſeruatᷣ. Vnde ipſe in euāgelio ait Veſtri
autem & capilli capitis omnes numerati ſūt
Item capilli virtutes anime deſignant. ſicut
in libro iudicum de ſampſon legitᷣ qui capil-
los poſtquā ꝑdidit ſtatim ab inimicis captꝰ
lumen ſciētie amiſit. Poſſunt & in capillis fi
deles populi accipi qui maximum decus ſua
numeroſitate prebent eccleſie. Vnde in can-
tico canticoꝝ ſpōſus ad ſpōſam dicit. Capilli
tui ſicᷣ greges capraꝝ que aſcēdeꝛt de mōte
galaad. Galaad enī aceruꝰ teſtimonii inter-
pretatᷣ. qđ bene ꝯuenit adunate multitudini
ſanctoꝝ. Itē capilli in ꝯtrariā partē poſiti re
periuntᷣ in pſalmo vbi vicia deſignantᷣ. Mul-
tiplicati ſūt inquit ſuper capillos capitis mei
& cor meum dereliquit me. Nec fruſtra in
comparatione delictorū capilli ponuntᷣ. quia
domini p̄cepto in veteri teſtamēto ſacerdo-
tes ipſa ſimilitudine radebantᷣ. Pili aūt dicti
ſūt a pelle qua ꝓdeunt ſicut & pilo dicitur
a pila vbi pigmēta ꝯtunduntᷣ. Significant pi
li carnis cogitationes carnales quos radere
nos a cordibus noſtris ſcriptura ſancta monꝫ
Vnde & in libro numeroꝝ iubētur leuite ra
dere omnes pilos carnis ſue. Pili carnis ſunt
quelibet ſupflua humane corruptionis. Pili
carnis ſūt vite veteris cogitationes quas ſic
a mēte incidimus vt de amiſſione earū nullo
dolore fatigemur. Leuita nanq; aſſumptus
vocatur. Oportet ergo leuitas omnes pilos
carnis radere. quia is qui ī obſequiis diuinis
aſſumitᷣ. debet ante dei oculos a cunctis car
nis cogitationibus mundus apparere ne illi-
citas mens cogitationes ꝓferat & pulcram
anime ſpeciem quaſi pilis fructificātibus de
formem reddat. Ceſaries a cedendo vocata
ideoq; tantū viroꝝ eſt. virum enim tonſum
eſſe decet. mulierē non decet. Tamē in deu-
teronomio legimꝰ captiuā mulierē ante nup
tum. radere iuſſam ceſariem & circūcidere
vngues & deponere veſtem in qua capta eſt

qđ ſignificat animā q̄ a deo pulcre creata ē
ſi in gentili ꝯuerſatione eam inuenerimus &
ſociare voluerimus corpori xp̄i vt depoſito
idolatrie cultu induat̄ lugubribus penitētie
indumentis deploretq̄ꝫ patrē & matrē hoc ē
omnem memoriā mundi eiuſq̄ꝫ carnales ille-
cebras. Deinde nouacula verbi dei & doctri
na omne peccatū infidelitatis eius qđ mor-
tuum & inane ē abradat̄. Hoc enim ſūt capil
li capitis & vngule mulieris atq̄ꝫ demū ſalu
tari lauacro mundata & purificata coniūgat̄
ſanctis dei. ſcꝫ cum iam nihil in capite mor-
tuum nihil in manibus ex illis que ꝑ infideli
tatem mortis dicunt̄ habuerit vt neq̄ꝫ ſenſi-
bus neq̄ꝫ actibus inmundum aliqd aut mor-
tuum gerat. Come ſūt ꝓprie non ceſi capil'i
& eſt grecus ſermo. Nam comas greci cai-
mos a ſecando nomināt Vnde & cirrin tōde
ri dicūt. Inde & cirri vocant̄ qđ etiam gre
ci mallonem vocant. Come vero capitis miſ
tice caterue ſūt ſanctorum qui xp̄o capiti fi
deli famulatu adherent. Vnde in cantico can
ticorum ſponſa de ſponſo dicit. Come eius ſi
cut elate palmarum nigre quaſi coruus. Nee
ergo come elate palme dicunt̄ ꝓpter caput
domini nigre ꝓpter deſpectionem apud ho-
mines elate obuictoriam nigre ob preſſuras
Crines ꝓprie mulierum ſūt. dicti autem cri
nes eo qđ vittis diſcernant̄. Vnde & diſcri-
minalia dicunt̄ a quibus diuiſi religantur.
Miſtice autem crines ſignificant facta vir-
tutū quas homo habet ex dono ſpirituſſan
cti Vnde in libro iudicum legit̄ qđ ſampſon
quā diu ſeptem crines capitis integros habu
it inuictus fuit poſtquā vero per fraudē mu
lieris tonſus eſt receſſit ab eo fortitudo. qa
quiſquis per gratiam ſpirituſſancti virtu-
tes ſpiritales ſeruat illeſus manet. Si enim
ꝓpter peccatū euacuatus fuerit gratia ſpi-
ritali infirmus factus patet inimicoꝝ capti
oni. Poſſunt & crines elemoſinarum largita
tem ſignificare. Hinc eſt qđ in euāgelio mu
lier illa que pedes iheſu lacrimis lauit crini-
bus exterſit. & vngēto vnxit. vt inſtrueret
nos minimis mēbris xp̄i compati debere &
ſuperflua pauperibus erogare. & odore bona
rum virtutū illis ferre opem. De quibus ip-
ſe dominus in fine dicturus erit. Quod vni
ex hiis minimis fratribus meis feciſtis mihi
feciſtis. Aliquando etiam in crinibus expri
muntur caterue fidelium vt eſt illud in can-
tico canticorū qđ ſponſus ad ſponſam dicit.
Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa vul-
neraſti cor meū in vno oculoꝝ tuorum & in
vno crine colli tui In vulneratōe cordis mag
nitudo amoris criſti in eccleſia intelligit̄ qui

fit in vnitate ſancta ſanctorum id ē oculorū
& in vnitate pia ſubiecte plebis id ē crinium
Tempora ſūt que caluarie dextra leuaq̄ꝫ ſub
iacent que ideo ſic nuncupant̄ quia mouent̄
ipſaq̄ꝫ mobilitate quaſi tēpora quibuſdam in
teruallis mutant̄. Significant autē vigilias
corporis quas homo debet habere temporā-
ter in ſtatu preſentis temporis donec veni
at ſomnus mortis. Hinc ꝓpheta ex pſona xp̄i
in pſalterio ait Si dedero ſomnū oculis meiſ
aut palpebris meis dormitationē. aut requi
em tēporibus meis donec inueniā locum do-
mino tabernaculū deo iacob. Nec omnia ra-
tionabiliter humanitati xp̄i ꝯuenire noſcunt̄
Somnus iſte intelligendus ē requies mortis
Palpebrarum q̄ꝫ & temporū motus vigilan-
tiam eius ante mortē demonſtrant. quoniaꝫ
reuera tēpora capitis noſtri requiem habere
nō poſſunt. quādo oculi crebris motibus agi
tati vigilare noſcunt̄. Prius enim poſuit ſom
num et poſtea quēadmodum ipſe ſomnus im
pleat̄ expoſuit. Bene ergo mors domini ſom
no ſimulatur. quoniā triduana tantū pauſatio
ne ſuſceptus eſt. qui nullam corpori corrup
tionem intulit ſed quietē. Facies dicta ab ef
figie. Ibi eſt enim tota figura hominis & vni
uſcuiuſq̄ꝫ pſone ꝯgnitio. Vultus vero dictus
eo qđ per eū animi voluntas oſtendit̄. ſecun
dum voluntatē enim in varios motus mutat̄
Nam facies ſimpliciter accipit̄ de vniuſcuiuſ
q̄ꝫ naturali aſpectu. Vultus autē animoꝝ qua
litatem ſignificat. Facies aūt duobus modis
intelligit̄ hoc eſt corporea & ſpiritalis. Niſi
enim eſſet interioris hominis facies non di-
ceret apl's. Nos autē reuelata facie gloriam
domini ſpeculātes tranſformamur de gloria
in gloriam tanquā a domini ſpiritu. Et iteꝝ
Videmus inquit nunc per ſpeculum in enig
mate. tunc vero facie ad faciem. Item facies
ſumma in mente declaratio vt in euāgelio &
faciem tuam laua. Apertū eſt enim nos nūc
imagines videre per fidē. tunc res ipſas hoc
eſt poſt reſurrectionē in eterna gloria Quod
autē dominus ad moyſen dixit. faciem meā
videre non poteris non enim videbit me ho
mo & viuet. & iuxta iohānis vocē. deum ne
mo vidit vnquam ita intelligendum eſtq̄ꝫ in
hac corruptibili vita nullus pfecte contem-
plationem dei habere poteſt. Viderūt enim
patres teſtamēti veteris dominum in hac vi
ta poſiti. ꝑ quaſdā imagines quibꝫ ipſe ſe vo
luit oſtendere. ſed future viſionis eius glori
am illis reſeruauit. qui eum in celeſti beatitu
dine perpetualiter viſuri ſūt. Aliter ab eiuſ
dem ſententie virtute non abhorret qđ dicit̄
Non enim videbit me homo & viuet quoniā

quiſquis ſapientiam que deus eſt videt huic
vite funditus morit̄ ne iam eius amore tene
atur . Nullus quippe eam videt qui ad huc
carnaliter viuit. quia nemo poteſt amplecti
deum ſimul & ſeculum. Qui enim deum vi-
det eo ipſo morit̄ . quo vel intentione cordis
vel effectu operis ab huius vite delectatōni
bus tota mente ſeparat̄. Nemo ergo deū vi-
dit & vixit ac ſi aperte diceret̄ . Nullus vn-
quam deum ſpiritaliter vidit. & mundo car
naliter viuit. Vultus enim aliquādo ꝑ intel
lectu . aliquādo ꝑ volūtate & affectu poſitꝰ
ē. Nam qđ in pſalmo ꝓpheta dixit ꝓiectus
ſum a vultu oculoꝝ tuorum patri dicit filius
a forma ſerui . Speraui quia me gratia tua
deſereret cum paſſionis triſtitia ꝑualeret. In
pauore vtiq; mortis a vultu oculorū tuorum
ꝓiectus ſum. id ē a ꝯſpectu miſericordie tue
Et pulcre vultum dedit oculis quia ipſi ꝙ
maxime ſignificant voluntates animorum.
Vultus enim dicit̄ ab eo qđ cordis velle per
ſua ſigna demonſtret ſicut oculi diuinitatis
cum reſpiciūt ſuam gratiam pollicent̄. Illud
autem qđ dicit̄ vultus domini ſup faciē eoꝝ
mala ꝑ nuntiat vultū domini id ē intellectū
eſſe ſupra malos quos ſic attēdit vt non reſpi
ciat. ſic non reſpicit vt tamen eorū facti co-
gnoſcat . Frons ab oculoꝝ foraminibus no-
minata eſt. Hec imago quedā animi mentis
motum ſpecie ſua exprimit dum vel leta vl̄
triſtis eſt. Iuxta allegoriam vero frons vere
cundiam mentis aut impudentiā ſignificat.
Vnde erubeſcere dicit̄ qui compungit̄ ꝓ de
lictis ſuis & ſe meliorare ſtuduerit . Aliter
de impudentis fronte exꝓbratur iheruſal'eꝫ
per ꝓphetam ſcelus ſuū cum ei dicit̄ . Frons
mulieris meretricis facta ē tibi . Et iterū do
minus ad ezechielē ait. Ecce dedi faciē tuā
valentiorem faciebus eorū & frontem tuam
duriorem frontibus eorū. Vt adamantē &
vt ſilicem dedi faciē tuam. Domus iſrahel at
trite frōtis ē. & ꝓcacis audacie & duro ſit
corde & ſcorpionibꝫ comparat̄. ideo dedi ti-
bi vultum duriſſimum et frontem que nullo
pudore ſuperet̄. Ex quo diſcimus interdum
gratie eſſe dei impudētie reſiſtere. & cū lo-
cus popoſcerit frontem fronte ꝯterere . Hoc
autē tribuit̄ ne noſtra verecūdia & humanꝰ
pudor ꝑtimeſcat inſidias emulorum . Et in
eodem ꝓpheta legit̄. qđ dominus iuberet vi
ro qui indutus erat lineis & attramentariū
ſcriptoris habebat in lumbis ſuis vt trāſiret
per mediam ciuitatē in medio iheruſaleꝫ. &
ſignaret thau ſup frontes viroꝝ gementium
& dolentiū ſuper cunctis abhomīatiōibus q̄
fiunt in medio eius. Que litera ſpetiē crucis

xp̄i tenet & ſignat̄ in frontibus fidelium &
confirmat̄ in cordibus electorum. Vnde di-
cit pſalmiſta . Signatum ē ſuper nos lumen
vultus tui domine . quia ſicut nummꝰ impe
ratoris portat imagineꝫ ita & fidelibꝫ ſigna
celeſtis principis imprimunt̄ . Oculi vocati
ſiue quia eos cilioꝝ tegmina occulūt. ne qua
incidentis iniurie offenſione ledant̄. ſiue quia
occultum lumen habent id ē ſecretū vel intꝰ
poſitum . Hii inter omnes ſenſus viciniores
anime exiſtunt. In oculis enim omne mentis
iudicium ē. Vnde & animi ꝑturbatio vel hi-
laritas in oculis apparet. Oculi aūt idem &
lumina & dicta lumina ꝙ ex eis lumē manat
vel ꝙ ex initio ſui clauſam teneant lucē . aut
extriſecus acceptā viſui ꝑponendo refundāt
Oculus igit̄ non ſolū corporis viſum ſed etiā
cordis demōſtrat intuitum. Quod pſalmiſta
oſtendit dicens. Leuaui oculos meos in mon
tes & in hieremia leua inquit oculos tuos &
vide. Nam cum dicit leuaui oſtendit ad con
templationeꝫ aliquam fuiſſe ꝑuectum. Le-
uare enim eſt aliquid ad altiora transferre.
Oculos meos vtiq; cordis aſpectum de qui-
bus ſcripum eſt. Reuela oculos meos & con-
ſiderabo mirabilia de lege tua. Et illud Pre
ceptum domini lucidum illuminans oculos.
Nam ſi iſtos carnales aduertas qd potuiſſet
inde ꝑficere. Si montes conſitos ſiluis aut ſa
xis ſqualentibus legiſſet intendere. Sed hoc
ſi ſpiritaliter inquiras omnino ꝑficuum ē vt
oc'los cordis ſui ſiue ad ſanctos viros ſiue ad
libros diuinos ſiue ad ſublimes angelos cre-
datur eleuaſſe qui magnitudine & firmita-
te ſua vere montes ſūt. Vnde etiam compe-
tens ſuſtinebat̄ auxilium. Et in euāgelio ip-
ſa veritas ait. Quod ſi oculus tuꝰ dexter ſcā
dalizat te erue eū & ꝓice abſ te. Hic vero co
gitationem & ſenſum in diuerſa volitantem
nuncupauit oculum per dexterā autē volun
tatis & affectuum initia demonſtrant̄. Quā
ſententiā & aliter poſſumus intelligere. Vi-
detur mihi non incongrue accipi in hoc loco de
bere oculum dilectiſſimum amicū. Nam hoc
eſt vtiq; qđ membrum recte poſſumꝰ appel-
lare qđ vehemēter diligimus & ipſū conſilia
cum quia oculus eſt tanquā demōſtrans itē
rum & in rebus diuinis quia dextra eſt vt ſi
niſter ſit dilectus quidē cōſiliarius. ſed in re
bus terrenis ad neceſſitatē corporis ꝑtinen-
tibus . Itē in illo euāgelio vbi dn̄s diſcipulis
ait. beati oculi qui vidēt que vos videtis ibi
intellectus fidelis & ſimplex affectus demō-
ſtratur quo dominus intuēdus ē. Nam & in
illa ſententia qua ſaluator ait. Si oculus tuꝰ
fuerit ſimplex totum corpus tuum lucidum

erit. Si autē nequam fuerit etiam corpus tu
um tenebroſum erit. Per oculū intentionē
cordis et intellectum animi deſignat quia cū
bona intentione & voto placēdi deo aliquid
agimus totum corpus operis noſtri illumina
tur. Q9 ſi intentio pͧerſa erit etiam opus p
eam confectum tenebroſum erit. Oculi duo
actiuam & contēplatiuam vitam vt quidam
volunt figurare dicunt. Deniq3 quādo legi-
mus oculos domini nos reſpicere vt eſt illud
ecce oculi domini ſup timentes eum. & ocu
li domini ſup iuſtos ɔtinuam gratiā diuinita
tis oſtendit. quia pietas ipſius eos ꝓtegit.
quos ſe timere cognoſcit. Scire &enim de-
bemus qđ oculi domini in omni loco contē-
plantur bonos & malos quia nihil illum latet
omnia enim nuda & apta ſūt oculis eius ſed
bonos reſpicit miſerādo. malos autē per iudi
ciū damnando. Pupilla eſt medius punctus
oculi in quo vis eſt videndi. vbi quia parue
imagines nobis videnť ꝓpterea pupille ap-
pellātur. Nam paruuli pupilli dicunť. Hanc
pleriq3 papulā vocant. Vocatur autē pupilla
ꝙ ſit pura atq3 impolluta vt ſunt puelle. Phi
ſici dicunt eaſdem pupillas quas videmus in
oculis morituros ante triduum non habere
quibus non viſis certa ē deſperatio. Circul9
vero quo a pupilla albe partes oculi ſeparan
tur diſcreta nigredine corona diciť qđ rotū
ditate ſui ornet ambitū papule. Miſtice pu-
pilla oculi ſignificat intentionē puri cordis
per quā cerniť iuſticia & diſcerniť verum a
falſo. Vnde ꝓpheta precať in pſalmo dicens
Cuſtodi me domine vt pupillā oculi Pupilla
eſt enim vt ſupra oſtendimus in medio poſi-
ta pſpicua pars oculi qua corporum colores
varia qualitate diſcernimus dicta a paruita-
te ſui pupilla quaſi puſilla. Huic ɔuenienter
comparatus eſt xp̄s. cui datum ē in iudicio
ſuo iuſtos a peccatoribus ſegregare. Aptiſſi
me itaq3 petit cuſtodire ſe vt pupillam oculi
quādo & p ipſam res viſuales diſcernim9 &
in noſtro corpore nihil preſtantius inueniť
Palpebre ſūt ſinus oculoꝝ a palpitatione di
cte quia ſemper moueť. Concurrūt enim in
uicem vt aſſiduo motu reficiāt obtutū. Mu
nite ſūt autem vallo piloꝝ vt aptis oculis ſi
quid inciderit repellať & ſomno cohibenti-
bus tanquā inuoluti quieſcant latētes. In ſū
mitate autē palpebrarū locis quibus ſe vtra
q3 clauſa ɔtingunt extant admoti ordine ſer
uato capilli. tutelā oculis demonſtrantes vt
irruētes facile iniurias excipiāt. ne ex eo no
ceanť. vt pulueris vel cuiuſquā craſſioris ma
terie arceant ɔtactum aut ipſum ꝙ aerē con
cidendo mitificent quo tenuē atq3 ſerenum
faciant viſum. Palpebre miſtice poſſunt ac-
cipi occulte diſpenſationes dei que geranť ī
homine. Vnde dicitur in pſalmo de domino
Oculi eius in pauperē reſpiciūt palpebre ei
us interrogant filios hominū. Ergo quia in
domino mēbrorum miniſteria per allegoriā
frequenter aptanť. dicit eum non ſolum quā
do intendit oculis. ſed etiam tunc requirere
id ē ɔſiderare filios hominū cum ea neglige
re quaſi dormiens eſtimať. Palpebre quippe
dei eius iudicia ſunt que aliquid nobis clau-
dūt aliquid aperiūt. que aperiēdo nos inter
rogant ſi intelligēdo non extollimur. claudē
do nos interrogāt ſi non deſpicimus que in-
telligere non valemus. Item in iob de leuia-
than ita ſcriptum ē. Oculi eius vt palpebre
diluculi. Sternutatio eius ſplendor ignis qa
ſternutatio caput maxime ɔcutit. ſternuta
tio iſtius vocať illa extrema cōmotio qua dā
natum hominē ingrediť. & per eum ſupbis
principať. Recte eius ſternutatio ſplendor
ignis vocatur. Ante reꝓborum enim oculos
ignis apparet. cum ſignoꝝ virtutibus lucet
Et oculi eius vt palpebre diluculi. Nam con
ſiliarii ei9 in oculis deſignanť. Qui recte pal
pebris diluculi comparanť. Palpebris nanq3
diluculi extremas noctis horas accipimus in
quibus nox quaſi oculos aperit dum ventu-
re lucis iam inicia oſtendit. Lacrimas quidā
a laceratione mētis putant dictas alii exiſti
mant ideo qđ greci darſiria vocant. Quid
enim lacrime ex cōpuncto corde effuſe effi-
cere poſſunt oſtendit ꝓpheta dicens. Fuerūt
mihi lacrime mee panes die ac nocte Audiāt
hoc qui domino flere non appetūt. iuges la-
crimas non inediam ſed ſacietatē potius in-
tuliſſe. Nec īmerito. quia fletus ille cibus ē
animarum corroboratio ſenſuū abſolutio pec
catorum refectio mentium lauacra culparū
Sed per has lacrimas ſignificat afflictionib9
erudiri poſſe populū. Diem pſperitatem de
bemus accipere noctē vero triſticiam. Cilia
ſūt tegmina quibus cooperiunť oculi & di-
cta cilia qđ celent oculos tegātq3 tuta cuſto
dia. Supcilia dicta quia ſuppoſita ſūt ciliis
que idcirco pilis veſtita ſūt vt oculis muni-
menta pͥtendant & ſudorē a capite defluen-
tem depellāt. Intercilium vero eſt medium
illud inter cilia & ſupcilia qđ ſine pilis eſt.
Quid ſupcilia ſignificent ſuperius dictū eſt.
vbi per legiſlatorem in mundatione leproſi
radi iubenť capilli capitis barbaq3 & ſupcilia
& omnis pilus qui ī corpore ē Gene ſūt infe
riores oculoꝝ partes vnde barbe inchoant.
Nam greci genos barbe. hinc gene qđ inde
incipiāt gigni barbe In genis ergo aliquādo

virtutes· aliquādo ſpiritales patres iuxta al
legoriam ſignificant· Nam ſponſa de ſponſo
in cantico canticorū dicit . Gene illius ſicut
areole aromatum ɔſite a pigmētariis . In ge
nis ſaluatoris noſtri eius modeſtia pietas ſi/
mul & ſeueritas exprimit . Areole aromatū
virtutes & dulcedo & fama glorie eius de/
ſignat . Pigmētarii vero ꝓphete ſūt & apl̄i
qui futura incarnationis eius archana pate
fecerūt . Item ſponſus de ſpōſa dicit . Cortex
mali punici gene tue abſq; oculis tuis . Gene
ſancte ſpiritales ſunt patres qui virtutibus
ſunt mirabiles & moribus venerabiles & in
cruce xp̄i gloriari non erubeſcentes . Et hec
magna ſūt valde que vident . ſed multo ma
iora que non vident & in futurū reſeruant .
que oculus non vidit nec auris audiuit . nec
in cor hominis aſcendit que p̄parauit deus
hiis qui diligunt eum . Item ſponſus ad ſpon
ſam dicit . Pulcre ſunt gene tue ſicut turtu
ris hoc eſt tanta te verecūdie ſalutaris virtu
te decoraui . vt caſtitatē ꝓmiſſe mihi fidei
nulla prauoꝝ doctorum ſeductione corrūpas
Male ſūt eminētes ſub oculis partes ad pro
tectionē eoꝝ ſubpoſite . vocate male ſiue q̄d
infra oculos ꝓminent in rotunditatē quam
greci mela appellant . ſiue q̄d ſint ſupra max
illas . Maxille per diminutionē a malis ſicut
paxillus a palo taxillus a talo . Maxilla ergo
aut doctores ſignificat aut diſciplinā corpo
ralem per quā bruti & in obedientes ɔſtrin
gunt . Nam q̄d in libro iudicum ſcriptum ē
ſampſon maxilla aſini vel mandibula pulli aſi
narum deleuiſſe & ꝑcuſſiſſe mille viros tipi
ce exprimit geſta ſaluatoris nr̄i . Quid hic
per maxillā aſini . niſi predicatoꝝ eccleſie per
ſone ſignant . Redēptor enim noſter ſimpli/
citatem atq; pacientiā predicantiū ſue man9
virtute tenens a viciis ſuis carnales interfe
cit . & maxilla in terram ꝓiecti poſtmodum
aquas fudit . quia data morti predicatorum
corpa magna ppl̄is mōſtrauere miracula Q
autē in pſalmo ſcriptum ē . nolite fieri ſicut
equus & mulus in quibus nō eſt intellectus
in freno & chamo maxillas eoꝝ conſtringe .
Ideo ergo iſte cōparationes ſunt poſite quia
equus ſine diſcretiōe ſeſſoris ſeruit arbitrio
& a quocūq; fuerit aſcenſus excurrit . Mu/
lus autē paciēter accipit ſarcinas quibus fu
erit oneratus . & ꝓ hoc vtriq; intellectū non
habēt quia nec ille eligit cui obediat nec iſte
quibus oneribus ígrauet intelligit . Prohibꝫ
ergo huiuſcemodi homines diabolicis frau/
dibus inſideri & vicioꝝ oneribus pregraua/
ri . ne male obediēdo ſuperbie magis partibꝫ
addicantur . Nam q; ait in freno ad equum

ꝑtinet frenū enim a ferum retinēdo dictum
eſt . Ferum quippe antiqui caballū dixerunt
In chamo ad mulū reſpicit Maxilla vero ami
nicula ſūt animalium . quibus eſca manditur
vt corporis vita ꝓcuretur . Ipſas ergo maxil
las per figurā allegoricā dicit inobediētibꝫ
debere ɔſtringi id ē copias victuales partius
dari vt ieiunioꝝ neceſſitate cōcluſi creatoris
ſubdant imperio . Barbam veteres vocauerēt
q̄d viroꝝ ſit non mulierū . Barba autē ſignifi
cat apl̄os & apl̄icos viros . Vnde ē illud . Si
cut vngentū in capite q̄d deſcēdit in barbā
barbam aaron q̄d deſcēdit in oram veſtimēti
eius . Barbam ſiquidem bene dicimus apl̄os
quoniā hec robuſtiſſime virilitatis indicium
eſt . & fixa ſub ſuo capite id ē xp̄o pſeuerat .
Multis enim paſſionibus diuino munere ſu/
peratis apl̄i viros ſe ɔſtantiſſimos ꝑ dei gra
tiam ꝓbauerunt . ſeruātes etiam regulas q̄s
a domino acceperunt . ſub ſuo ſe manſiſſe capi
te mōſtrauerūt . Sed ne hanc barbā cuiuſcun
q; hominis fortaſſis aduerteres addidit aarō
qui xp̄i ſpeciem p̄ferens iam ipſum in ſacer/
dotio ſuo ſub quadā imagine geſtabat . Quod
deſcēdit in oram veſtimenti eius . Ora veſti/
menti domini ſaluatoris ſignificatur eccle/
ſia quia vſq; ad extremitates eius deſcendit
ſpiritusſanctus quando baptizatus vſq; in fi
nem ſeculi miſericordie ſue dignationem ſan
ctificat . Auribus inditum nomen a vocibus
hauriendis . Vnde & virgilius . vocemq; hiis
auribus hauſit . Aut quia vocem ipſam greci
audenliden vocāt ab auditu per immutatio
nem litere aures quaſi audes nuncupate ſūt
Vox enim repercuſſa per anfractus eorum
ſonum facit quo ſenſum excipiant audiendi
Per aures enim vt iam diximus miſtice au/
ditus internus anime ſignificatur ſiue obedi
entia in p̄ceptis dei ſeu auditus fidei vel in/
tellectus . Vnde ſcriptum ē . Qui habꝫ aures
audiendi audiat . hoc eſt corde intelligat . Et
iteꝝ in malam partē . aures eoꝝ aggraua ne
forte audiāt . Rogamus etiam deum exaudi
re preces noſtras . Vnde eſt illud pſalmiſte .
Exaudi domine iuſtitiam meam intende de
precationi mee . hoc eſt clemēti p̄ces noſtras
ſuſcipe affectu . Nam intendere oculoꝝ eſt p̄
ces admittere auriū . Sed ideo iſta verba ſo/
ciata ſūt vt ambarum rerū vnus intelligere
tur effectus . Quicquid enim vel auris audit
vel oculus videt vel manus palpat . vel que
palatus guſtat . vel naſus odorat deo ſola con
templationis virtute notiſſima ſūt Nares id
circo nominant quia per eas vel odor vel ſpi
ritus manare nō deſinit . ſiue quia nos odore
admonēt vt norimus aliqd ac ſciamus . Vnde

hec contra inſcii ac rudes ignari dicunt̃. Olfe
ciſſe.n.ſciſſe veteres dicebãt. In odoratu enĩ
diſcretio boni ac mali deſignat̃. In ſcriptura
vero ſacra vocabulo nariũ aliquãdo fatuitas
aliquãdo antiqui hoſtis inſtigatio. aliquãdo
vero pſcientia ſolet intelligi. Naribus nanq̃
fatuitas deſignat̃ ſciẽtie vt ſuperius ſalemo
ne atteſtante docuimus qui ait. Circulus au
reus in naribus ſuis. mulier pulcra & fatua
Nariũ nomine exhalãtes inſidie atq̃ inſtiga
tio antiqui hoſtis accipit̃ qđ in libro iob de il
lo dominus atteſtat̃ dicẽs. De naribus eius
ꝓcedit fumus ac ſi dicat. De pueſa inſtiga
tione illius in humanis cordibꝰ caligo neqſ-
ſime cogitationis ſurgit ꝑ quã videntiũ ocu
li tenebreſcãt. In naribus quoq̃ pſcientia de
ſignatur ſicut per ꝓphetam dicit̃. Quieſcite
ab homine cuius ſpiritus eſt in naribus eius
quia excelſus reputatus eſt ipſe. Redempto
ris ergo noſtri ſpiritus eſſe in naribus eius
dicitur. vt videlicet ſcientia illius eſſe in pre
ſcientia deſignet̃. Per nares aliquãdo docto
res ſancti exprimunt̃. aliquãdo inſidie antiq
hoſtis. Nam in cantico canticorũ ſponſus ad
ad ſponſam dicit. Naſus tuus ſicut turris li-
bani. In naſo verbi dei diſpẽſatores cauſa diſ
cretionis deſignant̃ turris quia eminentiſſi-
mum locum tenẽt in eccleſia. Item in naribꝰ
ſpiraculum fidei bonarũq̃ virtutum exprimi
tur vt ẽ illud in iob. Spiritus diuinus in na-
ribus meis. Item in malam partẽ nariũ tra-
hitur ſignificatio vbi dominus de leuiathan
ad iob locutus ait. De naribus eius ꝓcedit
fumus id ẽ dyaboli quia de miraculoꝝ inſi-
diis ad momentum etiã caliginoſa dubietas
generat̃. Hinc rurſum de vehemoth ait. In
ſudibus pforabis nares eiꝰ. Quid pſudes ni
ſi acuta ꝯſilia ſanctorũ. que huius vehemoth
nares pforant. dum ſagaciſſimas eius inſidi
as & vigilãdo circũſpiciunt & ſupando trãſ
figunt. Siue ipſius verba domini ſudes ſũt
quibus vehemoth nares pforantur. Qui cũ
deum incarnatum eſſe dubitaret hoc ex peti
tis miraculis temptando congnoſcere voluit
dicens. Si filius dei es dic vt lapides iſti pa-
nes fiant. Sed dum a domino audiuit hec.
& hec ſententiarum eius a cuminibus in-
dagatio antiqui hoſtis pculſa eſt. Os dictũ
qđ per ipſum quaſi per oſtium & cibos intro
mittimus. & ſputum foras ꝓicimus. vel qa
vnde ingrediunt̃ cibi. inde egrediunt̃ ſermo
nes. Os aliquando per ſignificationẽ ipſum
verbum hoc eſt ihesum xp̃m qui nobis ſuam
patriſq̃ annũciat voluntatem. aliquãdo ſpiri
ritum ſanctum. vt eſt illud. Os domini lo-
cutum eſt. Loquitur vtiq̃ ipſe qui loq facit
Nam quamuis alieno miniſterio ſermo deꝓ-
matur. ſpiritusſanctus tamen loquit̃ cuius p
cepta vulgant̃ ſicut dicit beatus apl'us petrꝰ
Non enim vnquã voluntate humana allata
ẽ ꝓphetia. ſ ſpiritu ſancto attacti locuti ſũt
ſancti hoĩes dei. Aliquãdo internã cogitatõe
hominis oſtendit vt eſt illud. Os iuſti medi
tabit̃ ſapientiam. Non enim dicit meditatur
ſed meditabit̃ de futuro. Os hic cogitationẽ
debemus accipere. quia de lingua ſequitur
quid loquat̃. Meditabit̃ ergo ſapientiã non
ſcripturarũ lectione. ſed cordis puriſſima vi
ſione. Ibi enim non literis ſapientia colligit̃.
ſed celeſti largitate inelaborata preſtatur.
Similiter os in contrariã partẽ ponit̃ vbi ad
peccatorem dicitur. Os tuum abundauit ne
quicia & lingua tua concinnauit dolum. Os
ꝓ doloſa cogitatione poſitum ẽ. & lingua ꝓ
falſa laudatione. vel conſilio maligno. Os lo-
cutio bona vel mala vt in euãgelio. Ex vẽbis
tuis iuſtificaberis & ex verbis tuis condem
naberis. Aliquãdo vero os ponit̃ ꝓ ipſis ver
bis vt eſt illud in apocalipſi. Et in ore ipſoꝝ
hoc eſt in verbis eoꝝ non ẽ auditum menda-
tium. E in pſalmo. Os meũ loquet̃ ſapientiã
& meditatio cordis mei prudentiã. Sapien-
tia ptinet ad res diuinas edocẽdas prudẽtia
ad res ꝓbabiles inſtituendas. Sic omnis ſer
mo diuinus duabus hiis virtutibus indicat̃.
Labia a lambendo nominata. Quod autẽ ſu
perius eſt labium dicimus. qđ inferius eoꝝ
groſſius ſit labrum. Alii viroꝝ labra mulieꝝ
labia dicunt. Labia aliquãdo ꝓ occulto ver
bo. aliquãdo ꝓ manifeſto ponunt̃. Pro occul
to vt ẽ illud ſalemonis Labia iuſti ꝯſiderant
placita & os impiorum pueſa. Pro manifeſ
to autẽ vt eſt illud in pſamo. Labia mea lau
dabunt te. Item in cantico canticoꝝ ſponſus
ad ſponſam dicit. Sicut vitta coccinea labia
tua & eloquium tuum dulce. Vitta coccinea
doctrina veritatis intelligit̃. Labia ſpõſe coc
co aſſimulant̃. quia dominici ſanguinis quo
redempta eſt preciũ pdicare non ceſſat eccle
ſia vl' qa pdicatio ſancta caritatis ardore flã
maſcit. Itẽ ſpõſo de ſponſa dicit. Labia illius
lilia diſtillantia mirram primã. Labia illius
verba ſũt doctrine. lilia quia claritatem cele
ſtis regni ꝓmittunt. diſtillantia mirram pri
mam quia ꝑ ꝯtemptum voluptatũ preſentiũ
ad hanc ꝑueniendũ eſſe predicãt. Lingue a
ligando cibo putat varro nomen impoſitum
alii ꝙ pticulatos ſonos verborũ ligat. Sicut
enim plectrum cordis ita lingua illidit̃ denti
bus & vocalem ſonum efficit. Sic & lingua
eoꝝ eloquium format. ꝓ loquela ponit̃. Vn-
de dicunt̃ genera linguarũ. quia diuerſi ſunt

ſoni verboꝝ. Loquebant̃ enim varii s linguis
apł̃i magnalia dei. quia ꝑ ſpiritusſancti gra
tiam acceperūt loqui poſſe omnibus linguis
laudem dei. Item lingua doctrina recta vel
praua vt in ſalemone. Labia ſapientiū diſſe-
minabūt ſcientiā lingua prauoꝝ ꝑibit. Den
tes greci odontes vocant & inde in latinum
trahere nomen vident̃. Significant dentes
aliquādo doctores eccleſie. vt eſt illud in can
tico canticoꝝ. Dentes tui ſicut greges tonſa
rum. In dentibꝰ vero ꝑfectiores quiq; & ad
regendā eccleſiam dei aptiores deſignantur
Illi enim cōminuunt ſentēcias ſacrarū ſcrip-
turarū. & in paſtum redigunt fidelium ani
marum. Item in pſalmo ꝓpheta ad dominum
dicit. Dentes peccatoꝝ ɔtriuiſti id ē detra-
hentium verba mordatia qui poteſtati diui
ne nefandis dogmatibus obloquunt̃. Dentes
enim dicti ſūt a demendo. & ideo pulcre ni-
mis lingue detrahentiū dentes vocant̃ quia
ſicut illi ciboꝝ partes demunt. ita & iſti opi
niones hominū adhibita detractione corro-
dūt. Dentes intellectus ſiue locutio bona vel
mala. vt in exodo. Oculum ꝓ oculo dentem
ꝓ dente. Palatum noſtrum ſicut celum ē po-
ſitum. & inde palatum a polo ꝑ deriuationē
Sed & greci ſimiliter appellant. eo qđ ꝑ ſui
concauitate celi ſimulitudinē habeat. Sicut
palatum ſup linguā extat & ſub eo vēba for
mantur ſic noſtra locutio. celeſti ſapiētie &
ſpiritali doctrine ſubiungere ſe debet vt vti
lem doctrinā & ꝓficuam auditoribus ſuis ꝓ
ferre poſſit. Fauces a fundendis vocibus no
minate eoq; ꝑ eas famur voces. Arterie vo
cate ſiue ꝙ per eas a pulmone aer hoc eſt ſpi
ritus fertur. ſeu ꝙ artis & anguſtis meatibꝰ
ſpiritum vitalem teneant. Vnde vocis ſonos
emittunt & ſoni vno modo ſonarēt. niſi lingue
motus. diſtantias vocis efficeret. Fauces iu-
dicium intellectus ſignificare valent. vt eſt
illud. Vbi ſūt fauces mee nonne ſapientiam
meditant̃. Item fauces mandatoꝝ dei cuſto-
diam ſignificant quia ſicut ꝑ ſonos faucium
verba ꝓferre debet ſic doctor catholicus ꝑ-
mandatoꝝ dei cuſtodiam ꝑ̄dicationis ſue ꝑ-
fectum oſtendere debet. Hinc & in pſalmo
ſcriptum eſt. Lingua mea adheſit faucibus
meis. Nam cum omnis guſtus ſapiat in pala
to conſiderandum. Hic quare dixit faucibus
meis. Fauces enim ſunt gutturis noſtri via.
vbi iam deglutita dulcedo nulla ſentit̃. Sed
qđ de eloquio domini erat abſolute dicturus
mirabiliter illam partē poſuit vt cito ad cor
dis noſtri penetrabilia ꝑueniret Rurſū ſcrip
tum ē. Laboraui clamās. rauce facte ſūt fau
ces mee. Laborabat g° xp̄s clamās quando

non audiebat̃ a ꝑfidis rauce facte ſūt fauces
eius quia dicta eius nequaquā ſacrilegus po
pulus audiebat. Mentū dictum qđ inde mā
dibule oriant̃ vł ꝙ ibi iūgant̃. In mēto enim
vbi barba maxime ꝓtendit̃. oſtendit ad eſſe
debere manſuetudinē vere doctrine. nec ali-
hd ibi ɔmiſceri fraudis & malicie Hinc ē qđ
ioab amaſe mētū dextera manu tenuit & ſiniſ
tra gladium latenter mittens eius viſcera ef
fudit. Dextera nanq; mentum tenere eſt q̄ſi
ex benignitatibus blandire. ſed ſiniſtram ad
gladium mittit qui latenter ex malicia ꝑcu-
tit Collum dictum qđ ſit regidum & heret
vt columna baiulās caput & ſuſtentās quaſi
capitolium. Cuius anterior pars gula vocat̃
poſterior ceruix Ceruix autem vocata quod
per eam partē cerebrū ad medullam ſpine di
rigatur quaſi ctrebri via Veteres autem plu
rali tantum numero ceruices dicebant. Pri
us oſtenſius ceruicē ſingulariter dixit. Cer-
uix autem numero ſingulari membrū ipſum
ſignificat. Nam pluraliter cōtumatiam ſepe
demonſtrat. Cicero in verrinis. Pretoreȝ tu
cauſes frange ceruices. In collo intelligentie
decor vel ꝑ̄dicationis fortitudo. ſiue etiā do-
ctores ſancti exprimunt̃. vt eſt illud in canti
co canticoꝝ. Collum tuū ſicut monilia & ite-
rum ſicut turris inquit dauid collum tuum.
Turris dauid eccleſia ē catholica. collum ꝑ̄-
dicatores ſancti. Vnde in eadem ciuitate cō
ſtantia firma eſt. & vndiq; inexplanabilis.
Item collum vel ceruix in malam patem acci
pitur. vt eſt illud de ſapientia teſtimonium.
Superboꝝ & ſublimium colla ꝓpria virtute
calcauit Et in pſalmo dominus inquit iuſtus
concidet ceruices peccatoꝝ. Ceruices autem
ꝓ ſuperbia poſitas ſcriptura teſtatur dicens
Cerno ꝙ ppl'us iſte dure ceruicis ſit. Et bea
tus ſtephanus in paſſione ſua iudeos arguēs
dicit Dura ceruice & incircūciſis cordibus
& auribus vos ſemper ſpiritui ſancto reſtitiſ
tis ſicut patres veſtri Iſtis ergo hec viciſſitu
do reddit̃ vt ceruices quas cōtra dominū le
taliter extulerūt. iugo ipſius ſuaui ſalutari
humilitate ſubdantur. Quod ſepe de ꝑſecu-
toribus factum eſſe meminimus vt fierent ꝑ̄
dicatores ſanctiſſime religionis q prius ido-
la nefandiſſimis ꝑſuaſionibus vindicabant.
Gurgulio a gutture nomē accepit. cuius me
atus ad os & nares ꝓtendit habēs viam qua
vox ad linguam tranſmittit̃. vt poſſit verba
collidere. vnde & garrire dicimus. Guttur
aliquādo ſignificat dulcedinē legis dei. vt ē
illud ſponſe de ꝑ̄ſonſo. Guttur illius ſuauiſſi
mum & totus deſiderabilis. In gutture inter
na dulcedo verboꝝ illius memoratur quā qui

ſapit nõ eſurit. Totus deſiderabilis eſt. quia
totus deus & totus homo in quẽ deſiderant
& angeli ꝓſpicere. deus in maieſtate patris
homo in virginitate matris. in illa creator in
hac ſaluator. Item & in contrariã partẽ guttur
accipit᷑ vt eſt illud. Sepulcrum patens ẽ gut
tur eoꝝ linguis ſuis doloſe agebant. Per fi-
guram parabole nimis cõpotẽs facta ꝓbatur
alluſio. Sepulcrum enim mortui guttur eſt
mentientis quando exitiabilem ſibi vanita-
tem in faucibus reuoluit que malum mortis
infligit. Merito ergo ſepulcrum dictum eſt
guttur eoꝝ qui mortifera loquebant᷑. Nam
ſicut illa cum patẽt fetidos odores exhalant
ita & iſtorum guttur peſtiferos ſermones ꝓ
ferebat. Gula aũt q̃ a deglutiendo nuncupa
ta eſt aliquando ꝓ acceptione cibi vel potus
ponitur. aliquãdo ꝓ uoracitate id ẽ cõmeſſa
tione & ebrietate que caſtrimargia dicitur.
& vnũ eſt de octo principalibus viciis. Con
tra quã ipſa veritas ad diſcipulos ait. Atten
dite vobis ne forte grauẽtur corda veſtra in
crapula & ebrietate. & apoſtolus non in con
meſſationibus inquit & ebrietatibus. quia
ebrioſi regnum dei non poſſidebũt. Humeri
dicti quaſi arme ad diſtinctionẽ hoĩs a pecu
dibus mutis vt hii humeros illi armos habe-
re dicant᷑. Nam ꝓprie armi quadrupedũ ſũt
Numeri operatio vel pondus eiuſdeꝫ operis
ſicut in exodo in ornamẽto ſacerdotis ſuphu
merale precipitur. Brachia a fortitudine no
minata. Bari enim grece graue & forte ſig-
nificatur. In brachiis enim thori lacertorum
ſũt & inſigne muſculorum robur exiſtit. Hii
ſũt thori. i. muſculi. & dicti thori ꝙ illic viſ
cera torta videant᷑. Humer9 aũt ꝓ onere ali
quãdo poſitus reperit᷑ aliquãdo ꝓ fortitudi
ne. Dicit᷑ eñi in benedictione iſachar qđ ipſe
fuerit aſinus fortis & ſuppoſuerit humerũ
ſuum ad portandũ. In quo intelligit᷑ ſimplex
gentilitas que ſe idcirco ad robur boni opis
erigit. quia ad eternã vite patriam tendit.
Vnde etiam & ponit humerũ ad portandũ
quia dum ad ꝓmiſſam requiem ꝑuenire de-
ſiderat. cuncta mandatoꝝ onera libenter por
tat. Legitur & in eſaya de domino ſaluato-
re qđ factus ſit principatus ſup humerũ ei9
eoꝙ crucem ſuam ipſe portauerit vel per hu
merum oſtendens brachii fortitudinẽ eodẽ
eſaya dicente. Reuelauit dominus brachiũ
ſanctum ſuum omnibus gentib9. Et rurſum
Domine qs credidit auditui noſtro & brac-
hium domini cui reuelatũ eſt. Cubitum dic
tum qđ ad cibos ſumendos in ipſo cubamus
In cubito autem aliquando auctor & redẽp
tor humani generis deſignat᷑ vt eſt illud in

conſtructione arche noe. Et in cubito inquit᷑
conſummabis ſummitateꝫ eius. In vno ergo
cubito conſummat᷑ archa. quia vnus eſt au-
ctor & redemptor ſancte eccleſie ſine pecca-
to. ad quẽ & per quẽ omnes ꝓficiũt. qui ſe
eſſe peccatores nouerũt. Item cubiti duo prẽ
cepta caritatis Vnde & archa teſtamẽti que
tipum eccleſie habuit duos cubitos habuiſſe
in logitudine ꝓhibetur. Vlna ſecũdum quoſ
dam vtriuſꝙ manus extenſio eſt. ſecundum
alios cubitus qđ magis verum ẽ. quia grece
olenos cubitus dicit᷑. Vlna ſignificat bonam
operationem. Vnde ſimeon dicit᷑ xp̃m in vl-
nis ſuſcepiſſe & dominum benedixiſſe Quid
eſt enim criſtum in vlnis ſuſcipere. niſi piis
hunc operibus velut mẽbris noſtris amplec-
tere. Per vlnas enim virtutum operatio ex
primit᷑. Cum enim quis in alio eſurientẽ cri
ſtum ſaciat in alio ſicientem potat. in alio hoſ
pitem ſuſcipit. in alio nudum operit. in alio
infirmum vel in carcere poſitum viſitat hiis
ꝓcul dubio deuotis actionib9 tanquã ipſum
xp̃m amplectitur. Ale ſubbrachia ſũt appel
late eoꝙ ex eis in modum alarũ motus brac
hiorum inchoat. Quas quidam aſcellas vo-
cant qđ ex eis cillent᷑ id ẽ mouent᷑. Vnde &
aſcilla dicta ab eo qđ cillantur. hoc eſt moue
ant᷑ omnia Nam cillere ẽ mouere. Aſcella ali
quãdo ꝓ deſidia poſita reperit᷑ & ocioſitate.
Vnde eſt illud in ꝓuerbiis ſalemonis. In de-
ſideriis eſt omnis ocioſus. Et iteꝝ. Abſcon-
dit piger manum ſuam ſub aſcella & laborat
ſi ad os ſuum applicauerit eam. Quia piger
& deſidioſus magis appetit deſidiam carna
lem quã virtutũ operationẽ. abſcondit manũ
ſuam ſub aſcella. nec vult operationeꝫ ſuam
ꝓfeſſioni ſue concordem facere. maxime cũ
ſcriptum ſit. Corde credit᷑ ad iuſticiam ore
autem ꝯfeſſio fit ad ſalutem. Vnde & ſapiẽ
tia alibi dicit. Qui operant᷑ in me non pecca
bunt. Hinc & ipſa veritas ait. Non omnis q
dicit mihi domine domine intrabit in regnũ
celoꝝ. ſed qui facit voluntatẽ patris qui in
celis eſt ipſe intrabit in regnum celorũ. Ma
nus dicta qđ ſit totius corporis munus. Ipſa
enim cibum ori miniſtrat. ipſa operat᷑ omnia
atꝙ diſpenſat. ꝑ eam accipimus & damus.
Abuſiue manus etiã ars vel artifex vnde &
manus precium dicimus. Manus aliquando
poteſtatem ſignificat vt eſt illud pſalmiſte
quo ad dominum ait. In manibus tuis tem-
pora. Et iacob patriarcha ad iudam filium
ſuum. manus inquit tua in ceruicibus inimi-
corum tuoꝝ. Aliquãdo diſcretionẽ iudicii.
vt eſt illud. extendit manum ſuã in retribu
endo illis. Manus hic virtutem iudicii ſigni

ficat. que tunc oſtendit̃ quãdo illam diſcreti
onem bonoꝝ malorumq; fecerit. Manus pro
bona operatione aliquãdo ponit̃ vt in pſalmo
Manus tue fecerũt me & plaſmauerũt me.
& alibi. deum inqui exquiſiuit manibꝫ me-
is. Item manus virtus anime ſiue opus bonũ
vt in pſalmo. Labores manuum tuarũ man-
ducabis. In cõtrariam vero partem manus ac
cipiunt̃ vt eſt illud. Secundũ operationem
manuum ſuarum retribue illis. Dextera vo-
catur a dando. Ipſa enim pignus pacis datur
ipſa fidei teſtis atq; ſalutis adhibet̃. & hoc ẽ
illud apud tuliũ. Fidem publicã iuſſu ſenatꝰ
dedi id ẽ dexterã. Vnde & apl'us Dexteras
inquit dederunt mihi & barnabe ſocietatis.
Siniſtra autẽ vocata, quaſi ſine dextera ſiue
q̃d rem fieri ſinat. A ſinendo autem ſiniſtra
eſt nuncupata. Per dexteram enim aliquãdo
deſignatur criſtus filius dei propter effecti
uam potentiam. de quo ſcriptum ẽ dextera
domini fecit virtutẽ. dextera domini exalta
uit me. aliquãdo eterna beatitudo. vnde ip-
ſe xp̃s dicit̃ in dextera dei ſedere, hoc eſt in
eterna beatitudine regnare. aliquãdo electi
onem ſanctoꝝ vnde dicunt̃ iuſti ſtare ad dex
teram iudicis hoc ẽ eterna beatitudine dig-
ni & peccatores ad ſiniſtrã hoc ẽ in partem
reꝓbam qui ſupplicio traditi ſũt. Hic implet̃
q̃d alibi ſcriptum ẽ. In dextera dei ignea lex
a ſiniſtra autẽ eius reꝓbi. In ſiniſtra ergo do
mini reꝓbi poſiti erũt. qui & ſiniſtri hoc eſt
preſentia quã diu vixerũt ardẽti cupiditate
amauerũt. nec eternoꝝ que ꝑ dexteram ſig-
nificant̃ deſiderium habuerũt. Item dextera
ſignificat amorẽ eterne vite. & ſiniſtra dele
ctationem laudis preſentis ſeculi. Vnde dicit̃
Te autẽ faciẽte elemoſinam neſciat ſiniſtra
tua quid faciat dextera tua. vt ſit elemoſina
tua in abſconſo. & pater tuus qui videt in ab
ſconſo reddet tibi. Quid ẽ in abſcondito niſi
in ipſa bona ↄſcientia que humanis oculis de
mõſtrari non poteſt. nec verbis aperiri. Rur
ſum per dexterã ſignificat̃ futura vita & ꝑ
ſiniſtram preſens. Vnde de domino ſcriptũ
eſt. In dextera eius longitudo dierũ & in ſi-
niſtra eius diuitie & gloria. quia hic ſancti
diuitias virtutum colligũt & in futuro con-
templationem vultus dei ꝑcipient. Nam &
alibi inuenit̃ dextera ꝓ ꝓſperitate poſita. ſi-
ue hominum fauore & ſiniſtra ꝓ aduerſitate
huius vite vel vituperatione vt in eſaia. Hec ẽ
via ambulate in ea. neq; ad dexteram neq;
ad ſiniſtram. ſicut dies aliquãdo ꝓſperitatem
ſignificat & nox aduerſitatem. Aliquãdo dex
tera bona opera exprimit que domino placẽt
& ſiniſtra mala q̃ ei diſplicẽt. Dextera ami-

cus ſiue vxor vel filii. vel quilibet ꝓpinqui ſi
cut quidã volunt intelligi vt in euãgelio. Si
dextera manus tua ſcandalizat te. abſcide eã
& ꝓice abſte. Palma eſt manus expanſis di-
gitis ſicut cõtractis pugnus. Pugnus autem
a pugillo dictus. ſicut palma obpanſis palme
ramis. In palma amplitudo eloquẽtie aliquã
do ſignat̃. ſicut in pugno anguſtus tactatus
argumentoꝝ & ↄcluſio ſillogiſmoꝝ. Vnde q
dam ſapientiũ de dyaletica & rethorica diſ-
putans ait. Dyaletica & rethorica eſt q̃d in
manu hominis pugnus aſtrictus & palma di
ſtenſa. Illa breui oratione argumẽta ↄcludit
iſta facundie campos copioſo ſermone diſcur
rit. Illa verba ↄtrahit iſta diſtẽdit. Dialetica
quidem ad inuẽiendas res acutior rethorica
ad inuẽtas dicendas facundior. Illa raros &
ſtudioſos reqrit. hec freqnter ꝓcedit in tur
bas. Itẽ palma ſignificat largitatẽ elemoſine
& pugnus parcitatẽ Vnde ſcriptum eſt in ꝓ
uerbiis ſalemonis de muliere prudenti. Pal-
mas ſuas extendit ad pauperẽ. Et alibi ſcrip
tum ẽ. Sit manus tua ad dandum porrecta.
& ad colligendũ ↄtracta. Item de palmo &
pugillo ꝓpheta dicit domini potentiã demõ
ſtrans celum inquit palmo metit̃ & terrã pu
gillo ↄcludit. Item in paſſione domini ſcrip-
tum ẽ. Tunc expuerũt in faciem eius & co-
laphis eum ceciderũt. alii autẽ palmas in fa-
ciem ei dederũt dicẽtes. Propheti za nobis
xp̃e. Quis eſt qui te ꝑcuſſit. Quod dictum ẽ
ſpuerũt in faciem eius ſignificat eos qui eiꝰ
preſentie gratiam reſpuant. Item colaphis
cum cedũt qui ei honores ſuas preferũt. Pal
mas in faciem ei dant qui ꝑfidia cecati eum
non veniſſe affirmant preſentiam eius exter
minantes & repellentes. Error de heretico-
rum xp̃o tribus generibus terminat̃. Aut e-
nim de diuinitate aut de humanitate aut de
vtroq; falluntur. Digiti nuncupati quia de-
cem ſũt. vel quia decenter iuncti exiſtunt.
Nam habent inſe & numerum ꝑfectiſſimũ.
& ordinem decentiſſimum. Digiti autem ꝓ
diſtributione donoꝝ ſpiritusſancti in ſcriptu
ris allegorice accipiunt̃. Nam ſcriptum ẽ in
euangelio domino dicẽte. Si in digito dei ei
cio demonia hoc eſt in virtute ſpiritusſancti
ꝑfecto ꝑueniet in vos regnum dei. Et in ex
odo legit̃ digito domini legem fuiſſe ↄſcrip-
tam quem multi ſpiritumſanctũ accipere vo
luerunt. Et in pſalmo legit̃. Quoniã videbo
celos opera digitoꝝ tuorũ. Merito iſtud de
futuro glorioſa dicit eccleſia que ante aduẽ
tum domini erat adhuc in patriarchis & ſan
ctis hominibus ↄſtituta. Ait enim videbo ce
los id ẽ libros euãgelicos qui celi merito di-

cunẗ. quoniã ↄtinent dominum ſaluatoreʒ q̈
dixit celum mihi ſedes ē. terra aũt ſcabellũ
pedum meoꝝ. Ideo hic poſitam operationem
digtioꝝ eſtimo vt libros diuinos coopatione
ſancte trinitatis pfectos euidenter oſtende/
ret ſicut & alibi legiẗ. Appendit tribus digi
tis molem terre. Quod ſimili ſacramẽto reci
piendum ē. Digitus enim diciẗ diuine opera
tionis effectus ꝙ poteſt patri & filio & ſpiri
tuiſancto id ē vni deo aptiſſime ↄuenire. Itẽ
p digitos diſcretio ſiue exercitiũ boni opis
exprimiẗ. Vnde de illa muliere forti quã ſa/
lemon in fine ꝓuerbioꝝ ſuorũ deſcribit. ita
legitur. Manum ſuam miſit ad fortia & di/
giti ſui apphenderũt fuſum. Manus enĩ mi
ſit ad fortia id ē ſtudium ſuum ad pfecta xp̄i
caritatis opa & digiti ſui apprehẽdert fuſũ
cum diſcretionis equitate textrinã ſtole ce/
leſtis p opera carit atis efficit. Vbi diſcretõe
ſũma opus eſt vt ꝓ eterna mercede & non ꝓ
temporali laude bona agamus. Vngulas ex
greco vocamus Illi enim onichen vngulam di
cunt. Per vngulam quippe extremitas vel fi
nis cuiuſlibet rei demonſtraẗ. Nam ſcriptũ
ē in geneſi. vbi iacob benedixit filio ſuo dan
dicens. Fiat dan coluber in via ceraſtes in ſe
mita mordens vngulas equi vt cadat aſcen/
ſor eius retro Quidam vero hanc ꝓphetiam
ad antixp̄m transferũt arbitrãtes eum de tri
bu dan venturum. in hoc loco equum accipi
iudicãt hunc mũdum qui per elationẽ ſuam
in curſu labentiũ tempoꝝ ſpumat Et quia an
tixp̄s extrema mũdi apprehẽdere nititẽ ceraſ
tes iſte equi vngulas mordere phibetur Vn
gulam qppe equi mordere ē extĩma ſeculi fe
riendo ↄtingere. Vt cadat aſcenſor eius retº
Aſcenſor equi eſt. quiſquis extolliẗ in digni/
tatibus mundi Qui retro cadere diciẗ & nõ
in faciem. ſicut ſaulus cecidiſſe memoraẗ. In
facie enim cadere eſt in hac vita ſuas vnum
quemq; culpas ↄgnoſcere. eaſq; penitẽdo de/
flere. Retro vero quo nõ videẗ cadere eſt ex
hac vita repẽte decedere & ad que ſupplicia
ducaẗ ignorare. Itẽ de equo in iob ſcriptum
eſt. Terram vngula fodit. Solet in equi vn/
gula laboris fortitudo ↄgnoſci. Quid ergo p
vngulam niſi in predicatore ſancto virtutũ
pfectio demonſtraẗ. Qui videlicet terrã fo/
dit vngula dum de corde audiẽtium exẽplo
ſuoꝝ operũ terrenas cogitationes eicit. Trũ
cus media pars corporis a collo ad inguinem
De quo virgilius. Caput collo vehiẗ. Trun/
cus ſuſtinetur coxis & genibus cruribuſq;.
Truncus qui ſine capite & manibus ē ſigni/
ficat debilitatẽ & inertiã cuiuſlibet. Vnde
de iudith ſcriptũ eſt qđ cũ caput abſcideret

oloferis corpus eius truncũ euolueret. Por
ro quia olofernis tipum tenet diaboli truncũ
corpus eius oſtendit eum abſciſa potẽtia po/
teſtatis eius ipſum inimicum ex omni parte
infirmum & debilem eſſe vt eo facilius bella
tores xp̄i ↄfidant iudicem nequiſſimũ ſe vin
cere poſſe quo eum pleniter ediſcũt fragilẽ
& ſuperabileʒ fore. Pectus vocatum qđ ſit
pexum inter eminentes mamillarum partes
Vnde & pectinẽ dici qđ pexos capillos faci/
at. Pectus auteʒ ſignificat tractatũ internũ
& ſapiẽtie rationem. Vnde iohannes legitur
ſuper pectus recubuiſſe ſaluatoris ex q̊ doc/
trinam ſapiẽtie hauſit celeſtis. In contrariã
vero partẽ pectus trahit ſignificationẽ quã/
do ſignificat doli ac malicie calliditatẽ. Vn
de diciẗ ſerpẽti. Sup pectus tuũ g̃dieris &
terrã comedes cũctis diebus. Super pectus
quippe gradiẗ ſerpens. quia omnes greſſus
dyaboli nequicie ſũt & fraudes. Nam in pec
tore calliditatẽ & verſutias cogitationũ eiꝰ
ĩdicat quibus ad eos quos vult decipere ſer/
pit. Terram autẽ comedit cum errore pec/
cantium paſcitur ac delectaẗ eoſq; ſeducens
ad interitũ rapit. Mamille vocate quia rotũ
de ſunt quaſi male per diminutionẽ ſcilicet.
Vbera dicta quia lacte vberta. vel quia hu/
more humida ſcilicʒ lactis in morẽ vuaꝝ ple
na. In mamillis vero atq; vberibus doctores
ſancti miſtice exprimunẗ qui lacte doctrine
ſacre nutriũt fideles ſiue duos populos veniẽ
tes ex circũciſione & gentilitate Vnde in cã
tico canticoꝝ. ſponſus ad ſpõſam dicit. Duo
vbera tua ſicut duo hinnuli capree gemelli.
Duo vbera vt diximus doctores ſũt vtriuſq;
teſtamẽti. vel duo populi ex circũciſione ve
nientes & gentilitate. qui per humilitatem
quidẽ paruos ſe eſſe intelligunt & peccato/
res ꝯ caritate currẽtes omnia obſtacula mun
di tranſeunt. Vbera ſenſus cordis vt in eſaia
Accingite lumbos veſtros ſup vbera hoc eſt
cõtinentiam habete contra ſenſus carnales.
Cutis eſt que in corpore prima ē appellata
qđ ipſa corpori ſuppoſita inciſionẽ prima pa
ciatur. Cutis enim grece inciſio diciẗ. Idem
eſt & pellis qđ externas iniurias corporis te/
gendo pellat. pluuiaſq; & ventos ſoliſq; ardo
res pferat. Pellis enim mox detracta a cor/
pore iam corium diciẗ. Incute enim vel pelle
quo animal forinſecus circundaẗ miſtice vel
corpus humanũ demõſtrat que naturam ani
me intra ſe vigentẽ tegit. vel ſanctã eccleſiã
ſignificat quã xp̄s qui eſt via veritas & vita
viuificat & regit. que afflictionibus foris at
teritur & intus virtutibꝫ roboraẗ. Vnde &
in iob ſcriptum ē. Cutis mea aruit & ↄtracta

eſt. Et iteꝝ ruge inquit mee teſtimonū di-
cunt contra me Et rurſum pelli mee ꝯſump
tis carnibus adheſit os meū. Quia igiť xp̄s
& eccleſia vna perſona ē. quid ꝑ os niſi ipſe
dominus. quid per carnē niſi diſcipuli deſig
nanť qui paſſionis eius tēpore infirma ſapue
runt. Quid vero per pellē. que exterior car-
ne manet in corpore. niſi ille ſancte mulieres
figuranť. que ad preparāda ſubſidia domino
ſeruierunt. Ait ergo. Pelli mee conſumptis
carnibus adheſit os meū. hoc eſt hii qui mee
fortitudini ꝓpinquius adherere debuerunt
paſſionis mee tēpore timore ꝯſumpti ſūt &
eas quas ad exteriora miniſteria poſui in paſ
ſione mea inherere mihi fideliter inueni. Vn
de ſubdiť. Et derelicta ſūt tantūmodo labia
circa dētes meos. Quid per labia niſi locutio
quid ꝑ dētes niſi apl̄i deſignanť. Qui adhuc
ſtatim poſt paſſionē ꝯfabulari de domino no
uerant ſed predicare iam eum aut mordere
infidelium vicia formidabant. Aruina pig-
uedo cuti adherēs. Pulpa ē caro ſine pigue-
dine dicta q̄d palpitet reſilit enim ſepe. Hāc
pleriq; & viſcum vocant ꝓpter q̄d glutinoſa
ſit. Aruina aliquādo pinguedinē dilectionis
ſignificat. vt ē illud in leuitico adeps & arui
na in hoſtiis pacificis iubenť deo offerri. Itē
aruina abundantiam terrenarū rerum ſigni
ficat vt eſt illud in iob vbi de ſupbo homine
ſcribiť. Cucurrit aduerſum deum erecto col
lo & pingui ceruice armatus ē. Cōtra deum
erecto collo currere ē. ea que creatori diſpli
cent cum audacia ꝑpetrare. Iniquus enim in
pingui ceruice contra deum armať. quia re-
bus tēporalibus tumēs contra precepta veri
tatis quaſi de magnitudine carnis erigitur.
De quo addiť. Operuit faciem eius craſſitu
do. Faciem eius craſſitudo operuit. quia de-
ſiderata terrenarū rerum abundantia oculos
mentis premit. Et de lateribus inquit eius
aruina dependit. hoc ē quiſquis potēti & ini
quo adheret. ipſe ꝙ de eius potētia velut ex
pinguedine rerū tumet. Item pinguedo gra
tiam diuinam ſignificat. vt ē illud in pſalmo
ſicut adipe & piguedine repleať anima mea
Item in malā partē adeps poniť cum craſſitu
dinem malicie ſignificat iuxta illud pſalmiſ
te adipē ſuum inquit cōcluſerunt. Membra
ſūt partes corporis. artus quibus colliganť
mēbra ab artādo dicti quoꝝ diminutiua ſūt
articuli Nam ſicut artus dicimus mēbra ma
iora vt brachia ita articulos minora mēbra
vt digiti. Membra quando in bonam parteꝫ
accipiunť ſanctos & electos dei qui membra
ſūt corporis xp̄i ſignificāt. quia ille ē caput
eccleſia vero corpus ipſius & membrum de

membro. Quod longa ratione diſputās apl̄s
ita oſtēdit. in quibus alia ſūt glorioſa & for
tiora alia ignobiliora & infirmiora membra
q̄d facit differētia virtutum & diſcendi vel
docendi ſtudiū. Nam oculi in corpore criſti
poſſunt dici qui meditanť in lege domini die
ac nocte. aures qui diligenter audiūt verbū
dei & obediunt mādatis eius. os & lingua ꝑ
dicatores ſancti. manus qui bene operanť vel
elemoſinas tribuūt. pedes qui viam manda-
torum dei incedūt et cetera huiuſmodi quod
longum ē enumerare. Aliam vero ſignificati
onem habēt membra quādo ad diaboli partē
ſenſum trahunt. quia ſicut omnes ſancti ad
xp̄i corpus ꝑtinent. ita omnes iniqui ad cor-
pus antixp̄i. Vnde ſcriptum eſt in iob de le-
uiathan. Membra carniū eius coherētia ſibi
Carnes iſtius ſūt omnes reꝓbi qui ad intel-
lectum ſpiritalis patrie ꝑ deſiderium non aſ
ſurgunt. Membra autē ſūt carnium hii qui
eiſdem ꝑuerſe agētibus & ſeſe ad iniquitatē
precedētibus ꝯiungunt. Sed ē aliud mēbrū
corporis aliud mēbrum membri. Sicut autē
ꝑniciosum eſt ſi vnitas deſit membris bonis.
ita ꝑnicioſum ē ſi non deſit malis. dum in du
as ꝑtes rubri maris vnda diuidiť vt ab electo
populo ad terrā reꝓmiſſionis tendiť. Nerui
greca deriuatione appellati. q̄s illi neur va
cant. Alii latine vocatos neruos putant eoꝝ
artuum coniunctiones inuicē his inhereant
Maximam autē virium ſubſtantiā neruos fa
cere certiſſimum ē. Nam quāto fuerint den
ſiores tanto ꝓpenſius augeſcere firmitatem
In neruis cōplexio virtutū deſignať. quia ſi-
cut artus & oſſa neruis cōpinguntť. ita virtu
tes & bona opera amoris glutino copulātur
Vnde in iob ſcriptum ē. Oſſibus & neruis cō
pegiſti me. Vitam & miſericordiā tribuiſti
mihi. & viſitatio tua cuſtodiuit ſpiritū meū
Humanū quippe animum viſitatio ſupna cuſ
todit cum hunc virtutibus ditatū vel flagel
lo ꝑcutere vel cōpungere non deſinit. Iteꝫ
in aliam partem verborū ſignificatio trahiť.
cum in eodē libro de vehemoth ſcriptum ſit.
Nerui teſticulorū eius ꝑplexi ſūt. Oſſa eius
velut fiſtula eris. Tot ergo iſte vehemoth
teſtes habet quot iniquitatis ſue adiutores
poſſidet. Qui idcirco ꝑplexi ſūt. quia videli
cet predicatoꝝ illius argumēta doloſis aſſer
tionibus innodanť vt recta eſſe ſimulent que
ꝑuerſa ꝑſuadent. Oſſa inquit eius velut fiſt
ula eris. Quid aliud oſſa anticriſti ꝙ quoſli-
bet in eius corpore valentiores accipimus. In
quoꝝ corde iniquitas dum vehemēter indu
rauit. per eos tota eius corporis cōpago ſub
ſiſtit Recte aūt oſſa eius eris fiſtule ꝯparanť

cuia nimirum more metalli inſenſibilis. ſonũ
bene viuẽdi habent. ſed ſenſum bene viuẽdi
non habent. Compago capita ſũt oſſium dic
ta eoꝝ ibi compacta neruis vel glutino quo/
dam adhereãt. Oſſa ſũt corporis ſolidamẽta
In his enim omnis poſitio roburq; ſubſiſtit.
Oſſa ꝗ̃ per allegoriã fortitudinẽ mentis de
bemus aduertere. Que cum deficit ſugor ei
us elabitur. ſicut & oſſibus quaſſatis corpus
minime ꝯtinet̃. Vnde ꝓpheta in pſalmo ait.
Sana me domine quoniã ꝯturbata ſũt omnia
oſſe mea. Et alibi omnia inquit oſſa mea di/
cent. Domine quis ſimilis tibi. Oſſa nec ſen
ſum nec vocem habere manifeſtum ẽ. ſed ſi/
cut frequenter diximus fortitudo animi &
ꝯſtantia mẽtis debent intelligi. Que merito
oſſibus comparant̃. quia ſicut illa corpus cõ/
tinent ita & hec ſanctas corroborant volun/
tates. Dicant ergo hoc ſacramẽtum oſſa nõ
caro id ẽ firmitas non remiſſio. quia talẽ im
num non poteſt niſi ſola mẽtis dicere fortitu
do. Quis negatiuũ ẽ. quia nemo poteſt eſſe
ſimilis cũ ſit ſancta trinitas ſingularis. Mul/
tum quippe eſt creatura a creatore diſſimil'
Illa deniq; ſeruit iſte dominat̃. Et iterũ peni
tens dicit. Oſſa mea ſicut infrixorio cõfrixa
ſũt. Sicut opinione ꝓſpera bene meritorum
oſſa id ẽ animi fortitudo pingueſcit quando
eoꝝ conſcientia felici recordatione letatur ſi
cut dicit ſalemon fama bona impinguat oſſa
ita recordatione ꝯtraria peccatorũ virtus tã
quã frixa ꝯtrahit̃. dum oblocutiões hominũ
& ꝯſcientie ſue iudicia grauiter expaueſcit.
Siue hic frigit̃ peccator. quoniã futuros ig
nes incendiaq; formidat. Nam qui ſe paueſ/
cit arſurum. ipſius incẽdii terrore iam frige
tur. Item oſſa virtutes ſignificãt ſanctorum
vt in pſalmo. Cuſtodit omnia oſſa eoꝝ vnum
ex his non ꝯteret̃ Medulle appellate qđ ma
defaciant oſſa. Irrigant enim & confortant.
Medulla ſignificat internã cogitationẽ men
tis. Vnde eſt illud pſalmiſte Holocauſta me
dullata offerã tibi. Holocauſta medullata ſũt
ſacrifitia que puro atq; intimo corde diuinis
cõſpectibus damus. Nam quãdo inuicẽ holo
cauſti contritionẽ cordis offerimus oportet
vt intus habeat puriſſimã fidem intus habe
at operas fideles que ad vicem medulle obla
tionem puriſſimã reddãt ne ſit aridum atq;
vacuum qđ diuinis aſpectibus immolamus.
Vertibule ſunt ſumme oſſium partes nodis
groſſioribus conglobate. ita dicte eoꝝ ad in/
flexionem membroꝝ illa vertant̃. Cartilagi
nes oſſa mollia & ſine medulla qđ genus au/
ricule & narium diſcrimen & coſtaꝝ extre/
mitates habent ſiue opcula oſſium que mo/
uent̃ & dicte cartilagines ꝙ leui attritu ca/
rent dolore dum plectant̃. Cartilago aliquã
do ſignificat ſimulatõꝫ virtutũ. Vnde ſcrip/
tum eſt in iob de leuiathan. Cartilago eius
quaſi lammine ferree. Cartilago nanq; oſſis
quidem ſpeciem habet. ſed oſſis fortitudinẽ
non habet. Quid eſt ergo qđ cartilago eius
laminis ferreis cõparat̃. niſi qa hii qui in illo
debiliores ſũt ad ꝑpetranda mala nequiores
exiſtunt. Ergo cartilago eius ferro ſimilis
dicit̃. quia hii qui in eius corpore ad oſtenſi
onem virtutũ non ſufficiũt contra necẽ fide
lium acrius accendunt̃. Coſtas appellari qui
dam putant ꝙ ab ipſis interiora cuſtodiant̃.
& tota mollicies ventris vallata ſaluet̃. La/
tus quia iacentibus nobis latet. ẽ enim leua
pars corporis. Dextro autem lateri habilior
motus eſt leuo fortior. & oneri ferendo acõ
modatior. Vnde & leua nuncupata qđ apti
or ſit ad leuandũ aliquid & portandum. Ipſa
enim geſtat clipeũ enſem pharetram & teli
qua onera. vt expedita ſit dextra ad agendũ
Et notandum qđ lateris nomẽ ſinonimũ eſt
& ad plura ſignificãda habile. Dicit̃ enim la
tus hominis &. latus pecudis. latus edificii
& latus dimẽſionis terre. que omnia locis ſu
is ꝓpria ſignificatione interꝑtari debẽt. Ta
men hominis latus qđ cum coſtis inteſtina ꝓ
tegit. ſignificare poteſt occultationes inter
norum ꝯſiliorum. Vnde eſt illud qđ cõditor
noſter dormienti ade de latere ſumpta vna
coſta cõdidit mulierẽ. cum miſtice ꝑfigura/
bat eccleſiam de latere xp̄i in cruce per mor
tem ſopiti ſacramẽta ſalutis eſſe exitura vi/
delicet ſanguinem & aquã de quibus ſponſa
illi conderet̃ eccleſia. Tropologice vero ſciẽ
dum ẽ quia nequaquã culmen ꝯtemplatiõis
attingimus ſi non ab exterioris cure oppreſ
ſione ceſſamus nequaquã noſmetipſos intue
mur vt ſciamus aliud in nobis eſſe rationale
qđ regit aliud animale qđ regit̃. niſi ad ſecre
tum ſilentii recurrentes ab omni exterius ꝑ
turbatione ſopiamur. Quod ſilẽtium noſtrũ
bene adam dormiẽs figurauit de cuius mox
latere mulier ꝓceſſit. quia quiſquis ad inte
riora intelligẽda rapitur a rebus viſibilibus
mentis oculos claudit. & tunc inſe ipſo vel q̃
preeſſe viriliter debeãt vel que ſubeſſe poſ/
ſint infirma diſtinguit vt aliud in ipſo ſit qđ
regere valeat tanquã vir. aliud tanquã femi
na qđ regat̃. Dorſum ẽ a ceruice vſq; ad re/
nes. Dictum autẽ dorſum qđ ſit ſuperficies
durior corpore in modũ ſaxi fortis & adpor
tandum & ad ꝑpetiẽdum. Terra quia in ea
ſupini iacemus in terra qđ ſolus homo poteſt
Nam muta animalia tantũ aut in ventre au

in latere iacent . Vnde in animalibus terga
abuſiue dicunť ſcapule. Dorſum quidem atq;
tergum eoꝝ ſũt poſteriores partes corporis
aut fugam ſignificãt vt ẽ illud pſamiſte quo
ait & inimicoꝝ meorũ dediſti mihi dorſum
& alibi ſcriptum ẽ terga verterũt. Quod eti
am ſignificare poteſt auerſionẽ prauoꝝ a cul
tu diuino . & deſpectionem vere religionis ſi
cut in ezechielis viſione ſcriptum eſt qđ viri
ſtantes contra templũ dorſa verſa haberent
& facie reſpicerẽt ad ſolis ortũ. Item in dor
ſo vel tergo ſignificanť corporei dolores q̃s
illatis verberibus ſancti viri ſuſtinebũt. Vn
de ꝓpheta dicit in pſalmo . Poſuiſti tribulati
ones in dorſo noſtro. videlicȝ verbera que &
paulus ꝑtulit & reliqua fideliũ turba ſuſti-
nuit ad hoc verberibus humiliati vt dyaboli
cam ſupbiam cum mundi ipſius delectatõne
reſpuerẽt . Rurſum tergum obliuionẽ prete
ritorum ſignificat . Vnde petimus deum in
oratione vt peccata noſtra preterita poſt ter
gũ mittat hoc ẽ ꝑpetue obliuioni tradat. Nã
ꝙ dorſum & tergum deſpectionẽ dei ſigni-
ficent oſtẽdit eſaias dicens ad iſrahelicam
plebem. Et erũt oculi tui vidẽtes precepto-
rem tuum & aures tue audiẽt vocẽ poſt ter
gum monẽtis . Quaſi in faciẽ homo monitus
eſt. quãdo ad iuſtitiã ↄditus ꝑcepta rectitu-
dinis accepit. ſed cũ eadem ꝑcepta ↄtemplit
quaſi ↄditori ſuo dorſum mẽtis in faciem de
dit. Sed ecce adhuc poſt tergũ ſequiť & mo
net. quia iam & a nobis ↄtemptus ẽ. & tamẽ
nos adhuc vocare nõ ceſſat. Quaſi dorſum ei
in faciem dedimus . cuius verba deſpicimus
cuius verba calcamus . ſed nos poſt tergum
ſtans auerſos reuocat . qui & videt qđ deſpi
ciť. & tamen ꝑ precepta clamat. ꝑ pacientiã
expectat. Interſcapuliũ ſpaciũ dicitur qđ in-
ter ſcapulas eſt vnde & nominať. In ſcapulis
enim poſſumus intelligere iuxta allegoriam
oneris ſarcinam. vt eſt illud qđ abraham tol
lẽs panẽ & vtrẽ aque impoſuit ſup ſcapulas
agar vel operationes diuerſas iuxta illud qđ
in pſalmo de deo ſcriptum eſt . Scapulis ſuis
obumbrabit tibi . Scapule domini ſũt opera
tiones mirabiliũ per quas velut quibuſdã hu
meris virtus diuina monſtrať . Vnde cũ deo
ſcapule oculi brachiũ ve diciť . cauendũ ſum
mopere eſt. ne quid in eo mens corporeũ ſuſ
picetur . In antropomorfitarũ nanq; hereſim
cadere ẽ eum qui in circũſepte implet & cir
cumplectiť omnia inter corporalia liniamẽta
ↄcludere Sed omnipotẽs deus ad ſua nos tra
hens vſq; ad noſtra ſe humiliat. atq; vt alta in
ſinuaret humilibus condeſcẽdit . quatinus ꝑ
uulis animus rebus ↄgnitis enutritus ad in-
quirẽda exurgat incognita. atq; ad eum quẽ
longe ſup ipſum eſt . quedã iuxta ſe audiens
quaſi quibuſdam ad illũ paſſibus moueatur.
Vnde fit vt ꝑ ſcripturã ſuam aliquãdo a cor
poribus hominum. aliquãdo a mentibus. ali
quãdo vero ab auibus. aliquãdo etiam ab in-
ſenſatis rebus quaſdam longe diſſimiles in ſe
ſimilitudines trahat Plerumq; enim a corpo
ribus hominũ in ſe ſimilitudinẽ trahit . ſicut
de eo ſperanti homini per ꝓphetam dicitur
In ſcapulis obumbrabit tibi . cum conſtet qđ
in natura ſua nec oculum deus nec ſcapulas
habeat nec cetera liniamẽta membroꝝ. Sed
quia nos ꝑ oculum cernimꝰ . in ſcapulis vero
onera ſuſtinemus. deus qđ omnia videat ocu
lum habere ꝓhibetur qđ vero nos tollerat at
q; eo ipſo quo tollerat ſeruat obumbrare nos
in ſcapulis diciť. Ait enim in ſcapulis ſuis ob
umbrabit tibi . Ac ſi diceret peccatori homi
ni & poſt peccatum veniam deꝓcanti. Ea pi
etate te dominus ꝓteget. qua te tollerauit .
obũbrat. i. ĩ ſcapul' ſuis q dũ portat defendit
Spina ẽ iunctura dorſi dicta eoq; habeat ra
diolos acutos . Cuius iuncture ſpondilia ap-
pellanť ꝓpter partẽȝ cerebri que fertur per
hos longo tractu ad ceteras corporis partes
Sacra ſpina eſt vna ꝑpetue ſpine q̃ greci iro
noſtoin vocant quoniã primũ infante ↄcepto
naſcitur ideoq; & hoſtia id primũ a gẽtilib9
diis ſuis dabatur vnde & ſacra ſpina dicitur
Spina enim aliquãdo ꝓ fortitudine corporis
aliquãdo ꝓ elatione mẽtis atq; omnibus pec-
catis poniť. Vnde ſcriptũ eſt in pſalmo . Con
uerſus ſum in erũna mea dum confringitur
mihi ſpina . Spina eſt enim que totũ corpus
erigit atq; continet . Hec ꝓ ſuperbia merito
poſita eſt .que ↄfracta non deicit ad interitũ
ſed erigit potius ad ſalutẽ. Dum enim forti
tudo & ꝓſperitas corporis ↄfringitur neceſ
ſe ẽ vt ad cordis humilitatẽ mẽtis intima re
uocenť. Bene hoc loco per ſpinã omne pecca
tum euidenter exprimiť quia dum trahit ad
delectationem quaſi pungendo lacerat men-
tem. Hinc ergo iuſti & penitentis voce dici
tur . Conuerſus ſum in erumna mea dum cõ
frigiť mihi ſpina .quia ſcilicet mens ad lamen
tum vertiť vt peccati punctio penitẽdo fran
gatur . Renes ait varo dictos qđ riui ab his
obſceni humoris naſcanť . Nam vene & me-
dulle tenuem liquorẽ deſudãt in renibus qui
liquor rurſum in renibus calore venerio reſo
lutus decrit . Renes aliquãdo ꝓ ↄſtantiã mẽ
tis ponunť. quia ſicut iſti corpus ↄtinent ita
animi ſtabilitatẽ & illa cuſtodit. Vnde ꝓphe
ta ait. Renes mei reſoluti ſũt. Renes ergo ſu
os dixit eẽ ſolutos . qa mũdanarũ rerũ felici

tātē incauta voluptate queſierat. Item renē i
interiora cordis ſunt vt in propheta. Ego
dominus ſcrutās renes & corda. Rurſum re
nes delectatione carnis. obfluxis cogitatiōes
aliquādo ſignificāt. Vnde pſalmiſta petit di
cens. Vre renes meos & cor meū. Si enim vo
luptatez libidinis in renibus eſſe neſciret eos
vri minime petiſſet. hoc eſt vt delectationes
& cogitationes humane verbi domini calore
purgarent. Hinc bene in exodo renes habere
accinctos iſrahelitis precipit in paſcali edulio
quoniā qui paſca comedit habere renes accic
tos debet. vt qui ſolēnitatem reſurrectionis
atq̧ incorruptionis agit. corruptioni iam ꝑ
uicia nulli ſubiaceat voluptates edomet car
nez a luxuria reſtringat. Lumbi ob libidinis
laſciuiam dicti. quia in viris cauſa corporee
vouptatis in ipſis ē ſicut in vmbilico feminis
Vnde & ad iob in exordio ſermonis dictum
eſt. Accinge ſicut vir lumbos tuos vt in hiis
eſſet reſiſtendi ꝓperatio in quibus libidinis
eſt vſitata dominandi occaſio. Vmbilicus eſt
medius locus corporis dictus. qđ ſit vmbus
iliorum. Vnde & vmbo appellat̄ locus in me
dio clipei a quo pendet Ex eo enim infans in
vtero pendet. ex eo enim & nutrit̄ In lumbis
aliquādo fortitudo animi exprimit̄. iuxta il
lud apl'i. Accingite lumbos mētis veſtre. &
aliquādo libido carnis. vt ſupra dictum eſt.
Vnde ad iob de vehemoth dominus ait. For
titudo eius in lumbis eius. & virtus eius in
vmbilico ventris ipſius. Seminaria coitus vi
ris In lumbis eſſe. in vmbilico autem ineſſe
feminis ꝓhibetur vt ſupra oſtēdimus. Hinc
eſt enim qđ veritas diſcipulis dicit. Sint lū
bi veſtri ꝓcincti. Hinc petrus cum luxuriam
a corde reſtringeret admonebat dicens. Suc
cincti lumbos mentis veſtre. Hinc paulus cū
per abrahe ſacrificiū mechiſedech tempore
leui ſacerdotiū diceret decimatū. vbi tunc in
abrahe corpore leui lateret oſtēdens ait. Ad
huc enim ī lumbis patris erat. Quia vero ſe
minarium luxurie feminis in vmbilico conti
net̄ ꝓpheta atteſtāte didicimus. qui ſub ſpe
cie femine ꝓſtitute iudee peculantiam incre
pans ait In die ortus tui non ē ꝑciſus vmbili
cus tuus. Ilium greco ſermone appellatū qđ
ibi nos obuoluamus. Grece enim ileos obuol
uere dicit̄ Teſticuli enim virilis ſexus robur
ſignificant virtutis. Vnde legit̄ in leuitico.
Omne animal qđ vel ɔtritis vel tuſis vel ſe
ctis ablatiſq̧ teſticulis eſt non offeretis deo
Contritis teſticulis eſt qui paulatim creſcen
te malitia ɔteret ſuam in virtutibus ꝓlem et
ſigna per que vir poſſit agnoſci. qui & recte
reꝓbatur, quia ſibimetipſi in talibus nocuit

Tuſis teſticulis eſt qui illatis ſibi temptatio
nibus tribulatōnibuſq̧ ceſſit animeq̧ ſue for
titudinē ꝑdidit. Non enim oportet hoc ppe
ti nec omnino cedere imminenti hoſti atq̧ af
fligenti. Sectis ablatiſq̧ teſticulis eſt q vna
actione praua animiſq̧ impiis exſecante ſe
cultro & auferēte quēadmodum nimis effe
ra & direptrix manus ſemetipſum abſcidēs
& auferēs a ɔiunctione que ē in virtutibus.
Venter & aluꝰ & vterꝰ inter ſe differt Ven
ter eſt qui acceptos cibos digerit & appareꝫ
extrinſecus ꝓtingitq̧ a pectore ad inguineꝫ
& dictus venter ꝙ per totū corpus vite ali
mēta tranſmittat. Aluus eſt qui cibum reci
pit & purgare ſolet Saluſtius. Simulās ſibi
aluum purgari. Et vocatus eſt aluus ꝙ ab
luatur id ē purget̄. ex ipſo enim ſordes ſter
corum defluāt. Vterū ſole mulieres habent
in quo ɔcipiunt ad ſimilitudinē cauliculi. Ta
men autores vterum ꝓ vtrolibet ſexus ven
tre plerūq̧ ponūt. nec poete tantūmodo ſed
& ceteri. Vocatus autem vterus qđ duplex
ſit & ab vtraq̧ in duas ſe diuidit partes que
in diuerſum diffuſe ac replexe circūplicant̄
in modum cornu arietis vel qđ interius im
pleat̄ fetu. Hinc & vter ꝙ aliquid intrinſe
cus habuerit membra & viſcera. Venter iux
ta allegoriam ſignificat capacitatez rationis
ſiue anime affectum. Inde eſt illud qđ a ba
cuc ꝓpheta venter inquit meus turbatus ē
in me. Et hieremias. Ventrem meū dolo
& ſenſus cordis mei turbatus ē. Rurſū pſal
miſta ait. Conturbatus ē in ira oculus meus
anima mea & venter meus. Litera ſiquidez
poſuit inimicoꝝ indignationē. oculus autem
intellectum ſignificat quē ſemꝑ ɔturbamus
atq̧ confundimus. quādo imminentia pericu
la formidamus. Venter vero noſter aluus ē
in quo edulia deglutita recōdimus. Qui ap
te memorie comparat̄. quia ſicut ille tranſ
miſſas eſcas recipit. ſic memorie ſinus notici
as rerū competēter aſſumit. Conturbatum
ergo dicit ventrem id ē memoriam ſuā. vbi
habebat repoſita que illi dominus de ſua cla
rificatione promiſerat. ſed cum videret ca
ro imminere ſibi pericula ɔſequens fuit eam
trepidatione turbari. Vterus autem aliquā
do ſignificat archanum nature, aliquādo ſe
cretum ɔſilii. Vnde pater in pſalmo ad filiū
ait. Ex utero ante luciferū genui te id ē ex
archano ſubſtantie mee ex ipſa ſcilicet deita
te totum ex toto. omnipotentem de omnipo
tente. lumē de lumine ſummū ex ſummo qđ
nulla inueſtigatio. nullus ſenſus poſſit attin
gere. Nam quēadmodum valet cōprehendi
de quo ſcriptū eſt. generationez aūt eius qs

enarrabiẗ. Mira breuitas & ſufficiens ꝓ nr̄a
infirmitate menſura. quia nec plus poſſum⁹
capere. & hoc abūde ſufficit vtiq; crediḋiſſe
Rurſum in iob ſcriptum eſt. De cuius vtero
egreſſa eſt glacies. Quid eſt ergo ꝙ domin⁹
prius quidē patrem ſe pluuie inſinuat. poſt-
modum vero de ſuo egredi vtero glaciē nar
rat. ſeq; gelu gignere de celo ꝓnunciat. niſi
qḋ miro modo noſtri pectoris terrā ad ſuſci
piēda verbi ſemina prius per occulte gratie
pluuiam infundit. & poſtmodum ne in ꝯcep
tis virtutibus īmoderatius ꝓfluat diſcip̄ina
intima diſpenſationis premit Viſcera nō tan
tum inteſtina dicimus. ſed quicqḋ ſubcorio
eſt a viſco qḋ eſt inter cutem & carnē. Item
viſcera vitalia id ē circūfuſa cordis loca qua
ſi viſcera eoꝝ ibi vita id ē anima continetur
Item viſcera capita neruorū ex ſanguine &
neruis copulata. Viſcera miſtice ſignificant
affectū pietatis & miſericordie. Vnde ſcrip
tum eſt in euāgelio Per viſcera miſericordie
dei noſtri in quibus viſitauit nos nos oriens
ex alto Et apl̄s ſi qua inquit viſcera miſera-
tionis. Et in alterā partez viſcera ſignifica-
tionem trahunt. vt eſt illud in actibus apo-
ſtolorum de iuda & diffuſa ſūt viſcera eius
hoc ē malicie tractatus ſūt patefacti. Cor a
greca appellatione deriuaẗ qḋ illi cardian di
cunt ſiue a cura. In eo enim omnis ſollicitudo
& ſcientie cauſa manet. Quod ideo pulmoni
vicinum ē. vt cum ira accendiẗ. pulmonis hu
more temporeẗ. Huius due arterie ſūt e qui
bus ſiniſtra plus ſanguinē hab;. dextera plus
ſpiritum. Vnde & in dextro brachio pulſum
inſpicimus. Cor enim multis ſpeciebus ſigni
ficandis ꝯuenienter aptaẗ. Nam aliquando ꝑ
anima poniẗ. aliquādo ꝑ intelligētia. aliquā
do ꝑ conſilio & verbo occulto. aliquādo pro
diligētia. Nam ꝑ anima cor poniẗ. vt ē illud
ſalomonis. Omni cuſtodia ſerua tuū cor q2
ex ipſo vita ꝓcedit. Item cor ꝑ intelligentia
poniẗ vt eſt illud pſalmiſte. Cor meū & caro
mea exultauerūt in deum viuū. quāuis vtra
q; videanẗ ꝑtinere ad carnem. cor tamē ad in
telligentiam referri poſſe non dubiū ē. Nam
cuius ſapientiam ꝓ̄ferre volumus eius cor ſi
ne dubitatione laudamus. Conſilium vero in
cordis nomine exprimiẗ. qḋ actus preuenit
teſtante ſaluatore in euangelio. Ex corde ex
eunt cogitationes male adulteria homicidia
& cetera. De quo pſalmiſta ait. Labia dolo-
ſa in corde & corde locuti ſūt mala. Nam qḋ
dicit in corde & corde. quotiens volumus do
loſos exprimere. duplicia eoꝝ corda declara
mus. ſicut ſalomō dicit. Vir duplex inꝯſtans
eſt in omnibus viis ſuis. Quando autē ſimpli
ces cupimus indicare. vnum cor in eis eſſe tē
ſtamur ſicut in actibus apl̄oꝝ legitur. Mul-
titudinis autē credentium erat cor vnum &
anima vna. Sic & bilingues dicimus. qui in
vna ſentētia minime ꝑſeuerant. Pro diligen
tia vero & deuotione illud eſt poſitum. In to
to corde meo exquiſiui te. Hoc ꝙ̄ munus eſt
domini qḋ toto corde hoc ē plena deuotione
aſſerit ſe deum exquiſiſſe. Non enim quere-
ret niſi inquiſitus fuiſſet. In alteram vero ſig
nificationem nūcupatio cordis poniẗ. cum
mortem vel infernum vel ſepulcrū ſignificat
Vnde eſt illa ſententia ſaluatoris qua ad iu-
deos ait. Sicut fuit ionas in ventre ceti tri-
bus diebus & tribus noctibus. ſic erit filius
hominis in corde terre tribus diebus & tri-
bus noctibus. Piſcis autem qui ionā deuora
uit in pelago ſignificat mortē quam xp̄s per
peſſus eſt in mundo. Inuētre ergo ceti ionas
erat tribus diebus & tribus noctibus. Et ſal
uator noſter in morte & in ſepulcro fuit tri-
bus diebus & tribus noctib9. tunc; comple
tum eſt illud qḋ legiẗ in oſee. Ero mors tua
o mors ero morſus tuus o inferne. Et ſicut
ionas in ventre piſcis non ꝑmanſit. ſed eiect9
ē in aridā. ita & ſaluatoris nr̄i aīma non reli
cta ē in inferno neq; caro eius vidit corruptōz
ſed reſurrexit in gloria. Itē de leuiathan do-
minus ad iob ait. Cor eius indurabiẗ quaſi la
pis & ſtringeẗ quaſi malleatoris incus. Cor
enim antiqui hoſtis vt lapis indurabiẗ. quia
nulla vnquā ꝯuerſionis penitētia mollieẗ qui
ſolis ictibus eterne vltionis aptabitur. Leui
athan ergo vt malleatoris incus ſtringiẗ qui
inferni vinculis coartabiẗ vt eterni ſupplicii
ꝯtinua ꝑcuſſione tundaẗ. Precordia ſūt loca
cordi vicina quibus ſenſus ꝑcipiẗ. & dicta ꝓ̄
cordia eo qḋ ibi ſit principium cordis & co-
gitationis. In precordiaꝝ nomine racionabi-
lis tractatus anime poſſunt accipi vt ē illud
eſaie quo ad dominū ait. Anima mea deſide-
rauit te in nocte & ſ ſpiritu meo in ꝓ̄cordiis
meis. Pulſus vocatus qḋ palpitet cuius indi
tio aut infirmitatē intelligimus aut ſalutē.
Huius duplex ē motus. Simplex qui ex vno
ſaltu ꝯſtat compoſitus qui ex pluribus moti
bus inordinatus & ineq̄lis exiſtit. Qui mo-
tus certa habēt ſpacia. Dactilicum ꝑcuſſum
quādiu ſine vicio ſūt. Siquādo vō citatiores
ſūt vt dorcadaci꞉ontes. aut leniores vt mir-
mici꞉ontes mortis ſigna ſūt. Vene dicte eo
ꝙ vie ſint natātis ſanguinis atq; riui ꝑ omne
corpus diuiſi quibus vniuerſa mēbra irrigan
tur. Dicitur & vena aqua vnde fons ebullit
Quod etiā ſignificare poteſt ꝓceſſum gratie
ſpiritalis atq; doctrine Vnde ſcriptum eſt in

ſapiẽtie lib° Sit venã tua benedicta. Et alibi
Vena viuentiũ aquarꝝ hoc eſt ſapiẽtie dulcis
hauſtus & pot9 ſalubris. Sanguis ex greca
ethimologia nomẽ duxit qđ vegetet̃ et ſuſti-
neat̃ & viuat. Sanguis aũt ẽ dum in corpe ẽ
effuſus vero cruor dicit̃. Nam cruor vocat9
ab eo qđ effuſus decurrit. vel ab eo qđ currẽ
do corruat. Alii cruorẽ interpretant̃ ſangui
nem corruptum qui emittit̃. Alii aiunt voca
tum ſanguinẽ qđ ſuauis ſit. Sanguis autẽ in
teger non eſt niſi in iuuenibus. Nam dicunt
phiſici minui ſanguinem p etatem. Vnde &
in ſenibus tremor ẽ. Proprie ſanguis anime
poſſeſſio eſt. Inde genas lacerare mulieres ĩ
luctu ſolent. Vnde & purpuree veſtes & flo
res purpurei mortuis prebent̃. Sanguis ali-
quãdo ſacramẽtum dominice paſſionis ſigni
ficat. vt eſt illud ſaluatoris in euãgelio Caro
mea vere eſt cibus. & ſanguis meus vere eſt
potus. Nam & in lege preceptũ eſt populo iſ
rahelitico vt de ſanguine agni paſcalis pone
rent ſup vtrũq; poſtem. & in ſuperliminari-
bus domoꝝ in quibus paſca edebant quatin9
exterminatoris excidium poſſent euadere.
Sic & ſanguis xp̄i mundat ꝯſciẽtiam noſtrã
ab operibus mortuis ad ſeruiendũ deo viuen
ti. & liberat nos de poteſtate inimici & per-
ſecutione hoſtis antiqui. Item in aliam partẽ
ſanguinis ſignificatio ducit̃. cum aut opera-
tionem carnalem aut corruptionẽ mortalis
nature ſignificat. Vnde ꝓpheta precat̃ domi
num dicẽs. Libera me de ſanguinibus deus
deus ſalutis mee. Et iterum virũ inquit ſan
guinum & doloſum abbominabit̃ dominus.
Vir quidem ſanguinũ eſt qui humano cruo-
re polluit̃. nec non & ille qui decipit viuum
Et apl̄s Caro & ſanguis regnum dei nõ poſ
ſidebunt. neq; corruptio incorruptelam poſ
ſidebit. Pulmo ex greco trahit vocabulum.
Greci enim pulmonem pleumon vocãt eoq;
flabellum cordis. in quo pneuma id ẽ ſpirit9
ineſt ꝑ quo agitant̃ & mouent̃. Vnde & pul
mones vocati ſũt. Nam grece pneuma ſpiri-
tus dicit̃. qui flando & exagitando aerem e
mittit & recipit a quo mouent̃ pulmones &
palpitãt & a piendo ſe vt flatum capiãt ſtrin
gendo vt eiciant. Eſt enim corporis organũ
Iecur nomen habet eoq; ignis ibi habeat ſedẽ
qui in cerebrum ſubuolat. inde ad oculos ce
teroſq; ſenſus & mẽbra diffundit̃. & calore
ſuo ad ſe ſucum ex cibo tractũ vertit in ſang
uinem quem ad vſum paſcendo nutriendoq;
ſingulis membris prebet. In iecore autẽ con
ſiſtt voluptas & cõcupiſcentia iuxta eos qui
de phiſicis diſputant. In iecore autẽ ideſt in
epate delectationẽ ſiue ꝯcupiſcentiam ſigni

ficatam poſſumus intelligere. Vnde ẽ illud
qđ in lege preceptũ eſt cum ventre & reni-
bus & adipe partem iecoris deo offerri. quia
concupiſcentiam noſtram magis ad dei q̃ ad
mundi debemus ꝯuertere voluntatẽ. Legit̃
enim in libro tobie q̄ angelus p̄ceperit tobie
piſcẽ captũ exẽterare. & cor eius & fel & ie
cur in caſſidili reponere. iecurq; poſtea ex p̄
cepto angeli ſup carbones viuos ponere qua
tinus p̄ualeret demonem effugare. In iecore
enĩ cuius ardore accepti cibi in ſtomacho ex
coquunt̃. docemur vt maturitate ꝯſilii ſtude
amus fluxas carnis cogitationes ad purũ ex
coquere & in ſeceſſum mittere ne forte dya
bolo in cubilibus cordium noſtroꝝ conſentia
mus vllo modo locum habere ſed magis robõ
re fidei & ſacrarũ orationũ feſtinemus eum
foras expellere. Fibre iecoris ſũt extrẽmita
tes. ſicut extreme partes folioꝝ in tibiis ſiue
quaſi lingue eminẽtes. Dictas autem fibras
q̄ apud gentiles in ſacris phebi ad aras fere
bant̃ ab ariolis. quibus oblatis atq; ſuccenſis
reſponſa acciperẽt. Cui bene ꝯuenit qđ ſup̄
diximus iecoris partẽ deo offerri iuſſam. vt
deo potius offeratur qđ ſuum eſt. q̃ idolis
vanis & ſurdis in quibus ſola fraus & decep
tio ẽ. Splen dictum a ſupplemẽto ex ꝯtraria
pte iecoris ne vacua exiſteret. Quem quidã
etiam riſus cauſa factũ exiſtimãt. Nam ſple
ne ridemus. Ammonet etiã hec pticula viſce
rum nos vt non vana letitia mundi ſed in do-
mino exultem9 & letemur. ne vano riſui ora
diſſoluamus. De quo ſapientia dicit. Riſum
deputaui errorẽ. ſed magis luctu in preſenti
ſeculo noſtra peccata deleamus. vt in futura
vita eterno gaudio fruamur. Vnde ſcriptũ
eſt. Beati qui lugent nunc quoniã ipſi conſo-
labunt̃ Felle iraſcimur corde ſapimus iecore
amamus. Quibus quatuor elemẽtis ꝯſtanti-
bus integ rum ẽ animal. Fel appellatũ qđ ſit
folliculus geſtans humorem qui vocat̃ bilis
Fel enim amaritudinem & doloſitatẽ pu̾erſe
mentis ſignificat. Vnde beatus petrus apl̄s
ad ſimonẽ per fraudẽ gratiã ſpiritusſancti
accipere volentẽ ait. In felle enim amaritu-
dinis & obligatione iniquitatis video te eſſe
Hinc & in iob de impio ſcriptum eſt. Panis
illius in vtero eius vertet̃ in fel aſpidum in-
trinſecus. id ẽ ſacietas tranſitorie delectati
onis in retributionis fine ad amaritudinem
vertet̃. Tũc etenim iniqui vident qđ antiq
ſerpẽtis veneno interfecti ſũt. cum flammis
vltricibus traditi cũ eodẽ ſuo pſuaſore cruci
ant̃ Siue panis illi9 in vtẽo eius in fel aſpidũ
intrinſecus vertit̃. quia dum ſacre legis ſciẽ
tia gloriat̃ vite potũ conuertit ſibi in ueneni

poculum . Nunc ruſſum in cantico deutrono
mii de iudeis legit̃. Vua eoꝝ vua fellis & bo
trus amaritudinis ipſis qui ſaluatori noſtro
in cruce pẽdenti acetũ cum felle mixtum in
potum dederũt . Stomachus grece os vocat̃
eo qḋ oſtium ventris ſit & ipſe cibum excipi
at atq; in inteſtina tranſmittat . In ſtomacho
aliquãdo iram & indignationem animi ſigni
ficatam poſſumus intelligere . Vnde dicimꝰ
iracũdos homines ſtomachari quia furorẽ ſu
um intus occultare non poſſunt . ſed cũ impe
tu cõuiciorꝝ illũ foras ꝓiciũt . Inteſtina dicũ
tur eoq; corporis interiore parte cohibentur
Que idcirco longis nexibus in circuloꝝ ordi
nata ſunt modo vt ſuſceptas eſcas paulatim
digerãt . & ſupadditis cibis ñ ĩpediant̃ . In in
teſtinis ergo poſſunt animi ſecreta & cogita
tus interni accipi . Vnde ſcriptum ẽ . Tactus
dolore cordis intrinſecus . Et in libro iob le
gitur Inteſtina inquit mea efferbuerũt dolore
abſq; vlla requie . Hinc & in leuitico iubent̃
hoſtie inteſtina ſimul cum capite & pedibus
aqua lota adoleri domino in holocauſtum ac
ſuauem odorem . Inteſtina ſane vel interanea
vt alia editio habet cum pedibus aquã dilui
iubet ſermo p̃cepti cum ſacramẽtum baptiſ
mi ſub figurali p̃dicatione denũcians . Nam
interanea diluit qui ꝯſcientiam purgat . Pe
des abluit qui ꝯſummationem ſuſcipit ſacra
menti & ſcit quia qui mundus ẽ non indiget
niſi vt pedes lauet . Matrix dicit̃ ꝙ fetus in
eo generet̃ . ſemen enim receptum ꝯfouet cõ
fotum corporat . corporatum in membra di
ſtinguit Vulua vocata quaſi valua id ẽ ianua
ventris . vel qḋ ſemen recipit . vel qḋ ex ea fe
tus ꝓcedat . Vulua ſignificat interna ſecreta
Vnde in iob ſcriptũ eſt . Quis concluſit oſtiis
mare . quãdo erumpebat quaſi de vulua ꝓce
dens . quia videlicet tunc humano generi p̃
ceptis legis obuiauit . quãdo adhuc ſeculum
ſue origini vicinũ quaſi ab ortu ꝓprio ad pro
fectum vite carnalis exiebat . De vulua q̃ppe
ꝓcedere eſt in lucem p̃ſentis glorie carnalit̃
apparere Item vulua interiora anime ſũt vbi
bonum vel malum concipit̃ . Eſt & vulua ec
cleſie fides interior aqua heretici deprauati
aborſum matris intulerũt ſicut in pſalmo de
eiſdem dicit̃ . Alienati ſũt peccatores a vulua
errauerũt ab vtero locuti ſũt falſa . Veſica di
cta q̃a ſicut vas aq̃ de renibus vrina collecta
cõplet̃ & humore diſtenditur Cuius vſus in
volucribus non habet̃ . Vrina autem dicta ſi
ue qḋ vrat . ſeu quia ex renibus egerit̃ cuius
indicio & ſalus & egritudo futura monſtra
tur . Qui humor vulgo lotium dicit̃ . eo qḋ lo
tã id ẽ munda veſtimẽta efficiant̃ . Semen ẽ

qḋ iactum ſumit̃ aut a terra aut ab vtero ad
gignendum vel fructus vel fetus . Eſt enim
liquor ex cibi & potus decoctione factus
ac diffuſus ꝑ venas atq; medullas q̃ inde de
ſudatur . In modum ſentine ꝯcreſcit in renibꝫ
eiectuſq; per coitum & in vtero mulieris ſuſ
ceptus . calore qḋammodo viſcerum & men
ſtrualis ſanguinis irrigatione format̃ in cor
pore . Seminis autem nomẽ diuerſis ſpecie
bus non incõuenienter aptat̃ . quia ſemen ani
malis ẽ cuiuſlibet vnde origo eius naſcit̃ . Se
men eſt & arboꝝ herbarum atq; olerum . vn
de originem trahunt . ſicut legit̃ dominus de
fructibus terre in geneſi dixiſſe . Germinet
terra herbam virentem & facientẽ ſemen et
lignum pomiferum faciẽs fructum iuxta ge
nus ſuum cuius ſemen in ſemetipſo ſit ſuper
terram & cetera . Legitur in euãgelica para
bola ſaluatore dicẽte . ſemen eſſe verbum dei
quia ex ipſo fructus bonarũ virtutũ ꝓcedit
Menſtrua ſupua cuius mulierũ ſanguis . Di
cta autem menſtrua a circuitu lunaris lumi
nis quo ſolet hoc euenire ꝓfluuium . Luna au
tem grece mene dicit̃ . vnde muliebria nuncu
pantur . Nam mulier ſolum animal menſtrua
le eſt . cuius cruoris ꝯtactu fruges non germi
nant aceſcunt muſta moriunt̃ herbe amittũt
arbores fetus ferrum rubigo corrumpit ni
greſcũt era ſiqui canes inde ederint in rabiẽ
efferunt̃ glutinum aſfaltis qḋ nec ferro nec
aquis diſſoluit̃ cruore ipſo pollutum ſponte
diſpgitur . Poſt plurimos autẽ dies menſtru
os ideo ſemen ñ eſſe generabile quia iam nõ
eſt menſtrualis ſanguis a quo ꝑfuſus irriget̃
Tenue ſemen locis muliebribus nõ poteſt ad
herere . Labit̃ enim nec habet vim adherẽdi
Similiter & emiſſum vim non habet gignen
di quia muliebri ſanguini miſceri non poteſt
ſe ꝓpter nimiã ſui ſpiſſitudinem . Hinc & ſte
riles mares vel feminas fieri ꝑ nimiam ſemi
nis vel ſanguinis craſſitudinem vel ꝓpter ni
miam raritatem . Primum autem aiunt cor
hominis fingi qḋ in eo ſit vita omnis & ſapi
entia . deinde quadrageſimo totũ corpus ex
pleri qḋ ex abortionibus vt ferũt collectum
eſt . Alii fetus a capite ſumere dicunt exordi
um . Vnde & in auium fetibus primum ocu
los fingi in ouis videmus . Fetus autẽ nomi
natus qḋ adhuc in vtero foueat̃ . Cuius ſecũ
de dicunt̃ folliculus qui ſimul cũ infante naſ
citur ꝯtinetq; eum dictus quia comitatur &
ſequit̃ . Naſci autẽ patribus ſimiles aiunt . ſi
paternũ ſemen validius ſit . matribus ſi mat̃s
& hac ratiõe ſimiles exprimi vultus . Qui au
tem vtriuſq; parẽtis figuram reddũt . equa
liter mixto paterno maternoq; ſemine conci

pi int. Auorum ꝓauorūq; ſimiles fieri. quia
ſicut in terra ſemina multa occulta. ſic & in
nobis ſemina celant. figuras parentū reddi-
tura. Ex paterno autem ſemine puellas naſci
& ex materno pueros. quia omnis partus cō-
ſtat duplici ſemine. cuius pars maior cum in
ualuerit occupat ſimilitudinē ſexus. Iuxta al
legoriā fluxus ſanguinis poteſt intelligi ido
latrie obſcenitas & errorum pollutio. Sic &
menſtruale tempus illud intelligit quo pene
vniuerſus orbis in errore & idolatria verſa-
batur. Et ad mulierē menſtruatam non lic;
accedere. nec cum ea ꝯmiſceri. quia nec ido-
latrie paganoꝝ. nec hereſi hereticoꝝ licet ca
tholico homini ꝯmunicare. Femora dicta ſūt
ꝙ ea parte a ſexu viri diſcrepat. Sunt autem
ab inguinibus vſq; ad genua. Femina autē p
deriuationem femoꝝ partes ſūt quibus in eq
tando tergis equoꝝ adheremus. Vnde & ꝑ-
liatores olim ſub feminibꝰ equos amiſiſſe di-
cebant. Femur generis ꝓpago intelligit ſicͭ
in geneſi de iacob legit. Tetigit latitudinē
femoris eius & claudicauit Item femur caro
hominis vt in hieremia. Poſtquā oſtendiſti
mihi percuſſi femur meum. Nam femur ali-
quando ſignificat incarnationem dominicam
& aliquādo voluptatē carnis. Legit ergo in
pſalmo ꝓphetam ad dominū dixiſſe. Accin-
gere gladio tuo circa femur potētiſſime. Di
cit enim accingere gladio tuo. metaphora a
bellatore ꝯcepta qui dimicaturus gladio cin
gitur vt ꝓſternat inimicū. Sed hic gladium
ſermonē ꝑdicationis debemus accipere. De
Mortui enī inqt eſtis & vita veſtra abſcōdita ē
cū xp̄o in deo. Mors aūt n̄ ſolū carnis obitū ſed
etiā interitū anime & dānatōē inferni ſignificat
Vnde ſcriptū ē. Quocūq̄ die comederitis ex eo
morte moriemini Et alibi ſaluator ait. Si qs ſer
monē meū ſeruauerit mortē n̄ videbit in eternū
Et rurſū ego ſū inqt reſurrectio & vita q credᵗ
in me n̄ moriet̄ in eternū. Et in pſalterio ſcriptū
ē. Mors peccatoꝝ peſſima ē. Mortē pc̄toꝝ illā
dicit q ab hoīe n̄ poteſt intueri quā n̄ ſolū malā
ſ͂ etiā peſſimā eē ꝓſitet̄ Reuera peſſima quoniā
eā eterna pena comitat̄. Viuētes mūdo & mor-
tui deo pc̄tores intelligunt̄ in pſalmo. Deſcen-
dūt in infernū viuētes Cadauer aūt ē. ſi inſepl̄
tum iacet. Nam cadauer nominatū a cadēdo qa
iā ſtare nō poteſt. Quod dū portat̄ exeqas dici-
m9 crematū reliqas ꝯditū iā ſepultū Corp9 aūt
ꝯſuetudine dr̄ vt ē illud. Cum corpa luce caren
tū. Miſtice cadauera infideliū corpa ſignificāt
vt ē illud in ꝓpheta. Et impleā vallē ioſaphat.
cadaueribꝫ mortuoꝝ Itē in aliā partē ponunt̄ vt
illud in pſalterio. Poſuerūt cadauera ſeruoꝝ tuo
rū. Defunctus vocat̄ q ꝯpleuit vite officium
Nam dicimus functos officio q officia debita cō
pleuerūt. Vnde ē. Et honoribꝫ funct9. Hinc gᵒ
defunctus qd̄ ab officio ſit vite depoſit9. ſiue q̄ſi
dic̄ funct9. Sepult9 aūt dictus eoꝙ iā ſine pulſu
& palpitatōe ē. i. ſine motu. Sepelire ē aūt con
dere corpus. Nam humare obruere dicim9 hoc
ē humū inicē Sepult9 aūt aut viciis obrutū aut
dānatū in inferno ſignificat. Vnde dr̄. Mortu9
ē & diues & ſepult9 ē i inferno. Sepulcrū vō al
legorice cōpus pc̄toris intelligit̄ mortuā viciis
animā intrīſec9 retinēs Et in euāgelio dr̄. Qua
ſiſ es eſtis ſepulcris dealbatis q a foris parēt ho
mibꝫ ſpecioſa int9 vō plena ſūt oſſibꝫ mortuoꝝ
Aliquādo tn̄ ſepulcrū memoriā mortis & reſur
rectiōis dn̄i ſignificat. vt in eſaia. Et erit inqt
ſepulcrū ei9 glorioſū.

## De portētis.

Portēta eſſe varro ait q ꝯtra naturam nata
vident̄. ſ͂ n̄ ſūt ꝯtra naturam. qa diuina vo
lūtate fiūt, cum volūtas c̄atoris cuiuſq̄
ꝯdite rei natura ſit. Vn̄ & ipſi gētiles deū mō na-
turam. mō deū appellāt. Portētū gᵒ fit n̄ ꝯtra na
turā ſ͂ ꝯtra quā ē nota natura. Portēta aūt & oſtē
ta mōſtra atq̄ ꝓdigia idō nūcupant̄ qd̄ portēdē
atq̄ oſ̄dere mōſtrare ac p̄dicare aliq̄ futura viden
tur. Nā portēta dicta phibent̄ a portēdēdo. i.
p̄oſtendēdo. Oſtēta aūt qd̄ oſ̄dere qcquā futurm
videant̄. Prodigia qd̄ pōro dicāt. i. futura p̄dicāt
Monſtra vō a monitu dicta qd̄ aliqd ſignificādo
demōſtrēt. ſiue qd̄ ſtatī mōſtrent qd appareat.
Et hoc ꝓprietatis ē abuſione tamen ſcriptorum
plerumq̄ corrūpit̄. Quedam autem portentoꝝ
creationes in ſignificationibus futuris conſtitui a
vident̄. Vult. n. deus interdum ventura ſignifi
care p aliqua naſcentium noxia ſicut per ſomnos
& per oracula qua premoneat & ſignificet qui
buſdam vel gentibus. vel hominibus futuram cla
dem qd̄ plurimis etiam expimentis ꝓbatum ē.
Xerſen quippe vulpis ex equa c̄ata ſolui regnū
portendit. Alexādro ex muliere monſtrū crea
tū qd̄ ſupiores corpis ptes hoīs ſed mortuas ha
buerit inferiores diuerſaꝝ beſtiarū ſed viuētes
ſignificaſſe repentiuā regis interfectiōm ſupui
xerāt. n. deteriora melioribꝫ. Sed hec mōſtra q
in ſignificatōibꝫ dant̄ n̄ diu viuūt ſed ꝯtinuo vt
nata fuerit occidūt Int̄ potētum aūt & porten-
tuoſū differt. Naꝫ portēta ſūt q transfigurant̄ ſi
cut fert̄ in vmbria mulierē pepiſſe ſerpentē Vn
de Lucanus. Matrēq̄ ſuus cōtēruit infans. Por
tētuoſa vero leuē ſumūt mutatōēꝫ. Et exempli
cauſa cū ſex digitis nati Portēta igit̄ vel porten
tuoſa exiſtūt. alia magnitudine totius corporis
vltra communē hominū modum quantus fuit ti
tan in nouem iugeribus iacens homero teſtante
Alia paruitate totius corporis vt nani. vel quos
greci pigmeos vocāt eoꝙ ſint ſtature cubitales

Alia magnitudine partium veluti capite in
formi aut ſuperfluis membrorū partibus. vt
bicipites & trimani vel cinodentas quibus
gemini procedūt dentes. Alia defectu parti
um in quibus altera pars plurimum defecit
ab altera. vt man9 a manu. vł pedes a pede.
Alia diſciſſione vt ſine manu aut capite ge-
nerata quos grece ſtereſios vocāt. Alia per
numeria quādo ſolū caput aut crus naſcitur.
Alia que in parte transfigurātur. qui leonis
habet vultū vł canis. vel taurinū caput aut
corpus vt erfaſi dememorāt genitum mino
taurum quod greci etberomorfian vocant.
Alia que ex omni parte transfigatnaꝛ in ali
ene creacōnis portentū vt ex muliere vitulū
dicit hiſtoria generatum. Alia que ſine trāſ
figuracōe mutationem habēt locorū vt ocu-
los in pectore vł in fronte: aures ſupra ī tim
pore. vł ſicut ariſtotiles tradidit quēdam in
ſiniſtra parte iecur. ī dextera parte ſplen ha
buiſſe. Alia ſecundū cōnaturationē vt ī alia
manu digiti plures cōnaturati & coherētes
reperiūt. in alia minus. ſiue ī pedibus. Alia
ſecundum immaturā & intemperatā creatio
nem ſicut hi qui dentati naſcūtur. ſiue ebar
bati vel cani. Alia complexu plurimarū diffe
rentiarum. ſicut illud q̄d diximus ī alexādro
multiforme portentū. Alia cōmixtione ge-
neris vt androgeni & ermafrodite vocanꝛ.
Ermafrodite autē nuncupati eoꝙ in eis vtꝙ
ſexus appareat. Erma quippē apud grecos
maſculus afrodi femina nuncupatur. Hi dex
teram mamillam virilē ſiniſtram muliebrē
habētes viciſſim coeundo & gignūt & pari
unt. Sicut autem ī ſingulis gentibus quedā
monſtra ſūt hominum: ita in vniuerſo gene
re humano quedam mōſtra ſūt gentiū vt gi
gantes cenocephali ciclopes & cetera. Gigā
gantes dictos iuxta greci ſermonis ethimo-
logiam qui eos gegines exiſtimāt. id eſt ter-
rigenas eoꝙ eos fabuloſe pariens terra īmen
ſa mole & ſimiles ſibi genuerit. Ge enim ter
ra appellatur. genis. genus. licet & terre fi
lios vulgus vocet quoꝙ genus incertum eſt.
Falſo autem opinātur quidam imperiti de ſcri
pturis ſacris preuaricatores angelos cum fili
abus hominum ante diluuiū concubuiſſe &
exinde natos gigantes id eſt nimium grādes
& fortes viros. de quibus terra cōpleta eſt.
Cenocephali appellanꝛ eoꝙ canina capita ha
beāt quoſꝙ ipſe latrat9 magis beſtias quā ho
mines cōfitetur hi ī india naſcunꝛ. Ciclopes
quoꝙ eadem īdia gignit & dicti ciclopes eo
ꝙ vnū habere oculum ī fronte media perhi
bētur. Hi & agriofagite dicūtur propter ſo
lis ferarum carnes quas edunt. Lemnias ī li

bia credūt truncos ſine capite naſci. & os &
oculos habere ī pectore. Alios ſine ceruicib9
gigni oculos habentes ī humeris. In vltimo
autem orientis monſtruoſe gentium facies
ſcribūtur. Alie ſine naribus equali toti9 oris
planicie īformes habentes vultus. Alii labro
ſubteriore adeo prominēte vt in ſolis ardori
bus totam ex eo faciem cōtegāt dormiētes.
Aliis cōcreta ora eſſe modico tantum fora-
mine. calamis auenarum hauriētes paſtus.
Nōnulli ſine līguis eſſe dicūtur in vicem ſer
monis vtētes nutu ſiue motu. Panocios apd̄
ſcithiam eſſe ferūt tam diffuſa magnitudine
auriū vt omne corpus contegāt. pan enī gre
co ſermone omne othim aures dicūtur. Ar-
tabatice in etiopia proni vt peccora ambula
re dicūtur. Quadrageſimum eui annū null9
ſupergreditur. Satiri homunciones ſunt ad
uncis naribus. cornua in frontibus & capra
rum pedibus ſimiles. qualem ī ſolitudine au
tonius ſanctus vidit qui etiā interrogatus a
dei ſeruo. reſpōdiſſe fertur dicēs. Mortalis
ego ſum vnus ex accolis heremi quos vario
deluſa errore gētilitas faunos ſatiroſꝙ colit
Dicūt quidam eſſe ſilueſtres homines quos
nōnulli fatuos ficarios vocāt. Sciopodū gēs
fertur ī ethiopia ſingulis cruribus & celeri
tate mirabili. q̄s inde ſciopodas greci vocant
eoꝙ per eſtum ī terra reſupini iacētes pedū
ſuorum magītudine adumbranꝛ. Antipodas
in libia plātas verſas habēt p9 crura & octe
nos digitos ī plantis. Ippodes in ſcithia ſunt
humanam formā & equinos pedes habentes
In india ferūt eſſe gentem. qui macrobi nun
cupātur. duodecim pedum ſtaturam haben
tes. Eſt & gens ibi ſtatura cubitalis. q̄s gre
ci a cubito pigmeos vocant. quos vulgus ſe-
ptem caulinos vocant eoꝙ ſeptem ſub vno
caule requieſcunt. de qua ſupra diximus.
Hi montana īdie tenent. quibus vicinus eſt
occeanus. Perhibent & in eadem india eſſe
gentem feminarum q̄ quinquēnes concipiūt
& octauum vite annum nō excedūt. Dicunt
autem & alia hominū fabuloſe portenta que
nō ſūt ſed ficta ī cauſis rerum interpretanꝛ
vt gerionem hiſpanie regem triplici forma
proditum. fuerūt enim tres fratres tante cō
cordie vt in tribus corporibus quaſi vna ani
ma eſſet. Gorgones quoꝙ meretrices crinite
os ſerpentes que aſpiciētes cōuertebāt in la
pides. habentes vnum oculum quo inuicem
vtebantur. Fuerūt autem tres ſorores vni9
pulchritudinis. quaſi vni9 oculi que ita ſpe-
ctatores ſuos ſtupeſcere faciebāt vt vertere
eos putarenꝛ ī lapides. Sirenas tres fingūt
fuiſſe ex parte virgines. & ex parte volucres

habentes alas & vngulas . quarum vna voce
altera tibiis . tercia lira canebat . que illectos
nauigãtes ſub cantu in naufragia trahebãt .
Secũdum veritatem autem meretrices fue
rũt que tranſeuntes quoniã deducebant ad
egeſtatẽ his ficte ſũt iferre naufragia. Alas
autem habuiſſe & vngulas. quia amor & vo
lat & vulnerat . atq; ĩ fluctibus commoraſſe
dicitur . quia fluct9 venerem creauerit. Scil
lam quoq; ferũt feminam capitibꝫ . ſuccĩctã
caninis cum latratibꝫ magnis propter fretũ
ſiculi maris . in quo nauigãtes verticibus ĩ ſe
cõcurrentium vndaꝝ exterriti latrare exiſti
mãt vndas quas ſorbẽtes eſt9 vorago colli-
det . Fingũt & monſtra quedam irrationabi
lium animãtium vt cerberꝝ ĩferoꝝ canẽ tria
capita habẽtem . ſignificãtes per eũ tres eta
tes per quas mors hominem deuorat id ẽ in
fantiam iuuẽtutem ſenectutẽ . quẽ quidam
ideo dictum cerberũ putãt quaſi creouorum
id ẽ carnem vorãs . Dicũt & ydram ſerpẽtẽ
cum nouem capitibus que latine cedra dicit
qđ vno ceſo tria capita excreſcebãt . Sed con
ſtat ydram locum fuiſſe emanantẽ aquas . va
ſtãtem vicinam ciuitatem in quo vno meatu
clauſo mlti erũpebãt . Quod hercoles vidẽs
loca ipſa exuſſit & ſic aqua clauſit meatus .
Nam ydra ab aqua dicta eſt . Hui9 mẽtionẽ
facit ambroſi9 in ſimilitudinem hereſium di
cẽs . Hereſis enim quaſi quedam ydra fabula
rum vulneribus ſuis creuit . & dum ſepe reci
ditur pullulat igni debita ĩcẽdioq; peritura
Fingũt & chimerã triformem beſtiam que
ore eſt leo . poſtremis partibus draco . media
capra . Quam quidã phiſologi nõ animal . ſ
cilicie mõtem eſſe aiunt . quibuſdam locis le
ones & capreas nutriẽtem . quibuſdã arden
tem qbuſdam ſerpẽtibus plenam . Hũc bello
fontis habitabilem fecit . Vnde chimeram
dicitur . occidiſſe : Centauris autẽ ſpecies vo
cabulum indidit . id eſt hominẽ mixtum eq̃ .
Quos quidam equites teſſalorum dicũt . ſed
pro eo quod diſcurrẽtes ĩ bello velut vnum
corpus equoꝝ & hominũ viderẽtur . inde cẽ
tauros factos aſſeuerãt . Porro monocentau
rum nomen ſũpſiſſe ex tauro & homine . qua
lem beſtiam dicunt fabuloſe ĩ laborintho in
cluſam fuiſſe . De qua ouidius ſemi bouemq;
virum ſemiuirũq; bouem . Onocẽtaurũ autẽ
vocari eoq; media hominis ſpecie media aſini
eſſe dicatur . ſicut & ippocẽtaurus . quod eq̃
rum hominumq; ĩ eis natura coniũcta fuiſſe
putatur . Hoc quoq; notãdum eſt qđ aliqñdo
prophetici actus portenta dicũtur . cum ali-
quid de futuris pſignãt . vt illud quod domi
nus ad ezechielem ait fili hominis dedi te ĩ
ſignũ & portẽtum domini iſrahel . Vnde idẽ
propheta legitur iuſſ9 dormire ĩ latere dex
tro ad tempus . & item ĩ latere ſiniſtro ad tẽ
pus vt prefiguraret quod domin9 pplo iſra
helitico ĩ vĩdictam euenire volebat . Item le
gitur de yſaia qđ nudus & diſcalciat9 ambu
lauerit ad prefigurãdum vaſtationem terre
iudeorum & captiuitatem populi iſraelitici
Et ſic alii prophete actibus ſuis & vaticiniis
futura exemplabãt . Similiter & in nouo te
ſtamento ſigna portẽta & prodigia legũtur
accidiſſe : Quod etiam & iohel in ſuo libro p
dicere videtur . ut eſt eſt illud . Et erit poſt
hec effundã ſpiritum meũ ſuper omnem car
nem : & pphetabũt filii veſtri & filie veſtre
ſenes veſtri ſomnia ſomnabũt : & iuuenes ve
ſtri viſiones videbũt . Sed & ſup ſeruos me
os & ancillas meas . in diebus illis effundam
ſpiritum meum . & dabo prodigia in celo & ĩ
terra . ſanguinem & ignem & vaporem fumi
Sol vertetur ĩ tenebras & luna ĩ ſanguinem
antequã veniat dies domini magnus & hor-
ribilis . & erit omnis quicũq; inuocauerit no
men domini . ſaluus erit . Vnde nobis non eſt
neceſſe de portẽtis que gẽtiliũ libri narrãt
diuitius diſputare . Sed & hoc nos conuenit
credere quod quecũq; veraciter ĩ rebus fiũt
& in naturarum mutacõe deſcribũtur . nõ ni
ſi ordinacõe & voluntate dei fieri poſſe qui
omnia iuſte agit & recte diſponit : quoniam
iuſtus eſt domin9 ĩ omnibus viis ſuis . & ſan
ctus ĩ omnibus operibus ſuis .

¶ De pecoribus & iumẽtis .

Omnibus animãtibus adam prima vo
cabula indidit appellans vnicuiq; no
men ex preſenti inſtitucõe . iuxta con
dicionem nature cui ſeruiret . Gentes autẽ
vnicuiq; animalium ex propria lingua dede-
rũt vocabula . Non autem ſecũdum liguam
latinam atq; grecam aut quarũlibet gẽtium
barbararũ nomina illa impoſuit adam . ſ illa
ligua que ante diluuiũ omnibꝫ vna fuit : que
& hebrea nũcupata ẽ . Latine autem anima
lia ſiue animãtia dicta qđ animentur vita &
moueãtur ſpiritu . Iuxta allegoriam vero ani
malia brutos homines ſignificant & terrena
tãtummodo cogitãtes . Vnde dicit . Animal
homo nõ percipit ea que ſũt ſpiritus dei ſtul
titia eſt enim illi . Hinc & per pſalmiſtam di
citur . Animalia tua habitabũt ĩ ea . Anima
lia fuerũt gentes vera religione vacuate . Sꝫ
cum ad dominum venernut facte ſunt eius
ope ditate . vt iam nihil indigeant . ſed rati-
onabili ac pleno lumine compleantur . Nec
habitabũt ĩ eccleſia cum vere religionis cul
tum ipſo miſerãte perceperit . Itẽ illud qđ

dicit apoſtolus. eſt corpus animale eſt & ſpi
ritale nō priꝰ ſpiritale ſed qđ animale de hic
qđ ſpiritale. In corpe animali ſigĩficat pſen
tis vite ſtatū quādiu homo gerit corpꝰ mor
tale. Spiritale autem corpus ſignificat futu
re vite immortalitatem quādo hoc corrupti
bile corpus induerit incorruptionē. Anima
le corpus eſt dum cibis ſuſtentatur vt viuat
ſpiritale autem cum horum nihil indigebit
cōuerſus ĩ vitā. Omnia ſupradicta hoc ſenſu
claudūtur. Non enim aliud cōtinet in ſupe
riobus niſi quia animale corpus morit & re
ſurget ſpiritale quod neqꝫ iā manducet. nec
infirmetur nec ſit fetidum nec egrū natura
quia animale ex adam ſpiritale vero p xp̄m
ĩ reſurrectiōe mortuoꝝ. Animalia que rumi
nāt que ĩ lege mūda deſcribūtur homines
ſūt ſancti diuina precepta ore & corde ſiue
opere ſemper meditātes: vt ē illud ĩ pſalmo.
Meditacio cordis mei ĩ cōſpectu tuo ſemp.
Animalia vero que non rumināt. peccatores
ſūt & imundi minime legi dei operam dan
tes nec ĩ eius meditacōe ſtudētes. Animalia
quippe que vngulam findūt. & rumināt que
in lege mūdana deſcribūtur. ſūt fideles qui ĩ
vtroqꝫ teſtamēto credētes & velut in duabꝫ
vngulis pedem operis forma greſſus figen
tes. Animalia enim que ruminant & vngulā
nō findūt. que ĩmunda narrāt. populi ſūt iu
deorum qui teſtamētum vetus ore meditan
tur: ſed nouum minime recipiūt. Item anima
lia cornuta que ĩ ſacrificio deo offerri preci
piuntur. in eſum fidelium carnes illorum cō
cedūtur. ſicut vituli arietes. hirci cerui dam
mule & caprioli virtutes ſignificāt ſanctoꝝ
cornua virtutum aduerſus diabolū & vicia
peccatorū geſtantes. Cornu miſtice xp̄i reg
num ĩ euāgelio ſignificat. Et erexit cornu ſa
lutis nobis ĩ domo dauid pueri ſui. Cornua
ſeptem poteſtates per omne tempus. Vnde
in apocalipſi iudi inquit agnum quaſi occiſū
habentem cornua ſeptem. & oculos ſeptem.
Cornua trophеum crūcis criſti. in abachuc.
Cornua ĩ manibus eius. ibi abſcondita eſt for
titudo eius. Cornua ſuperbia diaboli vel po
teſtas eius preſenti in tempore ſiue regnum
antixp̄i ĩ apocalipſi. Cornua regna ſeculi hu
ius. ĩ daniele. Cornua ſuperbia. ĩ pſalmo. Et
a cornibus vnicornuorum humilitatē meam
Et alibi & omnia cornua peccatorum cōfrin
gam. Quadrupedia vocata quia quatuor pe
dibus gradiunt. Quorum quedā dum ſint ſi
milia pecoribus tamen ſub cura humana nō
ſūt vt cerui damme & onagri &c̄. ſ neqꝫ be
ſtie ſūt vt leones neqꝫ iumenta vt vſus homi
num iuuari poſſint. Pecus dicimus omne qđ
humana ligua & effigie caret. Proprie autē
pecorum nomē his animalibus accōmodari
ſolet que ſūt aut ad veſcēdū apta vt oues &
ſues. aut vſui hominum cōmoda vt eq & bo
ues. Differt autem inter pecora & pecudes
Nam communiter veteres ĩ ſignificacōe om
nium animalium pecora dixerūt. Pecudes
autem tantum illa animalia que eduut quaſi
pecuedes. Generaliter autem omne animal
pecus a paſcendo vocatum. Iumēta nomina ĩ
de traxerūt quod noſtrū laborem. vel onus
ſuo adiutorio: ſubiectando. vel arādo iuuent
Nam bos carpētū trahit. & duriſſimas ter
re glebas vomere vertit. equꝰ & aſinus one
ra & hominum in gradiendo laborē tēporāt
Vnde & iumenta appellātur ab eo ꝙ iuuent
homines. Sunt enim magnarū virium anima
lia. Iumenta autē miſtice fideles ſunt ĩ eccle
ſia ſed ſpiritali intellectu carētes in pſalmo.
Homines & iumēta ſaluabis domine. Itē iu
menta intellectu & eloquio carētes ĩ pſalmo
Vt iumentum factꝰ ſū apud te. Rurſum iu
menta homines luxurioſi ſūt. de quibꝰ ĩ iob
ita ſcriptum eſt. Computruerūt iumenta in
ſtercore ſuo. Item iumentum corpus eſt xp̄i
vt quidam volūt. Vnde eſt illud euāgelicum
Impoſuit illū in iumentū ſuum & duxit illū
in ſtabulum. Pecudes aūt ſignificant ſimpli
ces homines & minꝰ calentes ingenio quos
dominus per gratiā ſpiritusſancti illumina
tos efficit gregem ſuum & ĩter oues ſuas nu
merari facit. Vnde pſalmiſta de criſto dicit
Omnia ſubiecisti ſub pedibus eiꝰ. oues & bo
ues vniuerſa ĩſuper & pecora campi. Pecora
autem aliquādo peccatores & qui voluptati
bus dediti ſūt: vt in zacharia. Paſce pecora
occiſionis. & ĩ pſalterio. Oues & boues inſu
per & pecora. Pecora ſimplices quiqꝫ mi
nus ꝓditi ratiocinandi ſubtilitate in ſalomo
ne. Diligenter agnoſce vultum pecoris tui.
tuoſqꝫ greges cōſidera. Oues electū populū
xp̄ianū ſignificāt. ſicut ĩ euangelio dominus
petro dicit ap̄lo. paſce oues meas. Qui ideo
comparant ouibus quoniam ſe preſtante do
mino ĩ noxia cōuerſatione moderātur: deĩde
exuuias ſine aliquo ſenſu doloris amittunt.
Nam ſicut ouis tondentē ſe non increpat ita
nec iuſtus cupiditatē ſe expoliantis accuſat.
Boues aūt predicatores deſignant q huma
na pectora mandatis celeſtibꝫ virtutum meſ
ſem germinare fecerūt. Nec vacat qđ dicit
inſuper quia non ſolum illi ſancti ſubiecti ſūt
ſed etiam peccatores. Sepe enĩ de conuerſis
talibꝫ maiori gloria triūphat dominꝰ criſtꝰ
Pecora enim ſūt dum ĩ campoꝝ libertate id
eſt in mūdi iſtius voluptate paſcūtur. oues

ſũt cũ iam intra domini ſepta cladũtur. Itẽ
alibi vox diuina dicit. Mee ſunt omnes fere
ſiluarum iumenta in montib* & boues. Fere
ſiluarum gentes ſignificãt qui ĩ ſeculi iſtius
nemorib* ſuperſticõe ferociſſima verſabanẽ
Iumenta in montibus ſũt ſimplices ĩ eccleſia
catholica conſtituti qui in cacumine fidei ha
bitare noſcunẽ. boues indicãt apoſtolos & ꝓ
phetas qui ĩ agro domini aſſiduo labore ver
ſati ſũt. Quapropter his alluſionib* cõpetenẽ
appoſitis prefigurat eccleſiã catholicam de
diuerſis mũdi partibus colligẽdã. Diſcretio
eſt autem inter armenta & greges. Nam ar
armenta equoꝝ & boum ſũt: greges vero ca
melorum capraꝝ & ouium ſunt. Ouis molle
pecus lanis. corpore inerme animo placidũ.
ab oblatione dictũ eoꝙ apud veteres ĩ initio
non tauros ſed oues ĩ ſacrificio inactarentur
Ex his quaſdam bidẽtes vocant eas que inẽ
octo dẽtes duos altiores habẽt quas maxime
gentiles in ſacrificiũ offerebant. Oues autẽ
vt diximus innocẽtes & ſimplices quoſꝙ in
populo criſtiano ſignificant: nec non & ip-
ſius domini aliquãdo mãſuetudinem & paci
entiam ouis tipice demonſtrat: vt ẽ illud iſa
ie de ĩnocenti morte ſaluatoris. Sicut ouis
inquit ad occiſionem ducetur & non aperiet
os ſuum. Oues populi fideles in euangelio.
Oues mee vocem meam audient. Et ĩ pſal-
terio. Omnia ſubieciſti ſub pedib* ei9. oues
& boues. Oues due gentiũ populos ſignifi-
cãt. quas nutriet homo id eſt criſtus de quo
legitur ĩ propheta. In dieb* illis nutriet ho
mo vaccã boum & duas oues & pre vberta-
te lactis comedet butirũ. Item oues reprobi
in pſalterio. Sicut oues ĩ inferno poſiti ſunt.
& mors depaſcet eos. id eſt diabol9 Veruex
vel a viribus dict9 qđ ceteris ouibus ſit for
tior. vel quod ſit vir. i. maſculus. vel qđ ver
mes ĩ capite habeãt quorũ excitati pruritu
ĩuicem ſe concuciũt & pugnãtes cum mag-
no impetu feriũt. Sic & aries vel a potu are
os id eſt a marte vocatus. Vnde apud nos in
gregibus maſculini mares dicũtur. ſiue qđ
hoc pecus a gentilibus primum aris eſt ĩmo
latum. Vnde eſt illud. Aries mactaẽ ad arã.
Arietes aũt ſignificant apoſtolos vel eccleſia
rum principes. Vnde ĩ iſaia legitur. Arietes
nabaioth miniſtrabũt tibi. Et in pſalterio.
Afferte domino filios arietũ. Hi tanquã du
ces gregum in caulas domini perduxerunt
populum criſtianũ. Filios aũt arietum offe-
rendos dicit. quos apoſtoli recta predicacõe
genuerũt non qui prauo dogmate probanẽ
extranei. Arietes autẽ bene ſunt apoſtoli cõ
parati: quoniam vt dixim9 animalia ipſa plu

rimum fronte valent & obiecta ſemper ĩpin
gendo deiciũt. Quod ꝑdicando fecerũt apo
ſtoli qui diuerſas ſuperſticões. & idola fir
miſſima celeſtis verbi quadã fronte ruperũt
Aries enim dictus eſt quaſi a fronte ruens.
Et in aliam partem arietes prĩcipes ſũt pra
ui. de quibus legitur ĩ ezechiel. Cum hedis
& agnis & arietibus. Agnũ quem greci vo
cant a potuagno quaſi pium. latini autẽ hoc
nomen habere putãt. eoꝙ pre ceteris anima
libus matrem agnoſcat adeo etiam ſi in ma-
gno grege errauer' ſtatĩ balatu recognoſcat
vocem parentis. Agnus autem aut perſonã
ſaluatoris noſtri miſtice gerit cuius mors ĩ
nocens ſaluauit genus humanum. De quo io
hannes ait. Ecce agnus dei. ecce qui tollit
peccata mũdi. aut cui9libet catholici vitam
ĩnoxiam qui matris ſue hoc eſt eccleſie vocẽ
agnoſcens obediendo eius adheret lateri &
obedit mãdatis. Agni ſancti. in euãgelio. Pa
ſce agnos meos. Agni homines laſciuientes.
in iſaia. incraſſatus eſt gladius meus de ſan-
guine agnorum & hircoꝝ. Agna vita actiua
in leuitico. Agat penitẽtiã & offerat agnam
de grege ſiue capram que eſt contemplatiue
vite figura. Septem agni. & ſeptẽ agne que
in lege deo ĩ ſacrificium offerri precipiũtur
ſanctorum omniũ plenitudinem. vel operis ĩ
nocentie obtinent miſterium. Fetus gemelli
duo caritatis precepta id eſt dilectio dei &
proximi. ĩ canticis canticorũ. Omnes gemel
lis fetib* & ſterilis nõ eſt ĩter eas. Hedi ab
edẽdo vocati. parui enim pinguiſſimi ſũt &
ſaporis iocũdi. Vnde & edere. inde & eduli
um vocatur. Hi quoꝙ iuxta allegoriam ſigni
ficãt peccatores qui ad ſiniſtram iudicis ĩ fi
ne ſtatuendi ſunt. ſicut iuſti ad dexteram q̃s
oues ſignificãt. Vnde ipſa veritas ĩ euãgelio
ait. Statuet quidẽ oues a dextris. hedos au
tem a ſiniſtris. Interdum autem & iuſti hoc
nomine exprimũtur. ob confeſſionem pecca-
torũ vt ĩ hieremia recedite inquit de medio
babilonis. de terra chaldeorum egredimini
& eſtote quaſi hedi ante greges. Hedus cri-
ſt9 propter ſimilitudinem carnis peccati: vt
in deutronomio. Non coques edũ ĩ lacte ma
tris. Hedus anticriſtum ſignificat. vt eſt il
lud in euãgelio. Nunquã dediſti mihi edum
vt cum amicis meis epularer. Ouile ouium
eccleſia eſt: vt in euãgelio. Et fiat vnum oui
le & vn9 paſtor. Paſtor. xp̃s: vt in euãgelio
Ego ſum paſtor bonus. Paſtores apoſtoli vł
ceteri principes eccleſiarum: vt in propheta
Dabo vobis inquit paſtores ſecundũ cor me
um & paſcẽt vos ſciẽtia & doctrina. Paſto-
res ſacerdotes improbi: vt ĩ hieremia. Grex

diſperſ9 eſt quia nõ eſt qui diſperſa colligat
& cetera. Cuſtos dominus. in iob. Tibi pec
caui o cuſtos hominum. ĩ yſaia. Cuſtos quid
de nocte. cuſtos qd de nocte. Cuſtodes apo
ſtoli vel ceteri predicatores. in yſaia. Super
muros tuos hieruſalẽ cõſtitui cuſtodes tota
die & tota nocte ĩ ꝑpetuũ nõ tacebũt. Mer-
cẽnarii ppl's iudeoꝝ. in euãgelio. Quãti mer
cennarii in domo patris mei abundãt panib9
Inquilinus hereticus. mercẽnarius populus
iudeorum. in leuitico. Inquilinus ſacerdotis
& mercẽnarius nõ comedet ex eo. hoc eſt ex
ſacrificio corporis domini. Hircus laſciuum
animal & petulcum. & feruens ſemper ad
coitum. cuius oculi ob libidinem ĩ tranſuerſũ
aſpiciũt. vnde & nomen traxit. Nã hirci ſũt
oculorum anguli ſecũdum ſuetoniũ cuius na
tura adeo calidiſſima eſt. vt adamantem la
pidem. quẽ nec ignis nec ferrum domari va
let. ſolus huius cruor diſſoluat. Nam hircus
qui in lege pro peccatis offerebatur peccato
rum oſtendit perſonam qui fuſo ſanguine h9
eſt penitẽtie lacrimis ſoluit duriciam pecca-
torum. Vnde in pſalterio ad dominum dicit
eccleſia Offeram tibi boues cum hircis. Hir
ci peccatores ſiue gentiles. in daniele. Ecce
autem hircus caprarum veniebat ab aqlone
Duo hirci vterqꝫ populus iudeorũ ſcilicet &
gentium ex traduce peccati veniẽtes in leui
tico. Alii autem duos hircos criſtum & bar
raban intellexerũt. Boues vt ſupra diximus
intelligũtur predicatores qui pectora huma
na feliciter exarantes eorũ ſenſibus celeſtis
verbi ſemina fructuoſa cõdebũt. Hirci vero
intelligũtur qui diabolicis prauitatibus ſtu
dentes hiſpidis viciis veſtiũtur. Hircus enĩ
dictus eſt quaſi hirſutus. ſed & eos cũ hub9
offert eccleſia quãdo conuerſi xpo domino con
fitentur. Hircus enim fuit latro ille qui pen
debat ĩ cruce. & mox factus eſt bos. quãdo
ad confeſſionem veritatis reſpiciẽs peruenit
Dixit enim. memẽto mei domine cum vene
ris in regnum tuum. Capros & capras a car
pẽdis virgultis quidam dixerũt: alii qd car
pẽt aſpera nõnulli a crepitu curium eas voci
tatas putãt. Agreſtes capre quas greci ꝓ eo
quod acutiſſime videant id eſt oxiderceſterõ
dorcas appellauerũt. Morãtur enim ĩ celſis
montibus & quãuis de longe: vident tamen
omnes qui veniũt Idem autem & capre: idẽ
ibices quaſi abices eoꝗ̃ iſtar auium ardua &
excelſa teneãt loca. & ĩ montibus inhabitãt
ita vt de ſublimitate vix humanis obtutibus
pareãt. Vnde & meridiana pars ibices aues
vocãt qui nili fluẽta ĩ habitãt. Nec itaqꝫ ani
malia vt diximus ĩ petris altiſſimus cõmoran

tur: & ſiquãdo ferarum vel hominũ aduerſi
tatem perſenſerit de altiſſimis ſaxarum cacu
minibus ſeſe. precipitantes in ſuis cornibus
illeſa ſuſcipiũt. Capra carnẽ ſaluatoris ſigni
ficat. hoc ẽ ſimilitudinem carnis peccati vt
ĩ ſalomõe. fuge dilecte mi aſſimilare capree
Item capre peccatores ſiue gẽtiles. in danie
le. Ecce hircus caprarũ id eſt princeps pec-
catorũ. Capre ergo iuſti interdum ex genti
bus venientes. in ſalomone. Capillatura tua
ſicut grex caprarum que aſcenderũt de mon
te galaad. Hinc item dicit ſponſ9 ad ſpõſam
Duo vbera tua ſicut duo hinnuli capree ge-
melli qui paſcuntur in liliis donec aſpiret di
es & inclinẽtur vmbre. Quod enĩ hec anima
lia ferarũ vl' hominum aduerſitate perterri
ta de altiſſimis rupibus ſe precipitãdo corni
bus ſuis illeſa ſuſcipiũt: ſignificat quod iuſti
quiqꝫ & deũ timentes legem dei ĩ duobus te
ſtamẽtis medidãtes & duobus preceptis ca
ritatis eã adimplentes ab omni aduerſitate
illeſi cuſtodiuntur. Grex intelligitur fideliũ
congregatio veterem conuerſationem ĩ bap
tiſmo relinquentes vt eſt illud ĩ cantico cãtico
rum. dentes tui ſicut greges tonſarum que
aſcenderũt de lauacro. Item grex eſt pecca
torum collectio. in hieremia. Congrega eos q̃
ſi gregem ad victimam. Cerui dicti apoton
ceraton id eſt a cornibus. Cerata enim grece
cornua dicũtur. Hi enĩ ſerpẽtum inimici cũ
ſeſe grauitos infirmitate perſenſerit ſpiritu
nariũ eos extrahunt de cauernis & ſupata
pernicie veneni eorũ pabulo reparantur. Di
ctamnum herbã ipſi prodiderũt. Nam eo pa
ſti excuciũt. acceptas ſagittas. Mirãtur autẽ
ſibilum fiſtularum: arrectis aurib9 acute au-
diuunt: ſubmiſſis nil. Siqua ĩ mẽſa flumina
vel maria tranſnatãt. capita clunibus prece-
dẽtium imponũt ſibiqꝫ inuicem ſuccedentes
nullum laborem ſentiũt ponderis. Ceru9 enĩ
ſanctos viros ſignificat deum deſiderantes.
vnde ꝓpheta ait. Sicut ceruus deſiderat ad
fontes aquarum: ita deſiderat anima mea ad
te deus. Eſt enim illud animal ꝓmo innoxiũ
deĩde velociſſimum: tercio deſiderio in arde
ſcente ſiticuloſum. Serpẽtes naribus trahit:
quos vt vorauerit veneno eſtuante permot9
ad fontem aquaꝝ quãta poteſt velocitate fe
ſtinat. Amat enim aqua dulci puriſſimaqꝫ ſa
ciari. Huius decora comparatio noſtrum de
ſiderium ardenter ĩſtigat: vt quãdo venena
antiqui ſerpẽtis haurimus & ĩ intimis fauci
bus eſtuamus. ad fontẽ diuine miſericordie
ilico feſtinemus: quatinus cũ peccati aduer
ſitate contrahitur dulciſſimi hauſtus puritate
vincatur. Nec vacat quod ad fontes aquarũ

dixit. non aquas. Fons enim aquarum criſtꝰ
eſt dominus vnde omnia fluunt quecũq; refi
ciũt. Flueta enĩ plerũq; ſiccari poſſunt: fons
autẽ aquarum ſemp irriguus eſt: Vnde me-
rito dictum ẽ. ad liquorem ſacre originis fe
ſtinandum: vbi deſiderium noſtrum nunquã
habere poſſit ieiunium. Item alibi ſcriptum
eſt. Montes excelſi ceruis. Item cerui patri
arche. Vnde ĩ cãticis cãticorũ pro ſaluatore
qui ex eorũ ſtirpe ſecũdum carnem natus ẽ.
dicitur. fuge dilecte mi aſſimilare capree hi
nuloq; ceruorum. Cerui apoſtoli. In pſalterio
Vox ꝑparantis ceruos. Cerua eſt caro dñi.
In ſalomone. cerua cariſſima & gratiſſimus
hinulus: vbera eiꝰ ebriant te id ẽ euangelica
doctrina. Cerue apoſtoli ab hoc quod ſpirita
liter parturiũt. In iob. Nunquid noſti tempꝰ
partus ibicum vł parietes ceruas obſeruaſti
Ceruꝰ ẽ vt diximꝰ venenoſarum ſerpẽtium
vorax ſpinoſa trãſcẽdẽs & ſumma agilitate
preditus habitare diligit ĩ montibus altiſſi-
mis. Huic merito comparãtur fideles q dia
bolum vorant. quando nequicias eiꝰ ad dñi
laudẽ gloriãq; conuertunt: viciaq; huiꝰ ſecli
quaſi ſpinas bona cõuerſacõe tranſiliũt: & ha
bitant ĩ montibꝰ. i. apoſtolis & prophetis q
ſanctis ꝑdicacõibus ſuis ĩ hoc mundo ſolida
cacumina eſſe meruerũt. Tragelafi a grecis
dicti q dum eadẽ ſpecie ſint vt cerui villoſos
tamen habent armos vt hirci: & menta pro
lixis hirſuta barbis qui non alibi ſunt quã cir
ca faſidem. Hinuli filii ſũt ceruorum. Dam
mula vocata quod de manu fugiat timidum
animal & imbelle. De quo marcialis. Dente
timet aper: defendũt cornua ceruũ: ĩbelles
damme quid niſi preda ſumꝰ. Hec quoq; ani
malia aut xp̃m ſiue innocẽtes homines ſigni-
ficant. Hinc quoq; ſpõſa de ſponſo ĩ cantico
cãticorum ait. Similis eſt dilectus meus dã
mule hinuloq; ceruorum. Criſtus igitur in
aſſumpcõe carnis & humilitate damme aſſi
milatur: ĩ varietate vero virtutum & ĩnocẽ
tia hinulo ceruorum hoc eſt patriarcharum
de quibꝰ ſecũdum carnem originem duxit.
Lepus quaſi leuipes: quia velociter currit.
Vnde & grece ꝑ curſu lagos dicitur velox
enim animal & ſatis timidum. Sigĩficat au
tem lepus homines timentes deum: qui non
in ſemetipſis ſed ĩ creatore ſuo fiduciam ha
bent. Vnde legitur ĩ ſalomone. Lepuſculus
plebs inualida: que collocat ĩ petra cubile ſu
um. vnde dicitur in pſalmo. Petra refugium
leporibus & erinacius. Petra autem xp̃s eſt.
Hinc de moiſe ſcribitur qđ lepuſculus domi
ni moiſes ſteterit in foramine petre: quia in
paſſione redemptoris ſpem ſalutis ſue habu

it. Erinacius vero quem vocamus ericiũ. ani
mal omnino timidũ natura prouidente ſemp
armatum: cuius cutẽ inuicem ſetarũ ſudes
acutiſſime denſiſſimeq; cõmuniunt. cui ta-
men nõ ſufficit natiua munitio ſed ne aliqua
fraude poſſit ĩtercipi refugiũ habet ſemper
in ſaxis. Huic competẽter aptatur qui pecca
tis ſuis hiſpidꝰ futura iudicia metuẽs petrã
xp̃m firmiſſimum noſcitur habere refugiũ.
Sus dicta qđ paſcua ſubigat: id eſt terra ſub
acta eſcas inquirat. Verres eoꝝ grandes ha
bẽt vires. Porcus quaſi ſpurcus: ingurgitat
enim ſe ſceno: luto ĩmergit: limo illinit. Ora
ciꝰ. Et amica luto ſus. Hinc etiam ſpurciciã
vł ſpurios nũcupamꝰ. Porcoꝝ pilos ſetas vo
camus: ſetas a ſue dictas a quibus & ſutores
vocantur quod ex ſetis ſuant id eſt cõſuant
pelles. Sues peccatores ſignificãt. & ĩmun-
dos vel hereticos de quibus in lege precipit̃
ob hoc qđ vngulã findũt & nõ ruminãt ne a
fidelibꝰ eoꝝ carnes ꝯtĩgant̃. Hi licet vtrũq;
teſtamẽtũ legis & euãgelii ſuſcipiãt: ſed qa
ſpiritalem cibum nõ ruminãt ĩmundi ſunt.
Item ſues penitẽtes negilgẽtes & ad ea que
fleuerãt reuertẽtes ſignificãt: ſicut petrꝰ in
ep̃la ſua ait. Canis reuerſus ad vomitũ ſuũ
& ſus lota ĩ volutabro luti. Canis ergo cum
vomit profecto cibum qui pectus deprime-
bat proicit ſed cum ad vomatũ reuertit̃. vn-
de leuigatus fuerat rurſus oneratur. Sic q
admiſſa plangũt profecto mentis nequiciam
de q̃ male ſaturati fuerãt & que eos intꝰ de
primebant proiciũt confitendo: quã poſt cõ
feſſionem dũ repetũt reſumũt. Sus lota ĩuo
lutabro luti dum lauantur ſordidior reddit̃
& qui admiſſum plangit nec tamen deſerit.
grauiori culpe ſe ſubicit qui & ipſam veniã
contemnit quam flendo ĩpetrare potuit: &
quaſi in lutoſa aqua ſemetipſũ ĩuoluit qa dũ
ſuis lacrimis vite mundiciã ſubtẽhit ante dei
oculos ſordidas ipſas lacrimas facit. Itẽ por
ci homines ĩmũdi atq; luxurioſi. ĩ euãgelio
Si eicis nos: mitte ĩ porcos. Item ibi. ne mit
tatis margaritas veſtras ante porcos. Porci
immũdi ſpiritus. in euãgelio. Et miſit illum
in villam ſuam vt paſceret porcos. Porcus ſi
militer ĩmuñdos ſigificat & peccatores: de
quibus in pſalmo ſcriptum eſt. De abſcondi
tis tuis adimpletus eſt venter eorũ: ſatura
ti ſũt porcina & relinquẽtur que ſupfuerãt
paruulis ſuis. Iudeos dicit de immundiciis
que a domino abſcondita id eſt noſcũtur eſſe
prohibibita. Porcina ad polluta reſpicit que
inter cetera veteris teſtamẽti precepta ĩmũ
da prenotatur. Tranſmiſerũt autem reliq̃s
peccatoꝝ filiis ſuis quãdo clamabãt: ſanguis

nitus ſuper nos & ſuper filios noſtros. Itẽ ſus
peccator recte intelligẽs. & luxurioſe viuẽs
in ſalomone. Circulus aureus ĩ naribus ſuis
mulier pulchra & fatua. Item ſus carnalium
cogitacões ſordide: ex quibꝫ opera praua ve
lut decocta procedũt. in iſaia. Qui comedũt
carnem ſuillam & ius profanũ ĩ vaſis eorum
Aper a feritate vocatꝰ ablata. f. litera & ſub
rogata. p. Vnde & apud grecos ſagros id ẽ
ferus dicitur. Omne enim quod ferum eſt
& immite abuſiue agreſte vocamus Alii aũt
aprum dicũt. eſſe nũcupatum quod in locis
aſperis commoratur. Significat autem aper
ferocitatem principũ huius ſeculi. Vnde in
pſalmo de vinea dñi ſcriptũ ẽ Exterminauit
eã aper de ſilua & ſingularis ferus depaſtus
ẽ eã. Exterminauit extra terminos atq; patriã
ſuã vbiq; diſpſit qđ in gente cõtigit iudeoꝝ
Aprum veſpaſianũ forſitan debemus accipe-
re q illis extitit fortis & ſeuus. Per hoc aũt
nomen ſignificat iudeis fuiſſe ↄtrarium quia
hoc animal inter cetera habere videbatur in
mũdiciã de ſilua ſcꝫ de gentibus que merito
ſiluis ſqualidis comparantꝰ quia adhuc inſite
fructuoſo germine nõ fuerũt. Singularẽ au
tem ferũ titum filiũ eius memorat qui reli-
quas belli tanta populatõne contriuit vt gẽ
tem & ciuitatẽ quaſi herbarũ pabula terribi
li depaſtione ↄſumeret. Neceſſe enim fuit
hoc vinee cõtingere cuius maceria videbatꝰ
eſſe depoſita. Spiritaliter autẽ aper ꝓpter
ferocitatẽ & fortitudinẽ nimiã diabolus in
telligi poteſt. De ſilua autẽ dixit. quia cogi
tationes eius agreſtes auieq; ſemper exiſtũt
Iuuẽcus dictus eoq iuuare incipiat hominũ
vſus in colẽda terra et qa apud gẽtiles ioui
ſemp vbiq; iuuẽcus inmolabatꝰ nunquã thau
rus nam in victimis etas etiam conſiderabatꝰ
Taurus grecũ nomẽ eſt ſicut & bos. Indicis
tauris color fuluus ẽ. volucris enim per nici-
tas pilis incõtrarium verſis. Caput circũfle
ctunt flexibilitate qua volunt. tergi duritia
omne telũ reſpuunt inimici feritatẽ. Taurꝰ
xp̃s. In geneſi. Et furore ſuo ſubneruauerũt
taurũ. Item tauri poteſtates ſeculi huius cor
nu ſuperbie humiles plebes ventilãtes. de q
bus in hieremia mugiſtis vt tauri & alibi &
tauri cum portentibus. Tauri & in bonã &
in aduerſam partẽ ſignificatõem trahunt. In
bonam ꝗ vt eſt illud in euãgelio. Ecce pran
dium meũ paraui & altilia occiſa ſũt & omĩa
parata. Quid ergo per tauros niſi patres te-
ſtamẽti veteris ſignificantꝰ. nã dũ ex ꝓmiſſi
one legis acceperãt quatinus aduerſarios ſu
os odii retributione ꝑcuterent. vt ita dicam
quid aliud quã tauri erant qui inimicos ſuos

virtutis corporee cornu feriebãt. Quid vero
ꝑ altilia niſi noui teſtamẽti patres figurantꝰ
qui dum gratiã pinguedinis interne ꝑcipiũt
eternis deſideriis innitẽtes ad ſublimia con-
templationis ſue penna ſubleuantꝰ. In cõtrari
am vero partem tauri poſiti accipiuntꝰ. vt eſt
illud in pſalmo. Concilium tauroꝝ inter vac
cas populorũ. Hic ꝑ tauros hereticos ſignifi
cat indomitos. qui erecta ceruice ſeducunt
animas innocẽtes & ad ſuum gregẽ trahunt
quos infelici perſuaſioue decipiũt. Vacce ꝗ
populoꝝ ſunt mulieres ductili voluntate le-
uiſſime. que ꝑfidie doctores tanquã tauros
ſequuntꝰ. Bouem greci boeten dicunt. Hunc
latini trionẽ vocant eoq terrã terat quaſi te
rionem. Nenius trionem. hic moderatꝰ ruſti
cus Cuius latitudo pellium a mẽto ad crura
pallearia dicuntꝰ a pelle ipſa quaſi pellaria. In
bubus ergo aliquãdo luxurioſoꝝ dementia.
aliquando laborioſa fortitudo ꝑdicantiũ. ali
quando humilitas exprimitꝰ iſrahelitarũ. qđ
enim bouis nomine per comparationẽ luxuri
oſoꝝ demẽtia deſignatꝰ. Salomon indicat. q
cum male ſuadentis mulieris peculantiã pre
miſiſſet adiunxit. Statimq; eam ſequitꝰ quaſi
bos ductus ad victimam. Rurſum qđ bouis
nomine labor ꝑdicatoris exprimitꝰ legis ver-
ba teſtantꝰ que ait. Non obturabis os boui tri
turanti. Rurſum quia bouis nomine plebs iſ
rahelitica figuratꝰ ꝓpheta aſſerit qui redem
ptoris aduentum denũcians dicit. Cognouit
bos poſſeſſorẽ ſuũ & aſinus preſepe domini
ſui. Item ibi beati qui ſeminatis ſup omnes
aquas immittentes pedẽ bouis & aſini. Item
bos diabolus in membris ſuis hoc ẽ hereticis
Inde in iob fenum vt bos comedet. Vacca ꝗſi
boacca eſt enim ex qualitate mobilium nomi
nũ ſicut leo leena draco dracena. Nec aliquã
do in bonam ſignificationẽ ſenſum trahit vt
ẽ illud in lege. vbi vacca rufa etatis integra
& que non traxerit iugum immolari iubetur
in expiatione ſanctuarii domini Solet ꝑ maſ
culinum fortitudo. ꝑ femineũ vero infirmi-
tas deſignari. Quid ergo per vaccam niſi aſ
ſumpta ad ſacrificiũ infirmitas incarnatiõis
dominice figuratꝰ. De quo ſcriptum eſt. quia
& ſi mortuus eſt infirmitate ſed viuit ex vir
tute. Bene autẽ vacca hec rufa dicitꝰ. quia vi
delicet eius humanitas rubra ꝑ cruorem paſ
ſionis fuit. Etas humanitatis domini inte-
gra. ẽ omnis eius operatio perfecta. In qua
videlicet humanitate macula non fuit. quia
& veraciter de eo ſcriptũ eſt. Qui peccatum
non fecit nec dolus inuentus eſt in ore eius.
Bene autẽ ſubditur. Nec portauerit iugum.
Quia ergo dominus nulli ſuccubuit iugũ mi

nime portauit Bene autē dicit̄. Immolauit eā
in ꝯſpectu domini. Redemptor enim noſter
in ꝯſpectu hominū quaſi extinctus eſt ſed in
conſpectu patris inmolat̄ quia qđ ante ocu-
los hominum pena. hoc ante oculos patris ſa
crificiū fuit. In malam vero partē vacca ac
cipit̄ quādo laſciuiam hominis peccantis ex
primit vt eſt illud ꝓpheticum Vacca laſciui
ens ephraim. Et iterū ephraim inquit vitu-
la docta diligere triturā. & ego tranſiui ſup
pulcritudinem colli eius. Vacca plebs iudai
ca credēs in xp̄o vt in iſaia nutret homo vaccā
boū id ē xp̄s & duas oues ꝓ vbertate lactis
comedet butirū. Vacce fideles in eccleſia q̄-
rum figuram vacce ille gerebant. que archā
domini de terra philiſtinoꝝ reportarūt. Vac
ce anime carnalibus viciis plene. vt in pſal̄.
Concilia tauroꝝ inter vaccas populorū. Vac
ce diuites ſeculi huius. vt in amos. Audite
verbū domini vacce pingues. Vitulus & vi-
tu'a a viriditate vocati ſūt. Id ē etate viri-
di. ſicut virgo. Vitulam ergo paruā eſſe & nō
dum enixam. nam enixa iuuenca eſt vt vacca
Vitulus ergo in bonam partem accipit̄ quan
do innocentiā fideliū demōſtrat aut ſincerā
laudem pie deuotionis. Vnde ſcriptum eſt.
reddemus vitulum labiorū noſtrorum. Et in
pſal̄. Tunc inquit imponent ſuper altare tu
um vitulos. Vitulos quippe poſuit aut ꝓ in-
nocentibus quorum etas prima ē. & a iugo
peccati ceruix ꝓbatur aliena. & ideo in tali
verbo ꝑmanſit. vt actum illum preterite le-
gis indicaret fuiſſe rerū imaginē futurarū
ſiue illos predicatores euāgelii ꝑmittit. quo
rum imaginem in vituli figura Lucas euan-
geliſta ſuſcipit. qui non mugitibus aera ver
berarent. ſed orbem terrarū dominice fidei
predicatione ꝯplerent. ſiue illos magis vitu-
los debemus aduertere. qui animas ſuas in
hoſtiam ſuauitatis ſacris altaribus obtulerūt
Nam & pater Auguſtinus cum de figuris
illis euangelicis ageret̄ quodā loco ipſum do-
minum vitulū dicit qui ſe hoſtiam obtulit ꝓ
ſalute cunctorum. Quapꝓpter ſiue de adoleſ-
centibus ſiue de predicatoribus ſiue de mar
tiribus ſenciat̄. tales tantum ꝓpheta vitulos
altaribus domini potuit ꝓmittere quos xp̄i
ane religioni nouerat cōuenire. Vitulus xp̄s
In euangelio. Adducite vitulū ſaginatum &
occidite & in aliā partem & ꝯminuet eos tā
quam vitulos libani. Vituli ſancti fide creſ
centes & a iugo legis libera colla habentes.
Vituli iudei laſciuiētes. In pſal̄. Circūdede-
runt me vituli multi tauri pingues obſederūt
me. Tunc ergo in malam partē vituli ſignifi
catio trahit̄. quando petulantiā atq; laſciuiā

ſignificat peruerſoꝝ. Vnde filii iſrahel in de
ſerto ꝑuerſa mente idolatriā in ſimilitudine
vituli exercuerūt. & hieroboam relicto dei
templo qđ erat in hieruſalē. ſimulacrū vitu
li finxit. & diuino cultu honorauit. Hinc
ſcriptū ē in pſalmo. Fecerūt vitulū in choreb
& adorauerūt ſculptile. Choreb vero inter
pretat̄ caluaria vbi poſtea dominū crucis pa-
tibulo carne ꝯſtat occiſum. vt in ipſo eodem
q; noīe iam tūc & in illo deſerto choreb cul-
turam domini ꝑfidi nefanda preſūptione vio
larent. quorū poſteritas erat in caluarie loco
crucifixura dominū xp̄m Illud q; eſtimo con
ſiderandum qđ dixit adorauerūt ſculptile.
quia in exodo legimus vitulum conflatilem
collatis ornamētis monſtruoſo quodam indi
tio fuiſſe formatū. Sed duas res hic dictas
debemus habere. id ē qđ vitulū adorauerint
in deſerto & ſculptilia vl̄ ſimulacra ī re ꝓmiſ
ſionis terra coluerint qđ in ſubſequētibus ip
ſe dicturus ē. & mutauerūt gloriam ſuam in
ſimilitudinem vituli manducantis fenū. Glo
ria eoꝝ fuit adorata diuinitas quam infelici
conmutatione ꝑdentes vſq; ad hoc ꝑuenire
meruerūt. vt deſerentes celi terreq; creato-
rē deum ſibi facerēt ſimilitudinē vituli fena
comedentis. De ſanguine ergo & adipe ac
pinguedine pecudum que in lege offereban
tur hic pauca inſerēda ſūt. Sanguis vis ē ani
me vt quidam volunt. de cuius natura diſpu
tandi licētia nō concedit̄ quia origo ei9 ſecre
ta ſoli deo cognita eſt ſed ad baſim altaris ſe-
cundū legis preceptum effundi. Id ē poteſta
ti diuine & intellectui reſeruare. Quid enim
eſt ſanguinem comedere niſi de anime origi
ne diſputare. Sanguis opera carnis vt in apo
ſtolo. caro & ſanguis regnū dei non poſſide-
bunt Sanguis peccatū ſignificat vt in amos
ſanguis ſanguinē tetigit ꝓpter hoc lugebit
terra. ſanguine ſanguinem tāgere. ē peccata
peccatis ꝯiungere. ſiquidē omne peccatum
occidens animā ſanguini comparat̄ ſicut in ꝓ
pheta ꝓ peccatore dicit̄. Sanguis eius ſuper
caput eius. Adeps pinguedo gratie diuine.
In pſalmo. Sicut adipe & pinguedine repl ea
tur. Adeps compunctionem cordis ſancto-
rum in leuitico & impoſito deſuper holo-
cauſto adolebit adipes pacificorum. Adeps
ſpiritalis gratie intellectus. vt in pſalmo &
adipe frumenti ſaciat te. Adipes que operi
unt genitalia que ꝯmedi ꝓhibent̄ anime ori-
go ſicut & ſuperius de ſanguine dictum ē. a
quibuſdam ſignificari videtur in leuitico.
Adeps craſſitudo malitie vt in pſalmo. Pro-
diit quaſi ex adipe iniquitas eorum. Item ibi
adipem concluſerunt. Craſſitudo duricia eſt

cordis. In ꝓpheta. Incraſſatum eſt cor popu
li huius & in iob. Operuit craſſitudo eius fa
ciem et de lateribus eius aruina dependet.
Medulla cogitationes ſancte ſiue cōpunctio
ex intimo corde ꝓcedens in pſalterio. Holo-
cauſta medullata offeram tibi & in malā par
tem de reꝓbis in ezechiele dicit̄. Et iniqui
tates eoꝝ in oſſibus eoꝝ. Bubali vocati ꝑ de
riuationem. qđ ſint ſimiles boum adeo indo
miti. vt ꝑ feritate iugum ceruicibus nō reci
piant bos affrica ꝓcreat. Vri agreſtes boues
ſūt in germania habentes cornua in tantum
ꝓtenſa vt regiis mēſis inſigni capacitate ex
eis gerule fiant. In bubalis aūt vel uris poſ-
ſunt accipi ſuperbi doctores & dominatores
plebis qui habentes ſimilitudinē honorū do
ctorum in gradu vel officio qđ geſtant. ſed
ſuperbia tumētes & in cornibus potētie mū
dane potius ꝯfidentes quam in diuinū auxi-
lium contra apl̄m eligunt dominari in cleris
ñ forma fieri gregis quibus dominus ꝑ pro
phetam comminatur dicens. Ve paſtoribus
iſrahel qui paſcebāt ſemetipſos. Nonne gre-
ges paſcunt a paſtoribus. Lac comedebatis
& lanis operiebatis & qđ craſſum erat occi-
debatis gregem aūt meū non paſcebatis qđ
infirmum erat non ꝯſolidaſtis. & qđ egrotū
non ſanaſtis qđ fractum eſt non alligaſtis &
qđ abiectum ē non reduxiſtis qđ pierat non
queſiſtis. ſed cum auſteritate imꝑabatis eis
& cum potentia. Camelis cauſa nomē de lit
ſiue qđ quādo onerant̄ vt breuiores & humi
les fiāt accūbant Quia greci cami humile &
breue dicūt. ſiue quia curuus eſt dorſo. Ca-
mum eniꝫ verbo greco curuū ſignificat. Hos
licet & alie regiones mittant. ſed arabia plu-
rimos differūt autem ſibi. Nam arabici bina
tubera in dorſo habent reliquarū regionum
ſingula. Cameli vero nomine aliquādo in ſa-
cro eloquio dominus. aliquādo autem genti
lium ſupbia exprimit̄. quaſi excreſcente deſu
per tumore tortuoſa. Dromeda genus came
lorum ē minoris quidē ſtature ſed velocioris
vnde & nomen habet. Nam dromos grece
curſus & velocitas appellat̄. centum & am-
plius milia vno die pgere ſolet Quod animal
ſicut bos & ouis & camelus ruminat. Rumi
natio aūt dicta ē a ruma eminente gutturis
parte. per quā dimiſſus cibus a certis reuo-
cat̄ animalibus. Camelus autē aut xp̄i humi
litatem ſignificat qui onera peccatoꝝ noſtro
rum portabat. aut gentilem populū conuer-
ſum ad fidem xp̄ianam. Quod in euangelio
dominꝰ ait facilius ē camelū per foramē acꝰ
tranſire. quā diuitem intrare in regnum ce-
lorum. Oſtendit facilius xp̄m pati ꝓ dilecto

ribꝰ ſeculi: quā dilectores ſeculi ad xp̄m poſ-
ſe cōuerti. Cameli enim nomine ſe intelligi
voluit. quia ſponte humiliatus infirmitatis
noſtre onera ſuſcepit. In quo enim manifeſti
us intelligit̄ quā in ipſo qđ ſcriptum ē quan
to magnus es humilia te in omnibꝰ. Per acū
autē punctiones ſignificant. per punctiones
dolores in paſſione ſuſceptos. Foramen ergo
acus dicit anguſtias paſſionis qua ſciſſa no-
ſtre quaſi veſtimēta nature qđammodo re-
ſarcire id ē recuperare dignatus ē quatinus
poſt lapſum melius reformati gaudeamus
ad teſtimoniū apl̄i dicētis. Quicunqꝫ enim ī
xp̄o baptizati eſtis xp̄m induiſtis. Alii ca-
melum dominū ihesum xp̄m intellexerūt. ꝓ
eo ꝙ humiliādo ſemetipſum peccatoꝝ noſtro
rum onera portauit. Camelus amor ſeculi.
cuius figuram camelus ille gerebat quem re
becca nuptura viro ſuo iſaac deſcendit ac reli
quit. Cameli peccatores moribus diſtorti vt
in iudicium et cameli eoꝝ ſicut locuſte in mł
titudine. & in eſaia de hieruſalem ſcriptum
ē Inundatio camelorum operiet te dromeda
rii madan & epha. Omnes de ſaba venient.
aurum & thus deferētes & laudem domino
adnunciantes. Significat enim hec ſententia
conuentū nationū ad eccleſiam xp̄i. Madian
& epha regiones ſūt trans arabiā fertiles ca
melorum. Omnis ꝓuincia vocat̄ ſaba vnde
venit ſaba regina ad ſalomonem. Cedar aūt
regio ſarracenoꝝ eſt qui iſmahelite dicuntur
& in nabaioth vnus ē filiorū iſmahel ex quo
rum nominibus ſolitudo vocat̄ que frugum
inops pecorū plena ē Per familiaria ergo no-
mina gentium barbarū que vicine ſunt iſma-
helitis totius mūdi ꝯuerſio predicat̄. Mathā
enim in hoc loco interꝑtat̄ iniquitas. & epha
ſolutus vel fundens. Saba ꝯuerſio vel capti-
uitas cedar tenebre. nabaior ꝓphetie. Gre-
ges igit̄ camelorum id ē diuitum & peccato
rum iniquitatis vinculis reſoluti & animas
ſuas effundentes deo operiēt hieruſalem mu
neribus. & omnes de captiuitate veinent &
cōuerſione ſua aurum fidei & thus ſacrificii
deferent. Intantum ꝓficiētes vt & alius pre
dicent ſalutare dei. Aſinus & aſellus a ſeden
do dictus quaſi aſeddus. ſed hoc nomen qđ
magis equis ꝯueniebat ideo hoc animal ſum
pſit quia priuſquā equos caperent homines.
huic preſidere ceperūt. Animal quippe tar-
dum & nulla ratione renitens ſtatim vt vo-
luit ſibi homo ſubſtrauit. Aſinoꝝ ꝗ̄ vel aſina
rum nomine aliquādo luxurioſorum peculan
tia Aliquādo manſuetudo ſimpliciū. aliquan
do ſtultitia gentilium deſignat̄ Aſinus enim
miſtice qđ brutum & libidinoſum ē animal

aut gentilem populū vt diximus ſignificat.
ſup quē dominus ſedere dignatus ē ad hieru
ſolimā tendens vt eum ſubiectum faceret &
ad celeſtem patriam pducerct aut ſtultū ho
minem & luxuriā iſtius mūdi tantūmodo ſe
ctantem. Vnde iacob ad iſachar filium ſuum
qui interpretatur merces ait. iſachar aſinus
fortis accubans inter terminos. vidit requiē
qđ eſſet bona & terram qđ optima & ſuppo
ſuit humerū ſuum ad portandū factuſq; eſt
tributis ſeruiēs. Gentilis ergo populus quez
dominus ſanguinis ſui precio mercatus ē pri
us quaſi brutum & luxurioſū animal erat nl̃
laq; ratione ſubſiſtens. Nunc vero fortis eſt
ſaluatori noſtro mentis occulta ſubigens ac
redemptoris dominio colla ſubiciēdo iugum
diſcipline euangelice pferret. Vnde & fact9
eſt tributis ſeruiens. hoc ē regi & xp̄o ſuo fi
dei bona operumq; bonorū munera offerens
Itez aſinus homo ſtultus in deutronomio Nō
arabis in boue & aſino id ē ſtultum pdicatōe
ſapiēti non ſocies. Aſinus ſinagogā iudeorū
ſignificat. In geneſi. Ligans ad vineā pullum
ſuum & ad vitem o fili mi aſinā ſuam Aſinus
corpus hominis. vnde in libro iudicū ſcriptū
eſt. Qui aſcenditis ſupnitentes aſinos. Item
ibi de aſina filia caleph que anime gerit ima
ginē dicit̃. Cumq; ſuſpiraſſet ſedens in aſino
Primogenita aſini exordia vite luxurioſe vt
in exodo Primogenita aſini redimes oue tūc
enim ſtultū hominē ſignificat aſinus quando
peccati onera portantē & vſq; ad finē vite li
bidines carnis exercentē demonſtrat. Vnde
ſcriptū eſt. qđ ana dum paſceret aſinos p̄ris
ſui eſebon inueniret aquas calidas ī deſerto
Hinc de luxurioſis p pphetā dicit̃. Quorum
carnes ſunt vt carnes aſinoꝝ. Onager inter
pretat̃ aſinus ferus. On quippe greci aſinum
vocāt. agriā ferum. Hos affrica magnos ha
bet & indomitos & in deſerto vagātes. ſin
guli autē feminarū gregibus preſūt. naſcen
tib9 maſculis eos zelāt & teſticulos eoꝝ mor
ſu detruncāt. qđ cauētes matres eaꝝ in ſecre
tis locis occultāt. Sigficat autē onager aut
iudaicū pplm̄ aut hominē heremitā. Iudai
cum aūt pplm̄ ſignificat in pſal̃ vbi ſcriptū
eſt. Expectabūt onagri in ſiti ſua. Cum ſupi
us dixerit beſtias ſiluarū aquis decurrētib9
eſſe potatas onagros tanquā poſuit ſitim ſuā
exſpectare. ſcilicet iudeos qui neglexerunt
fluenta diuine pietatis haurire. Onager enī
ſilueſter aſinus ē qui inter reliqua animalia
cor dicit̃ habere pinguiſſimū. Quod genus
quātum paciens ē domitum tantū ſeuiſſimū
reddit̃ cum ſiluis retinentibus efferat̃. His
obſtinati iudei merito comparant̃. quia fero
cia mentis & calloſa fatuitate durati ſūt nec
faciari cito poculis vitalibus adquieſcūt naz
qđ dicit expectabunt illud ſignificat qđ fre
quenter dictū eſt quia in fine. ſeculi helia &
enoch venientibus creditura ē multitudo iu
deorū. Rurſus in libro iob dominus dixiſſe
fertur quis dimiſit onagrum liberū & vincu
la ei9 quis ſoluit ⁊c̄. ſubaudis niſi ego. Ona
ger enim qui in ſolitudine commorat̃ eorum
vitam ſignificat qui remoti a turbis popula
ribus conuerſantur. Liber ergo dimittit̃. q
calcatis terrenis deſideriis appetitu onerum
temporaliū ſecuritate mētis exonerat̃. & vī
cula eius quis ſoluit ſub audis niſi ego. Sol
uunt̃ eniz vniuſcuiuſcūq; ſancti vincula dum
diuino adiutorio interna deſiderioꝝ carnali
um retinacula diſrumpunt̃. Cui dedi habita
culū in ſolitudine & tabernacula eius in ter
ra ſalſuginis. Nam remoti viri id ē a carnali
bus deſideriis alieni hoc ſilentiū mētis inha
bitant. vt turba deſiderioꝝ carnaliū non pre
mantur. Et tabernaculi onagri huius in ter
ra ſūt ſalſuginis. Salſugo incendere ſitim ſo
let. Et ſancti viri quādiu in hui9 vite taber
naculis degunt ad ſupernam patriā deſiderii
ſui quotidianis eſtibus accendunt̃. Onager
arrogans quiſq; id ē amator vane glorie. vt ī
hieremia. Onager aſſuetus in ſolitudine de
ſiderio anime ſue traxit ventū amoris ſui id
ē ſpiritum ſupbie. Onagri principes iudeoꝝ
vt in hieremia. Sed & onagri ſteterūt in ru
pibus traxerūt ventū quaſi dracones. Equi
dicti eo ꝙ quādo quadrigis iungebant̃ equa
bant̃ pareſq; forma & ſimiles curſu copulabā
tur. Caballus antea a cao dictus ꝓpter qđ g
diens vngula impreſſa terram concauat. qđ
reliqua animalia non habent. inde & ſonipes
qđ pedibus ſonat. Equus vero aliquando in
bonam partē vertit ſignificationē. aliquādo
in malam. In bonam partē vt ē illud ababuc
ꝓphete. aſcendens inquit ſup equos tuos &
equitatus tuus ſanitas. Et in iob diuina vox
ait. Nunquid p̄bebis equo fortitudinez. aut
circūdabis collo eius hinnitū ⁊c̄. Hic equus
pdicatores ſancti intelligunt̃. quorum ſeſſor
dominus ē. qui eis fortitudinē hoc ē conſtan
tiam mentis dat & ſonum ſane predicatōnis
Econtrario vero de alia ſpetie equorū in can
tico exodi ſcriptum ē. Equum & aſcenſorez
ꝓiecit in mare. Et rurſus Quadrigas phara
onis & exercitū eius ꝓiecit in mare. Sunt
equi quos dominus aſcēdit & circūeunt om
nem terram. de quibus dicit̃. Et equitatus
tuus ſalus. Sunt autē equi qui aſcenſores ha
bent diabolum & angelos eius. Iudas equus
eius erat. ſed donec aſcenſorem habuit dn̄m

de equitatu ſalutis fuit cum ceteris & cum
apoſtolis miſſus egrotis ſalutē. & ſanitatem
languentibꝫ p̄ſtitit ſed vbi ſe diabolo ſubſtra
uit poſt buccellam enim introiuit in eum ſa-
tanas & illius habens ductus aduerſum do-
minum & ſaluatorem noſtrum cepit equita-
re. Omnes enim qui pſecuntur ſanctos equi
ſūt hinnientes. ſed habent aſcenſores quibus
aguntur angelos malos & inde feroces ſūt.
Dominus ergo equum & aſcenſorē ꝓiecit in
mare. & factus ē mihi in ſalutē. Equi pecca-
tores intelligunt̄ & luxurioſi homines vt in
hieremia. Equi admiſſarii vnuſquiſq; ad vx
orem ꝓximi ſui hinniebat. Equus carnalis
potentia. In eſaia. Ve quia aſcenditis ſup eq̄s
vt deſcendatis in egiptū. Et in pſalmo Dor
mitauerūt qui aſcenderūt equos. Quod aūt
equi rufi & varii nigri & albi in propheta.
zacharia apparuiſſe legunt̄. aut caſtigationē
percantiū deſignat aut ↄſolationem con ser-
ſorū. Scriptum eſt enim in zacharia domino
dicente. Ego iraſcor ſup gentes opulentas.
Quia ego iratus ſum parum ipſi vero addide
runt in malum. Et rurſum ipſe ꝓpheta ait
Vidi per noctem. & ecce vir aſcēdens ſuper
equum rufum & ipſe ſtabat inter mirteta
que erant in ꝓfundo. & poſt eum equi rufi
varii & albi & cetera. Nox in qua cernitur
viſio obſcuritas miſtice viſionis intelligitur.
vir qui aſcendit ſuper equū rufum dominus
atq; ſaluator ē qui diſpenſationem noſtre car
nis aſſumpſit. Mirteta autē que erant in ꝓ-
fundo inter q̄ ſtare deſcribit̄ angelice intelli
gūtur poteſtates que ei etiā in carne poſito
miniſtrauernut. Equi rufi varii albi apl'i &
apoſtolici viri intelligunt̄. quoꝝ alii in marti
rio coronati ſūt & appellantur rufi. alii ope
ribus et doctrina ac varietate ſignorum varii
nuncupant̄. Alii virginitatis decore integri
tateq; cordis ornati & puritate cordis cerne
re deum in premio ſuſcepert. A domino enī
miſſi ſūt apoſtoli vt totum mundū euangeli
ca predicatione complerēt. qui poſtquā op9
expleuerūt reuerſi ſūt ad magni ↄſilii ange-
lum qui ſtabat inter eos & dixerūt ad eum.
Perambulauimus terrā & impleuimus op9
qd̄ nobis iniunctum eſt. & ecce omnis terra
habitat̄ & quieſcit a bellis vitioꝝ & que ante
erat deſerta a domino nunc eius habitatio ē
Quod ait anno ſeptuageſimo miſerebitur hie
ruſalem & vrbibus iuda. hic eſt ſenſus. vt
vera pax nō fiat niſi ſeptuageſimo anno. i. et
no ſabbato. nec hieruſalem id ē eccleſia eter-
na quiete niſi poſt laborē ſex etatum ſine om
ni ꝑturbatione in ſeptima requieſcet. Verba
conſolatoria dona ſūt ſanctiſpiritus & pign9

hereditatis nr̄e quā ꝑcepturi erim9 poſt ba
bilonie id ē huius mundi captiuitatez. Quod
autem in ꝓphetis legimus bigas & quadri-
gas iuxta allegoriam aut tempora regnorū.
aut principatū vel actum ipſoꝝ regum oſtē
dit. Nam bigas in eſaia legimus. & in zacha
ria quadrigas. Ita q̄ ibi ſcriptum ē. Leuaui
oculos meos & vidi & ecce quatuor quadri-
ge egredientes de medio duorum montium
& montes. montes erei. In quadriga prima
equi rufi & in quadriga ſecunda equi nigri.
& in quadriga tercia equi albi. & in quadri-
ga quarta equi varii fortes. De quadriga p̄
ma equi rufi erant & cruenti & ſanguinarii
& babilonie crudelitate terribiles in quadri
ga ſecūda equi nigri regnum medoꝝ & per
ſarum qd̄ bige ſedens & egrediens ꝑ aſſueri
regis edictum mortem omniū iudeoꝝ triſti
nuntio preferebat in quadriga tercia equi al
bi macedones ſub quorū īperio de antiocho
machabeorum victoriam legimus. in quadri
ga quarta equi varii fortes. Scimus enim ro
manorum reges alios in gente iudea fuiſſe
clemētes vt gaiū ceſarem auguſtum & clau
dium pſecutores alios atq; terribiles vt gaiū
vel neronē veſpaſianū & adrianū. Propheta
ergo querente quid ſibi angel9 qui loquebat̄
vellet ſignificare quem cerneret. angelus q
loquebat̄ in eo reſpōdit & narrauit quatuor
ventos eſſe celi id ē quatuor plagas mundi q
vocantur grece climata. qui aſſiſtunt & pa-
rent domini voluntati. Nihil enim hec qua-
tuor regna que diximus abſq; domini volun
tate fecerūt Ita iuxta allegoriam in quadri-
ga duo teſtamēta ſiue ipſorum teſtamentoꝝ
in p̄ceptis caritatis p̄dicatores. ſeu etiā duo
populi vel ipſorū populoꝝ doctores poſſunt
intelligi. hoc eſt iudeorū & gentium quibus
xp̄i potētia p̄ſidens regimē ↄgruum preſtat
Item in quadriga quatuor euangeliſte ſiue
quatuor euangelia poſſunt accipi vel quatu-
or virtutes principales hoc ē prudentia iuſti
tia fortitudo temporantia. Que currui domi
ni bene ↄueniunt. quia per ipſas electos ſuos
in viam iuſticie dirigens ꝑducit ad regnum
ꝑpetuum. Currus aūt a curſu dictus. vel q̄
rotas habere videtur. Currus enim ſanctoꝝ
angelorum ſocietatē. aut ſanctoꝝ hominum
vnanimitatē miſtice deſignat. in quibus do-
minus voluntatis ſue regimē exercet. Vnde
in curru igneo legit̄ helias ſublatus in celum
vt videlicꝫ apte monſtraret̄ quia homo pur9
adiutorio egebat alieno Per angelos quippe
facta illa & oſtenſa ſūt adiumenta. quia nec
ad celum quidem aereū per ſe aſcendere po-
tuit. quem nature ſue infirmitas grauabat.

Redemptor autē noſter non curru non ange
lis ſubleuatus legiť. quia is qui fecerat omīa
nimirum ſuper omnia ſua virtute ferebatur
Illuc enim reuertebať vbi erat & inde redie
bat vbi remanebat. quia qui per humanitatē
aſcendebat in celū per diuinitatē & terram
pariter ꝯtinebat & celum. Item legiť in pſal
mo. Currus dei decē milia multiplex milia
letantium dominus in illis. Sanctorum ergo
vnaminitas virtus ē domini. quem ille velut
auriga inſidet & ad voluntatis ſue miniſteri
um moderať. Sed vt iſtum currum oſtende
ret non equis deditum ſed humanis cogitati
onibus adtributum ait decē milia multiplex
qđ bene ad innumeros populos nō ad equos
noſcitur ptinere. ſubiunxit milia letantium.
qđ vtiq; de fidelibus debet intelligi. Et vt
oſtenderet leticie plenitudo ait dominus in
illis. qui magne exultationis eſt cumulus &
bonorū omnium dulcedo mirabilis. Item in
aliam partem currus ſocietas intelligiť im
piorum vinculo peccatoꝝ alligata. de quo in
exodi cantico ſcriptum ē vt ſupra oſtendim9
Porro equites ſingulares ideo currere dicū
tur. quia ſingulariter vnuſquiſq; curſum vi
te huius pagit atq; trāſit alius alio tempore
ſequens alium per vnam tamen viam morta
litatis vſq; ad ꝓpriam metam mortis. Equi
tes enim ī bonam partē & in malam poſſunt
accipi. In bonā quādo domatores viciorū ſig
nificant. in malam autē quando ſupbi homi
nes in mundana potentia confidentes pfi
gurantur. Mulus autē ex greco tractum vo
cabulum habet. Grece enim inde vocať qđ
iugo piſtorum ſubactus tardas molendo du
cet in girum molas Iudei aſſerunt qđ ana ab
nepos eſau equarum greges ab aſinis in de
ſerto ipſe fecerit primus aſcendi. vt mulorū
inde noua contra naturam animalia naſceren
tur. Onagros quoq; ob hoc miſſos eſſe ad aſi
nas et temporum iſtiuſmodi reperiſſe ꝯubi
tum vt velociſſimi ex his aſini naſcentur.
Mulus enī quod oneriferum eſt animal ſig
nificat ſtulticie ſecutores. Quā abſalon mu
lo ſedens & ſeditionem contra patrē leuans
ſecutus merito interiit. Proinde pſalmiſta
auditores ſuos compeſcit dicens. Nolite fie
ri ſicut equus & mulus in quibus non eſt in
tellectus. In chamo & freno maxillas eorum
conſtringe. Probibet ergo huiuſcemodi ho
mines diabolicis fraudibus inſideri & vitio
rum oneribus pregrauari. ne male obedi
endo ſuperbie magis partibus addicantur
Verum iſtis talibus quid dicit eſſe faciendū
ſcilicet qđ animalibus imprudentibus. His
enim comparationibus ſtultos homines veri
tati ſubicit inuitos. Nam qđ ait in freno ad
equum ptinet. Frenum enim a fero retinen
do dictum ē. Ferum quippe antiqui caballū
dixerunt. In chamo ad mulū reſpicit. Ergo
hec duo animalia ſupradicta cohibent iſta re
tinacula. vt ad arbitrium iubentis incedant
ne ſuis voluntatibus efferanť. Maxilla vero
aminicula ſūt animalium quibus eſca mandi
tur vt corporis vita ꝓcureť. Ipſas ergo max
illas per figurā & allegoriam dicit inobedi
entibꝰ debere ꝯſtringi id ē copias victuales
partius dari. vt ieiunioꝝ neceſſitate cōcluſi
creatoris ſubdanť imperio. Induſtria quippe
humana diuerſum animal coegit in coitu. ſic
q; adulterina ꝯmixtione gen9 aliud repperit
ſicut in iacob contra naturam colorum ſimili
tudines ꝓcurauit. Nam tales fetus oues illi
us cōcipiebant. quales vmbras arietū deſup
aſcendentium in aquarū ſpeculo contempla
bantur. Deniq; & hoc ipſum in equarū gregi
bus fieri ferť vt generoſos obiciat equos viſi
bus ꝯcumbentium. quo eorum ſimiles ꝯcipe
re & creare poſſint. Nam & columbarū ſpe
cies dilectores depictas ponunt pulcerrimas
columbas hiiſdem locis quibus ille verſanť
quo rapiente viſu ſimiles generent. Inde eſt
qđ quidam grauidas mulieres iubent vt nul
lius intueanť peſſimos animalium vultus vt
cenocefalos & ſimias ne viſibus occurrentes
ſimiles fetus pariant. Hanc enim feminarū
eſſe naturam dicunt vt quales ꝯſpexerint ſi
ue mēte conceperint in extremo voluptatis
eſtu quādo concipiūt talem & ſobolem ꝓcre
ent. Etenim animal in vſu venerio formas
extrinſecus intus tranſmittit eoꝝq; faciata ti
pis rapit ſpecies in ꝓpriam qualitatē. In ani
mantibus bigenera dicuntur que ex diuerſis
naſcunť vt mulus ex equa & aſino. burdo ex
equo & aſina. ibride ex apris & porcis. titi
rus ex oue & hirco muſcus ex capra & ariete
Eſt autem dux gregis.

Explicit liber vii. Incipit liber viii.


De beſtiis. .i.
De minutis animātibus .ii.
De ſerpentibus. .iii.
De vermibus. .iiii.
De piſcibꝰ. .v. De auibus. .vi.
De minutis auibus. .vii.


i

Beſtiarum vocabulū ꝓ
prie conuenit leonibus
pardis. tigribus. lupis
vulpibus. canibuſq;. &
ſimiis. & ceteris que vł
ore vł vnguibus ſeuiūt
exceptis ſerpentibus.
Beſtie dicte a vi qua ſe

uiunt . fere appellate eo ꝙ naturali vtantur
libertate & deſiderio ſuo ferant̄ . Sunt enim
libere eorum voluptates & huc atq̄ illuc va-
gantur & quo animus duxerit eo feruntur
Leonis vocabulū ex greca origine inflexum
eſt in latinū . Grece eni3 leon vocat̄ . & eſt no
men medium quia ex parte corruptū eſt . lee
na vero totum grecum eſt . ſicut & dracena
Vt autem leena lea dicat̄ vſurpatū eſt a poe
tis . Leo autē grece latine rex interpretatur
eo ꝙ princeps ſit omnium beſtiarū Cuius ge
nus trifariū dicit̄ e quibꝰ breues & iuba criſ
pa imbelles ſūt . longi & coma ſimplici acres
Animos eoꝝ frons & cauda indicat . virtus
eorum in pectore ē . firmitas in capite . Septi
a venatoribus terrā ꝯtuentur . quo minus cō
ſpectis venabulis terreant̄ . Rotarū timent
ſtrepitus . ſed ignes magis . Cum dormierit
vigilant oculi . cum ambulant cauda ſua coo
periunt veſtigia ſua . ne eos venator inueniat
Cum genuerit catulum tribus diebus & tri
bus noctibus . catulus dormire fert̄ . tunc de
inde patris fremitu vel rugitu veluti treme
factus cubilis locus ſuſcitare dicit̄ catulum
dormiente3 . Circa hominē leonis natura mi
tis ē . vt niſi leſi nequiant iraſci . Patet enim
eoꝝ miſericordia exemplis aſſiduis . Proſtra
tis enim parcunt captiuos obuios patriā re-
dire permittūt hominē nō niſi magna fame
interimunt . Leo enim qui rex eſt beſtiarum
per fortitudine3 tipum tenet xp̄i qui eſt rex
regum & dominus dominantiū de quo ſcrip
tum eſt in apocalipſi . Ecce vicit leo de tribu
iuda radix dauid aꝑire librum & ſoluere ſep
tem ſignacula eius . Vnde & iacob patriarcha
dixit in benedictione iude filii ſui . Catulus
leonis iuda . Ad predam fili mi aſcēdiſti quo
niam xp̄s naſcēdo paruulus factus ē et in cru
cem aſcendens captiuos populos de poteſta
te diaboli redemit . Qui bene catulo dormiē
ti tribus diebus & tribus noctibus compara
tur . quia triduo in ſepulcro iacens ſomnum
mortis impleuit . & ipſa morte mortis impe
rium vicit De quo in geneſi ſcriptū eſt . Qua
ſi catulus leonis quis ſuſcitabit eum . Leones
ꝓpoſiti eccleſie intelligunt̄ . Vnde in templo
domini leones cum bubꝰ ex ere in baſibus tē
pli fieri precipiunt̄ . Item leo per figurā ſan-
ctorum doctoꝝ impauidum cetum ſignificat
quorū rugitus hoc ē ꝑdicationis vox terret
aduerſarios . Vnde ſcriptum ē . Leo fortiſſi-
mus beſtiarū ad nullius pauebit occurſum .
Et in amos . Leo rugiet quis nō timebit . Do
minus locutus ē quis nō ꝓphetauit . Ite3 leo
in cōtrariam partē ponit̄ quādo ſeuitia eius
demonſtrat̄ vt ē illud petri apl̄i . Vigilate in

quit & orate . quia aduerſarius veſter diabo
lus tanquā leo rugiens circuit querēs quem
deuoret . Rurſum in iob ſcriptū eſt . Rugitꝰ
leonis & vox leene & dentes catulorū leonū
contriti ſūt . Leene autem nomine aliquādo
ſancta eccleſia aliquādo babilonia deſignatur
Pro eo enim ꝙ contra aduerſarios audax ē
leena eccleſia dicit̄ ſicut eiuſde3 beati iob vo
cibus approbat̄ qui derelictā ab eccleſia iude
am indicans ait . Non calcauerūt eam filii in
ſtitorum nec ꝑtranſibit per eam leena . Lee-
na eccleſia in iob . Nunquid capies leene pre
dam aut animas catulorū eius implebis . Ca
tuli leene apoſtoli vbi & ſupra . Aliquādo le-
ene nomine huiꝰ mūdi ciuitas id ē babilonia
exprimit̄ que contra vitam innocentiū imma
nitate crudelitatis effrenat̄ . que antiq̄ hoſti
quaſi ſeuiſſimo leoni ſociata peruerſe pſuaſio
nis eius ſemina cōcipit & reꝓbos ex ſe filios
ad ſimilitudine3 illius quaſi crudelis catulos
gignit . . Catuli aūt leonum ſunt quilibet re
ꝓbi ad iniquam vitam malignoꝝ ſpirituum
errore generati . q & ſimul omēs vniuerſam
mūdi ciuitatem quā prediximus babiloniā fa
ciunt & tamen idē ſinguli babilonie filii qua
ſi non leene plene catuli vocant̄ . Sicut enim
ſion tota eccleſia dicit̄ . filii autē ſion ſanctoꝝ
ſinguli quiq̄ memorant̄ ita & filii babilonis
ſinguli quiq̄ reꝓborum . & eadem babilonia
ſimul omnes reꝓbi vocant̄ . Leo diabolus ob
fortitudinem & crudelitatem vt in pſalmo .
Ne quādo rapiat vt leo animā meā & alibi .
Sedet in inſidiis cum diuitibus in occultis ſi
cut leo in cubili ſuo . Leones ſunt poteſtates
huius ſeculi vt in hieremia . Grex diſperſus
populus meus . leones eiecerunt eos . Catuli
leonū demones ſiue praui homines vt in pſal
mo . In medio catulorū leonum dormiui con-
turbatus . Et alibi Catuli leonum rugientes
vt rapiant & querāt a deo eſcam ſibi . Cubile
leonum preſens mundus . vel ꝙlibet regnū
huius mundi . vt in naum . Vbi ē cubile leonū
& paſcua catuloꝝ leonum Item cubile leonū
corda reꝓborum vt in pſalmo . Ortus ē ſol et
congregati ſūt & in cubilibus ſuis ſe colloca-
bunt . Tigris vocata propter velocem fugā
Ita enim nominant pſe & medi ſagittā . Eſt
enim beſtia variis diſtincta maculis virtute
& velocitate mirabilis . Ex cuius nomine flu
men tigris appellatur ꝙ is rapidiſſimus ſit
omnium fluuioꝝ Has magis hircania gignit
Tigris autē miſtice ſignificat aſtutiam dia-
boli . Inde in iob ſcriptum ē . Tigris perit eo
ꝙ non haberet predam & catuli leonum diſ-
ſipati ſūt Hunc vocablo tigridis repetit quē
leonis appellatione ſignauit Satan quippe &

ꝓpter crudelitateꝫ leo dicitᷣ. & ꝓpter multi-
formis aſtutie varietatem non incongrue ti
gris vocatᷣ. Modo enim ſe ſicut eſt perditus
humanis ſenſibus obicit. modo quaſi angelū
lucis oſtendit modo ſtultoꝝ mentes blandiē
do pſuadet. modo ad culpam terrendo ꝑtra-
hit. modo ſuadere vicia apte nititur. modo ī
ſuis ſuggeſtionibus ſub virtutis ſpecie pallia
tur. Hec itaqꝫ belua que tanta varietate re-
ſpergitᷣ iure tigris vocatᷣ. Que apud ſeptua-
ginta interpretes mirmicoleon dicitᷣ qḋ vi-
delicet animal abſconſum puluere formicas
vt diximus frumēta geſtantes interficit qa
nimirum apoſtata angelus in terram de celis
ꝓiectus iuſtorum mentes que bonorum ſibi
operum pfectionem preparant in ipſo actio
nis itinere obſidet cunqꝫ has ꝑ inſidias ſupat
quaſi formicas frumenta geſtātes impulſus
necat. Panter dictus ſiue qḋ omnium anima
lium ſit amicus excepto dracone ſiue quia et
ſui generis ſocietate gaudet & ad eandem ſi
militudinem quicqd accipit reddit. Pan enī
grece omnē dicitᷣ beſtia minutis orbiculis ſu
per picta. ita vt oculatis ex fuluo circulis ni
gra vel alba diſtinguatur varietate. Hec ſe-
mel omnino parturit. Cuius cauſe ratio mi-
nifeſta ē. Nam cū in vtero matris coaluerīt
catuli maturiſqꝫ ad naſcendū viribus pollent
oduintqꝫ temporum moras. Itaqꝫ oneratam
fetibus vuluam tanquā obſtantem partui vn
guibus lacerant. Effundit illa partū ſeu poti
us dimittit dolore cogēte. Ita poſtea corrup
tis & cicatricoſis ſedibus genitale ſemen in-
fuſum non erit acceptum ſed irritum reſilit.
Nam plinius dicit animalia cū acutis vngui-
bus frequenter parere non poſſe. viciantᷣ enī
intrinſecus ſe mouentibus catulis. Pardus
ſecundus poſt pantherā genus ē varium ac
velociſſimum. & preceps ad ſanguinē. ſaltu
enim ad mortem ruit. Pardus auteꝫ miſtice
ſignificat diabolum diuerſis viciis pleniſſimū
vel peccatorē quemlibet maculis ſcelerū &
diuerſorum errorū aſperſum. Vnde dicit ꝓ
pheta. Ethiops non mutauit pellem & par-
dus varietatē ſuam. Iteꝫ pardus antixp̄s ma
licie varietate aſperſus vt in apocalipſi. Et
beſtia q̄ aſcendebat de mari. ſimilis erat par
do de illis dicit qui in nigredine peccatorum
& varietate pſeuerat. Alibi tamen ſcriptum
eſt. Habitabit lupus cum agno & pardus cū
hedo cubabit. Quod in aduentu xp̄i comple
tum eſt quādo illi qui antea feroces fuerunt
cum innocentibus vitam ducunt & qui erro
rum maculis polluti erāt penitentiam agen-
tes ad veritatē fidei conuertuntᷣ. Leopardꝰ
ex adulterio leene & pardi naſcitur & tertiā

originem efficit. ſicut & plinius in naturali
hiſtoria dicit leonem cum pardo aut pardū
cum leena concumbere & ex vtroqꝫ coitu de
genere partus creari vt mulus ex equo et aſi
na. Rinocerota grece vocatꝰ latine interpre
tatᷣ in nare cornu. Idē & monoceron id ē vni
cornis eo qꝫ vnum cornu in media fronte ha-
beat pedum quatuor ita acutū & validū vt
quicquid impecierit aut ventilet aut pforet
Nam & cum elefante ſemper certamē habꝫ
& in ventre vulneratū ꝓſternit. Tante autē
fortitudinis eſſe dicitᷣ. vt nulla venātium vir
tute capiatᷣ. ſed ſicut hii aſſerūt qui deſcribē
dis naturis animalium laborioſa inueſtigatio
ne ſudauerūt. virgo ei puella ꝓponitur quo
veniēti illa ſinum aperit in quo ille omni fero
citate poſtpoſita caput deponit. ſicqꝫ ſopora
tus ab eis a quibus capi queritᷣ repēte velut
in ermis inuenitᷣ. Buxei qꝫ coloris eſſe deſcri
bitur. Qui etiam cum elefantis quādo certa
men aggreditᷣ eo cornu qḋ in nare ſingulari
ter geſtat ventrē aduerſantiū ferire perhi-
betur vt cū ea que molliora ſūt vulnerat im
pugnantes ſe facile ſternat. Poteſt ergo per
hunc rinocerotam vel monocerotā ſcilicꝫ vni
cornē ille poplꝰus intelligi qui dum de accep
ta lege non opera ſed ſolam inter cunctos ho
mines elationem ſumpſit quaſi inter ceteras
beſtias cornu ſingulare geſtauit. Vnde paſſi
onem ſuam dominus ꝓpheta canēte ꝓnunci-
ans ait. Libera me de ore leonis & a cornibus
vnicorniū humilitatē meā. Tot qꝑpe in illa
gēte vnicornes vel certe rinocerōtes extite
ſꝛt qͥ contra predicamenta veritatis de legis
operibus ſingulari & fatua elatione ꝯfiſi ſūt
Beato igitur iob ſancte eccleſie tipum tenen
ti dicitᷣ. Nunqd volet rinoceros ſeruire tibi
Ac ſi apertius dicatᷣ. Nunquid illū populum
quem ſupbire in nece fideliū ſtulta ſua elati
one ꝯſideras ſub iure tue predicationis incli-
nas ſubaudis vt ego qui & contra me illū ſin-
gulari cornu extolli ꝯſpicio et tamen mihi cū
voluero ꝓtinus ſubdo. Rinocerotā ergo pau
lo apoſtolo per ſimilitudinē comparare poſſu
mus qui prius pſecutor & blaſphemus exti-
tit. ſicut de eo ſcriptū eſt. Saulus adhuc ſpi
rans minarum & cedis in diſcipulos domini
acceſſit ad principem ſacerdotū & petiit ab
eo epl̄as in damaſcum ad ſinagogas. vt ſi qͣs
inueniſſet huius vite viros ac mulieres vin-
ctos pduceret in hieruſalē. Qui diuine legis
eruditione preditus dum alioꝝ ingluuieꝫ re-
darguit. cornu elefantis in ventreꝫ ferit. In
ventrē qꝑpe elefantos pcuſſerat cū dicebat.
Multi ambulāt qͣs ſepe dicebā vobis nūc aūt
& flens dico inimicos crucis xp̄i quoꝝ finis

finis interitus quoꝝ deus venter ē & gloria
in ꝯfuſione ipſorum . Et ruſum huiuſmodi
inquit xp̄o domino non ſeruiūt ſed ſuo vētri
Cornu ſuo igiꝰ rinoceros iſte . non iam homi
nes ſed beſtias ꝑcutit. quando illo paulus do
ctrine ſue fortitudine nequaquā perimēdos
humiles impetit . ſed ſuperbos ventris culto
res occidit . Que ergo in paulo ſcripta ꝯgno
uimus . ſuperē vt facta & in aliis credamus
Multi quippe ad humilitatis gratiā ex illiꝰ
populi elatione ꝯuerſi ſūt quorum ſeuiciā do
minus dū ſubiugo inſpirati timoris edomuit
nimirū rinocerotis ſibi fortitudinē ſubegit
Rinoceros xp̄s dominus poteſt intelligi ꝓp
ter inuictam fortitudinē vt in deutronomio
Cuius fortitudo ſimilis ē rinocerotis . Rino
ceros vt ſupra diximus fortes ꝗ ſue poteſta
tes ſeculi huius in iob Nunquid volet rinoce
ros ſeruire tibi . Monoceron hoc ē vnicornis
xp̄s eſt vt in pſalmo . Et dilectus ſicut filius
vnicornium id ē ſingularis potentie & vnum
ſanctorū regnū . Vnicornis ſuperbi vel vnū
habentes teſtamentū vt in pſalmo . Et a cor-
nibus vnicorniū humilitatē meam. Elefantē
greci a magnitudine corporis vocatū putāt
qđ formam montis ꝑferat. Grece enim mōs
elfio diciꝰ. Apud indos autē a voce barro vo
catur . Vnde & vox eius barritus & dentes
ebur. Roſtrum autē ꝓmoſcida diciꝰ. quoniā
illo pabulum ori admouet. & ē angui ſimilis
vallo munitus eburneo. Hos boues lucas di-
ctos ab antiquis romanis boues quia nullum
animal grandius videbant. Lucas quia in lu
cania illos primos pirrus in prelio obiecit ro
manis. Nam hoc genus animātis in rebꝰ bel
licis aptum ē . In eis enim perſi & indi ligne
is turribus collocatis de muro tanquā iaculꝭ
dimicant. Intellectu autē & memoria multa
vigent. gregatim incedunt motu quo valēt
ſaltant murem fugiunt auerſi coeunt. Quan
do autē parturiunt . in aquis vel in inſulis di
mittunt fetus ꝓpter dracones quia inimici
ſūt. & ab eis implicati necanꝰ. Biennio autē
portant fetus nec amplius quā ſemel gignūt
nec plures ſed tantū vnum. Viuunt autē tre
centos annos. Apud ſolam affricā & indiam
elefanti prius naſcebanꝰ. nunc ſola india eos
gignit. Elephas autē ſignificat peccatorem
immanem ſceleribus & facinoꝝ deformitate
ſqualidum . attamen tales ſepe ad xp̄m ꝯuer
tuntur. Vnde ſcriptum ē in libro regum qđ
adducerenꝰ ad ſalomonē ſimie & elefanti. qa
ipſe eſt pax noſtra qui fecit vtraq₃ vnum & ī
ſanguine ſuo mundauit ꝯſcientiam noſtram
ab operibus mortuoꝝ . Griphes vocaꝰ qđ ſit
animal pennatū & quadrupes. Hoc genus in

ip̄boreis naſciꝰ mōtibus . Omni parte corpo
ris leones ſūt alis & facie aquilis ſimiles eqs
vehemēter infeſti. Nā & homines viuos diſ
cerpunt . Hii poſſunt ſignificare ferocitatē
ꝑſecutorū & elationē ſuperborū qui infeſti
ſūt hominibus qui ſimplicitatem xp̄ianam ſe
quunꝰ & rationabiliter viuūt . Cameleon nō
habet vnum colorē ſed diuerſa ē varietate cō
ſperſus vt pardus Dictus autē ita qđ huius
cameleontis corpuſculum ad colores quos vi
det facilima ꝯuerſione variaꝰ qđ aliorum ani
malium non ē ita ad ꝯuerſionē facilis corpu
lentia . Cameleopardus dictus qđ dum ſit vt
pardus albis maculis aſpſus collo equo ſimilꝭ
pedibus bubalis capite tamē camelo eſt ſimi
lis. Hunc ethiopa gignit . Nec ab re ē qđ be
ſtiarum harū color & factura ad ſignificati-
onem varioꝝ errorum atq₃ viciorum tranſfe
ratur . ſi alicubi in ſcripturis illius mentio fu
erit reperta . Linx dicitur quia in luporum
genere numeratur . beſtia maculis terga di
ſtincta vt pardus ſed ſimilis lupo . Huius
vrinam ꝯuertere ſe in duriciam lapidis preci
oſi dicunt qui ligurius appellaꝰ . qđ & ipſos
linces ſentire hoc documento ꝓbatur . Nam
egeſtum liquorē arenis inquantū potuerint
contegunt inuidia quadam naturali ne talis
egeſtio tranſeat in vſum humanū . Linces di
cit plinius ſecūdus extra vnum non admitte
re fetū . Similiter & iſta beſtia tipum tenet
inuidorum hominū atq₃ doloſorū qui magis
cupiunt nocere quā ꝓdeſſe & terrenis cupi-
ditatibus intēti ea que ſupflua ſibi ſūt & ce
teris ꝓdeſſe poterāt inutiliter ſeruāt . Caſto
res a caſtrando dicti ſūt. Nam teſticuli eorū
apti ſūt medicaminibus . Propter quos cum
perſenſerint venatorē . ipſi ſe caſtrant & mor
ſibus vires ſuas amputāt . De quibus cicero
in ſcauriana . Redimunt ſe a parte corporis.
ꝓpter qđ maxime expetunꝰ. Iuuenalis . Qui
ſe eunuchum ipſe facit cupiens euadere dam
no teſticuli . Ipſi ſūt & fibri qui etiam & pō
tici canes vocanꝰ . Mira ergo eſt animantiū
quorūdam prudētia ſed multo magis quoꝝ
dam hoīm ſtupēda ē dementia . qui creaturā
dei in ſe ꝯditam eſtimant viciorū eē efficaciā
Inde quidem heretici extiterūt qui genita-
lia membra ſibi amputauerūt quo facilius ſer
uare poſſent nubendi ꝯtinentiam illam ſentē
tiam domini male interp̄tātes qua ait . Sunt
eunuchi qui ſe ipſos caſtrauerūt ꝓpter regnū
celoꝝ . cum hoc magis intelligendum ſit pti-
nere ad voluptatū & libidinis amputationē
quā ad menbrorū corporis detruncationem
Tales ergo canonica auctoritas excōmunica
re & ad penitentiā redigere p̄cepit . Vrſus

fertur dictus qđ ore ſuos formet fetus quaſi
orſus . Nam aiũt eos informes generare par
tus. & carnem quãdam naſci quã mater lam
bendo in mẽbra cõponit. Vnde eſt illud. Sic
format lingua fetus cũ ꝓtulit vrſa. Sed hoc
immaturitas partus facit . Deniqꝫ tricesimo
die generat. Vnde euenit vt precipitata fe
cunditas informis ꝑcreet. Vrſorum caput in
ualidum vis maxima in brachiis & lumbis.
Vnde interdũ erecti inſiſtunt . Vrſus ergo
aliquãdo iuxta allegoriam ſignificat diabolũ
inſidiatorem gregis dei . aliquãdo autem du
ces ſeuos & crudeles . Vnde in libro regum
ſcriptũ eſt . qđ pueros qui heliſeũ ꝓphetam
irridebãt duo vrſi egreſſi de ſilua comederãt
qđ ſignificat duos principes romanoꝝ veſpa
ſianum videlicet & titum egreſſos de ſaltu
gentium deuorare iudaicos pueros qui irri
ſerunt ſaluatorẽ noſtrũ in caluarie loco cruci
fixum. Et iteꝝ ibi. Veniebat leo & vrſus &
tollebat arietem de grege. Lupus greca de
riuatione ĩ linguã noſtram transfert̃. Lupos
enim illi licos dicunt. Licos aũt grece a mor
ſibus appellat̃ qui rabie rapacitatis queqꝫ in
uenit trucidat. Alii lupos vocatos aiunt qua
ſi leopos qđ quaſi leonũ ita ſit illi virtus in pe
dibus. vnde & quicqđ preſſerit pede non vi
uit. Rapax autem beſtia & cruores appetẽs
De quo ruſtici aiunt vocẽ hominẽ perdere
ſi eum lupus prior viderit . Vnde & ſubito
tacenti dicit̃ lupus in fabula. Certe ſi ſe pre
uiſum ſenſerit deponit ferocitatis audaciam
Lupi toto anno non amplius quã dies duode
cim coeunt . Famen diu portãt & poſt longa
ieiunia multum deuorãt Lupos ethiopa gig
nit ceruice iubatos & tantũ varios vt nullũ
coloreꝫ illis dicant abeſſe. Lupus ergo raro
inuenit̃ bonam ſignificationẽ habere ſed ſe
pius contrariã . Nam aut diabolũ ſignificat
vt ẽ illud in euangelio. lupus rapit & diſper
git oues . aut hereticos vel doloſos homines
de quibus dñs ait . Attendite a falſis ꝓphe
tis qui veniũt ad vos in veſtimẽtis ouiũ . in
trinſecus autẽ ſũt lupi rapaces. Et iteꝝ . Vi
det lupum venientẽ. & dimittit oues & fu
git . Legit̃ tamẽ iacob patriarcha in benedi
ctione beniamĩ filii ſui dixiſſe ita. Beniamin
lupus rapax mane comedet predã . veſpere
diuidet ſpolia Quibus dictis apl's paulus de
ſignat̃. de beniamin ſtirpe ꝓgenitꝰ. qui ma
ne rapuit ꝑdam id eſt in primordiis fideles
quos potuit deuaſtauit. veſpe autem ſpolia
diuiſit . quia fidelis poſtmodum factus ſa
cra eloquia audientibus diſpenſatione mirifi
ca diſpenſauit. Canis nomen latinũ grecam
ethimologiam habere videt̃ . Grece enim ci

nos dicit̃. licet eum quidã a canore latratus
appellatũ exiſtimẽt eoqꝫ inſonat. inde & ca
nere. Nihil autẽ ſagacius canibus. Plus eniꝫ
ceteris ſenſus animalibus habent. Nanqꝫ ſoli
ſua nomina recognoſcunt dominos ſuos dili
gunt dominoꝝ tecta defendunt. ꝓ dominis
ſuis morti ſe obiciũt voluntarie cum domino
ad predam currũt . corpus domini ſui etiam
mortuũ nõ relinquũt. Quorum poſtremo na
tura eſt extra homines eſſe nõ poſſe . In cani
bus duo ſũt expectanda aut fortitudo aut ve
locitas. Canis autẽ diuerſas ſignificationes
habet . Nam aut diabolũ vel iudeum. ſiue gẽ
tilem populum ſignificat . Vnde ꝓpheta do
minũ precat̃ dicẽs in pſalmo . Frue a framea
animam meã & de manu canis vnicam meã.
Nam in meliore parte canis ponit̃ vt in eccle
ſiaſte vbi ſcriptum ẽ . melior eſt canis viuus
leone mortuo . Hic leonem diabolũ . canẽ ve
ro gentilem vel hominem peccatorẽ accipien
dum puto. Qui ideo melior dicit̃. qđ ad fidẽ
& penitentiam poſſit venire. Hinc de iudeis
ſcriptum ẽ . Conuertant̃ ad veſperã & famẽ
pacient̃ vt canes & circuibũt ciuitatem . Ca
nes intelligunt̃ muti ſacerdotes vel imꝓbi.
vt in eſaia . Canes muti nõ valentes latrare.
Canes iudei. In pſalmo . Quoniã circundede
rũt me canes multi. Canes popl'us gentium
vt in euangelio . Non ẽ bonũ ſumere panem
filiorum & mittere canibus . Canes heretici
vt in deutronomio Non inferes preciũ canis
in domum dei tui. Et in ap'lo . Videte canes
videte malos operarios. videte ꝯciſiones. Ca
nis vero voraciſſimũ animal atqꝫ importunũ
cõſueuit illas domus latratibus defendere in
quibus edacitatẽ ſuam nouit accepto pane ſa
ciare. Hiis merito comparant̃ iudei qui xpi
ane fidei munere ſaginati eccleſiã dei clamo
ſa predicatione defendere feſtinabunt . ſicut
paulo ap'lo contigit. vt qui ante fuit perſecu
tor xpiani nominis poſtea diuino munere iũ
geret̃ ap'lis. Canes homines rixoſi vel detra
ctores alterutro ſe lacerantes vt in apoſtulo.
Quod ſi inuicẽ mordetis & comeditis . vide
te ne ab inuicem ꝯſumamini . Catuli abuſiue
dicunt̃ quarũlibet beſtiarũ filii . Nam ꝓprie
catuli canum ſũt per diminutionẽ dicti. Lin
ciſci vero dicuntur . vt ait plinius canes nati
ex lupis & canibus cum intra ſe forte miſcẽ
tur . Solent & inde feminas canes noctu in
ſiluis alligatas admitti ad tigres beſtias a q
bus inſiliri & naſci ex eodeꝫ fetu canes adeo
acerrimos & fortes vt in complexu leones ꝓ
ſternant. Catuli ergo ſignificãt gentiles. Vn
de ẽ in euangelio. qđ ſirophenicia mulier cui
dominus ait non ẽ bonum ſumere panẽ filioꝝ

& mittere canibus. reſpoudit ei dicẽs. etiam
domine nam & catelli edunt de micis que ca
dũt de menſa dominoꝝ ſuorum. Menſa quip
pe eſt ſcriptura ſacra que nobis panem vite
miniſtrat. mice pueroꝝ interna ſũt miſteria
ſcripturarum quibus humilium ſolent corda
puerorum refici. Non ergo cruſtas ſed micas
de pane puerorum edunt catelli. quia ↄuerſi
ad fidem quierant deſpecti in gentibus non
litere ſuperficiem in ſcripturis ſed ſpirita-
lium ſenſum. quia in bonis actibus proficere
valeant inquirũt Vulpis dicta quaſi volupis
Eſt enim volubilibus pedibus & nunquam
rectis itineribus. ſed tortuoſis amfractibus
currit. fraudulentũ animal inſidiiſq; decipi-
ens. Nam dum ñ habuerit eſcam fingit mor
tem. ſicq; deſcendẽtes quaſi ad cadauer aues
rapit & deuorat. Vulpis enim miſtice diabo
lum doloſum vel hereticũ callidum ſiue pec-
catorem hominẽ ſignificat. Vnde de herode
dominus ait in euãgelio. Ite dicite vulpi illi
Et alibi. Vulpes inquit foueas habeant. &
volucres celi nidos in vulpibus hereticos &
in volucribus celi malignos ſpiritus expri-
mens qui in pectoribꝫ humanis ſibi latibula
querunt. vbi ſuggeſtiones ſuas puerſas inter
ſerant & voluntates ſuas peſſimas expleant
Item vulpes diabolus vel demones vt in pſal
mo. Tradent̃ in manus gladii partes vulpiũ
erunt. Et in heremia ꝑpter montẽ ſion quia
diſperiit. Vulpes ambulauerũt in eo. Vulpes
heretici. in canticis canticorũ. Capite nobis
vulpes puſillas exterminãtes vineas id ẽ ple
bes fideliũ. Et in libro iudicum de ſampſon
dicit̃. Apprehendit trecentas vulpes & liga
uit faculas in caudis eorum. Simie grecum
nomen ẽ id ẽ preſſis naribus. Vnde & ſimias
dicimus qđ ſuppreſſis naribus ſint. & facie
feda rugis turpiter follicantibus. licet & ca
pellarum ſit preſſum habere naſum. Alii ſi-
mias latino ſermone vocatas arbitrant̃ eoqđ
multa in eis ſimilitudo rationis humane ſen-
titur. ſed falſum ẽ. In elementoꝝ cognitione
ſagaces. Noua luna exultant. media & caua
triſtant̃. fetus quos amant ante ſe geſtant.
neglecti circa matrẽ herent. Harum genera
quinq; ſũt. Ex quibus circopetici caudas ha
bent. Simia enim cum cauda ẽ. quã quidam
crurã vocant. Spinge velloſe ſũt comis mam
mis ꝑminentibus dociles ad feritatis obliui
onem. Cenocefali & ipſi ſimiles ſimiis ſed fa-
cie in modum canis vnde & nuncupati. Sati
rici facie ad modũ grata & geſticulatis moti
bus inquieti. Callitrices toto aſpectu a cete
ris diſtant Sunt enim in facie ꝑducti barba
& lata cauda. Simie autẽ callidos mente &

peccatis fetidos homines ſignificat. Qui ali-
quando per ↄuerſionem & penitentiã ad pa-
cificum noſtrũ deducunt̃. & eius agũt ſerui
cium ſicut ſupra dictum eſt de elefantis & ſi
miis qui adducebant̃ ad ſalomonẽ. Enidros
beſtiola ex eo nuncupata qđ in aquis verſet̃.
& maxime in nilo. Que ſi inuenerit dormien
tem coccodrillũ volutat ſe in luto primum et
intrat per os eius in ventrẽ. & carpens omĩa
intranea eius ſic morit̃. hinc enemon grece
vocatus eo ꝙ odore ſuo & ſalubria ciborum
& venenoſa ꝑdantur. De quo dracontius ait
Precidit ſuillus vim cuiuſcunq; veneni. Suil
lus autẽ a ſetis eſt nũcupatus. Hic etiam ſer
pentes inſequitur. Qui cum aduerſus aſpidẽ
pugnat caudam erigit. quã aſpis maxime in
cipit obſeruare quaſi minantẽ ad quam cum
vim ſuam tranſfert decepta corripit̃. Melo
vel qđ ſit rotundiſſimo menbro vel qđ fauos
petat. & aſſidue mella captet. Muſio appella
tus qđ muribꝫ infeſtus ſit. Hunc vulgus ca-
pum a captura vocat. Alii dicunt qđ captat
id ẽ videat. Nam tam acute cernit vt fulgo
re luminis noctis tenebras ſuperet. Vnde a
greco venit catus id ẽ ingenioſus. Venator
xp̃s eſt vt in eſaia ſecundum lxx. Ecce quem
admodum leo aut catulus leonis in venatiõe
quã capit ita veniet. Venatores apl̃i vel ce
teri p̃dicatores vt in hieremia. Mittam eis
venatores & venabunt eos de omni monte.
Venator diabolus in cuius figura nembroth
ille gigas venator coram domino. vt in gene
ſi. Venatores praui homines vt in propheta.
Venãtes ceperũt me quaſi auem inimici mei
gratis. Lamia diabolus vel demones vt ĩ ihe
remia. Sed & lamia nudauit mamillam & la
ctauit catulos. Item lamia hereticus vel qui
libet hipocrita vt eſaias dicit Cubauit lamia
& inuenit ſibi requiẽm.

De minutis animalibus

MVs puſillum animal grecũ illi nomen
eſt quicqđ vero ex eo trahit̃ latinum
fuit. Alii dicunt mures qđ ex humo
re terre naſcant̃ Nam mus terra vnde & hu-
mus. Muris in plenilunio iecur creſcit ſicut q-
dam maritima augent̃. que rurſus minuẽte
luna deficiunt. Sorex latinum eſt eo ꝙ rodat
& in modum ſerre p̃cidat. Antiqui autẽ ſau
ricem dicebant. ſic & clodũ claudũ. Muſtela
dicta quaſi mus longus. Nam telum a longi-
tudine dictum. Hec ingenio ſubdola in do-
mibus vbi nutrit catulos ſuos tranſfert. mu
tatq; ſedem ſerpẽtes etiam & mures perſeq
tur. Duo autẽ ſũt genera muſtelarum. Alte
rum enim ſilueſtrum ẽ diſtans magnitudine
qđ greci ictidas vocant. alterum in domibus

oberrans . Falſo autē opinant̄ qui dicunt mu
ſtelam ore ꝯcipere aure effundere partum.
Muſtela eſt furti figura vt in leuitico demō
ſtratur Talpa dicta qđ ſit damnata cecitate
ꝑpetua tenebris. Eſt enim abſꝙ oculis ſemp
terram fodit & humū egerit. & radices ſub
frugibus comedit. Miſtice autē mures ſigni
ficant homines cupiditate terrena inhiantes
& predam de aliena ſubſtātia ſurripientes.
muſtela vero eos per figurā demonſtrat qui
ingenium naturale ſub dolo malicie polluunt
& totam vitam ſuam in inſidiis & fraudibꝫ
ducunt. Talpa ergo que cecitate ꝑpetua dā
nata ē. aut idola ſignificat. ceca ſurda & mu
ta aut etiam ipſos idolatras qui ignorātie et
ſtultitie tenebris ſemper errāt. De quibus ī
eſaia ſcriptum ē. Vt adoretis talpas & veſp
tiliones hoc ē ceci cecos colāt. De quibus ali
bi ſcriptura dicit. Similes illis fiant qui faci
unt ea & omnes qui ꝯfidunt in eis. Aut etiā
hereticos ſiue falſos xp̄ianos ꝑ figurā demō
ſtrat. quoniā ſicut talpa abſꝙ oculis ſemper
terram fodit & humū egerit & radices ſub
frugibus comedit. ſic & ipſi vere ſcientie lu
mine priuati terrenis actibꝫ incūbunt & de-
ſideriis carnis & illecebris voluptatū deſer-
uiunt. radiceſꝙ bonorum operū in quibuſcun
ꝙ poſſunt dente malitie corrodere & ſubuer
tere conant̄. Glires dicti ſūt quia pīgues eos
efficit ſomnus. Nam gliſcere dicimus creſce
re. Hieme enim tota dormiūt & immobiles
quaſi mortui iacent. tempore eſtiuo reuiuiſ-
cunt. Iſti ergo eos ſignificare poſſunt. q cor
pore pigricie inutiles fiunt & laborare vtili
ter nolūt. de quibus ſcriptū eſt. Propter fri
gus piger arare noluit. mēdicabit ergo eſta
te & non dabit̄ ei. quia qui nunc ocioſus tem
pore preſentis vite torpeſcit. fruſtra ī die iu
dicii quādo tēpus eſt meſſis mēdicabit. quia
celeſtis vite gaudiū nullomō cum iuſtis habe
bit. Ericius animal ſpinis coopertum qđ exin
de dicit̄ nominatū eo ꝙ ſubrigit ſe quādo ſpi
nis ſuis claudit̄. quibus vndiꝙ pretectus eſt
contra inſidias. Nam ſtatim vt aliquid pre-
ſenſerit primū ſe ſubrigit atq̄ in globū ꝯuer
ſus in ſua ſe arma recolligit. Huius prudētia
queda ē. Nam dum abſciderit vuam de vite
ſupinꝰ ſeſe volutat. ſup eam & ſic eam exhi
bet natis ſuis. Eritius enim miſtice peccato
res aculeis viciorꝫ plenos & aſtutia nequicie
callentes ſignificat. & fraudibus & rapinis
qui per fraudem de alienis laboribus ſibi pa
ſtum querūt. De quibus ſcriptum ē. Ibi ha
bet foueā ericius & catulos ſuos nutrit. Itē
illud qđ in pſalmo ſcriptum ē. Petra refugi
um erinaciis. Erinacius idem ē qui & ericiꝰ

animal omnino timidū natura ꝓuidente ſem
per armatū cuius cutē inuicē ſetarum ſudes
acutiſſime denſiſſimeq̄ ꝯmuniunt. Cui tamē
nō ſufficit natiua munitio ſꝫ ne aliqua fraude
poſſit intercipi refugiū habet ſemp in ſaxis
Huic competēter aptat̄ qui peccatis ſuis hiſ
pidus futurra iudicia metuēs petram xp̄m
firmiſſimū noſcit̄ refugium habere. Grillus
nomē a ſono vocis habet. Hic retro ambulat
terrā terebrat ſtridet noctibus Venatur eaꝫ
formica circumligata capillo in cauernā eius
ꝯiecta afflato prius puluere ne ſe abſcondat
ita formice complexibus trahit̄. Formica di
cta ab eo qđ ferat micas farris cuius ſolertia
multa. Prouidet enim in futurū & preparat
eſtate qđ hieme comedat. In meſſe autē ele-
git triticum hordeū nō tāgit. dum pluit eis
ſuper frumētum totum eicit. Dicunt̄ in ethi
opia eſſe formice ad formā canis que hare-
nas aureas pedibus eruūt. quas cuſtodiunt
nequis auferat captāteſꝙ ad necē ꝑſequunt̄.
Iuxta allegoriā formica ꝓuidum hominē vel
operariū vtilem ſignificat. Vnde ſalomon in
ꝓuerbiis hortat̄ dicens. Vade ad formicam
o piger & ꝯſidera vias eius & diſce ab ea ſa-
pientiā. Que cum nō habeat ducē nec ꝑcep-
torē. nec principē parat eſtate cibum ſibi &
cōgregat in meſſe qđ comedat. Hinc hortat̄
quemꝙ ſui curam agere. & ſi tantillum ani
mal ſiue preceptore ſed ſola natura duce ſibi
inpoſterum preuidere ſtudet. quantomagis
ille homo deo preceptore: & doctoribus ad
monētibus debet in meſſe huiꝰ vite operum
colligere fructus. & horreo vite recōdere vt
habeat in die frigoris id eſt iudicii qua non
poteſt laborare vnde viuat. Formicaleon ob
hoc vocatꝰ quia ē vel formicarꝫ leo. vel certe
formica pariter & leo. Eſt enī paruū animal
formicis ſatis īfeſtum qđ ſe ī puluere abſcō
dit. & formicas frumēta geſtātes interficit
Proinde autē leo & formica vocat̄ quia aliis
animalibꝫ vt formica eſt: formicis aūt vt leo
eſt. Rane a garrulitate vocate coꝝ circa ge-
nitales ſtrepūt paludes & ſonum vocis ī por
tunis clamoribus reddūt. Rane demones. In
apocalipſi. Vide de ore draconis ſpiritꝰ tres
īmundos in modum ranarū. ſunt aūt ſpiritꝰ
demonorū. Rane heretici qui in ſceno viliſſi
moꝝ ſenſuū commorātes vana garrulitate la
trare non deſinūt. vt ī exodo legitur.

De ſerpentibus.

ANguis vocabulū ſerpentū genus qđ
plicari & cōtorqueri poteſt. & inde
anguis qđ anguloſus ſit & nunꝙ re-
ctus. Angues autē apud gentiles ꝓgenies
locoꝝ habiti ſemp. vnde pſius. Pinge duos

anguis pueris acer eſt lucus. Colubrū ab eo
dictum ꝙ colat vmbras vel ꝙ in lubricos tra
ctus flexibus ſinuoſis labet̃. Nam lubricum
dicit̃ quicqd labit̃ dum tenetur vt piſcis &
ſerpens. Ceraſtes ſerpens dictus eoꝙ in ca/
pite cornua habet ſimilia arietū. Cerata gre
ci cornua dicunt. Sunt autē illi q̄dragemina
cornicula quoꝝ oſtētacōe veluti eſcas illiciēs
ſollicitat & animalia ꝑimit. Totū enī corpus
tegit arenis nec vllum indiciū ſui prebet. ni
ſi ex ea parte qua inuitatas aues vł animalia
capit. Eſt autē flexuoſus plus quā alii ſerpē
tes ita vt ſpinam non habere videat̃. Colubri
eniꝫ & ceraſtri nomine diabolus vel antixp̄s
ſignificat̃ vt eſt illud qđ iacob patriarcha de
dan filio ſuo ꝓphetauit dicens. Fiat dan colu
ber in via & ceraſtes in ſemita mordens vn/
gulas equi vt cadat aſcenſor eius retro. Non
ſolum enim coluber antixp̄s ſed etiā ceraſtes
vocat̃. Cerata enim grece dicunt̃ cornua ſer
pensꝙ hic cornutus eſſe vt ſupra memoraui/
mus ꝓhibetur. per quē digne aduentus anti
xp̄i aſſerit̃. quia cōtra vitam fideliū cū mor
ſu peſtifere p̄dicationis armabit̃ etiam cor/
nibus poteſtatis. Quis autē neſciat ſemitam
anguſtioreꝫ eſſe quā viam. Fit ergo coluber
in via. quia in preſentis vite latitudinem eos
ambulare ꝓuocat quibus parcēdo quaſi blan
ditur. ſed in via mordet quia eos quibus li/
bertatem tribuit erroris ſui veneno ꝯſumit.
Fit iterū ceraſtes in ſemita. quia quos fide/
les reperit & ſeſe ad precepti celeſtis angu
ſta itinera ꝯſtringens nō ſolum nequicia cal
lide pſuaſionis impedit. ſed etiā terrore po/
teſtatis premit & in pſecutiōis angore poſt
beneficia ficte dulcedinis exercet cornua po
teſtatis. Quo in loco equus hunc mundum in
ſinuat qui per elationē ſuam in curſu labenti
um temporū ſpumat. & quia antixp̄s extre
ma mundi apphendere nitit̃. ceraſtes ille eq
vngulas mordere ꝓhibet̃. Vngulam quippe
equi mordere ē extrema ſeculi feriendo ꝯtin
gere. Vt cadat aſcenſor eius retro. Aſcenſor
equi ē quiſquis extollit̃ in dignitatibus mūdi
Qui retro cadere dicit̃ & nō in faciem. ſicut
ſaulus cecidiſſe memorat̃. In facie enim cade
re eſt in hac vita ſuas vnunqueꝙ culpas cog/
noſcere eaſꝙ penitendo deflere. Retro vero
quo non videt̃ cadere eſt ex hac vita repente
decedere & ad que ſupplicia ducat̃ ignorare
Et quia iudea erroris ſui laqueis capta pro
xp̄o antixp̄m expectat. bene iacob eodē loco
repente in electoꝝ voce ꝯuerſus ē dicens. Sa
lutare tuum expectabo domine. id ē non ſicͭ
infideles antixp̄m ſed eū qui in redēptioneꝫ
noſtrā venturus ē verum credo fideliter cri

ſtum. Serpens autē nomē accepit quia occul
tis acceſſibus ſerpit. nō apertis paſſibus ſed
ſquamoꝝ minutiſſimis niſibus repit. Illa aūt
quē quatuor pedibus nitunt̃. ſicut lacerti &
ſtelliones non ſerpētes ſed reptilia nominant̃
Serpentes autē reptilia ſūt quia pectore &
ventre reptant quoꝝ tot venena quot gene/
ra. tot ꝑnicies quot ſpecies. tot dolores quot
colores habent̃. Serpens aūt diabolum ſigni
ficat vt ē illud in geneſi ſerpēs erat callidior
cunctis animantibus terre aut malicioſos ho
mines atꝙ hereticos de quibus pſalmiſta ait
Acuerūt linguas ſuas ſicut ſerpētes venenū
aſpidum ſub labiis eorū. Pulcre hic malicia
hereticorum doluſꝙ deſcribitur. Lingue
enim verba ſignificant que nequicie cotibus
expolita vulnerare ꝯtendunt corda ſimpliciū
Que merito ſerpentibus exequant̃. quia ſer/
monibus ſuis virus euomūt. Vnde ſurdis aſ
pidibus comparant̃. Tali enim ꝓpoſito con/
tendūnt vt pertinacia mentis nunquā velint
a veritate ſuperari. Item in aliam partem ſer
pentis ſignificatio trahit̃ vt ē illud in euange
lio. Sicut exaltauit moiſes ſerpentē in deſer
to ita exaltari oportet filiū hominis vt omīs
qui credit in illum nō pereat ſed habeat vi/
tam eternā. Ibi enim ſignificat ſerpens mor
teꝫ xp̄i que ſaluauit genus humanū qđ aſtu/
cia ſerpētis antiqui maligna ſuaſione ſalute
a ꝯditore ꝑcepta priuauit. Draco maior cun
ctorum ſerpentiū ſiue omniū animātium ſu
per terrā. Nunc greci dracontā vocant. Vn
deriuatū ē in latinum vt draco diceret̃. Qui
ſepe ab ſpeluncis abſtractus fert̃ in aerē con
citatꝙ ꝓpter eum aer. Eſt autem criſtatus
ore paruo & artis fiſtulis per quas trahit ſpi
ritum & linguam exerit. Vim aūt non in dē
tibus ſed in cauda habet. & verbere potius
quā rictu nocet. Innoxius autē eſt a venenis
ſed ideo huic ad mortē faciendā venena non
eſſe neceſſaria. quia ſi quē ligarit occidit. A
quo nec elefans tutus ē ſui corporis magni/
tudine. Nam circa ſemitas deliteſcēs per q̄s
elefanti ſoliti gradiunt̃ crura eorū nodis illi
gat. ac ſuffocatos perimit. Gignet̃ autem in
ethiopia & india in ipſo incendio iugis eſtuſ
Miſtice draco aut diabolū ſignificat aut mi
niſtros eius vel etiam pſecutores eccleſie ho
mines nefandos cuius miſterium in pluribus
locis ſcripture inuenit̃. Nā in pſalterio de hͦ
ſcriptū ē & in libͦ iob nec nō & in apocalipſi
iohannis. Deniꝙ pſalmiſta dicit. Tu confir/
maſti in virtute tua mare contribulaſti capi
ta draconum ſup aquas. Confirmauit enim
rubri maris liquidos abiſſos quando in duo
bus lateribus ſic aqua diuiſa ē vt mare naui/

gerũ itec faceret eſſe terrenũ . Contriuiſti
capita draconũ ſuper aquas miſteriũ ſuperio
ris miraculi decẽter exponit . quia illa prefi-
guratio tranſitus maris rubri aq̃s ſancti bap
tiſmatis indicabat vbi capita draconũ id ẽ ſpi
ritus inmundoꝝ ꝑducunẽ ad nihilum quan-
do animas quas illi peccatoꝝ ſordibus inqui
nant fons ſalutaris emũdat . Quod aũt addiẽ
tu ꝯfregiſti caput draconis magni & cetera
cum ſuperius dixerit plurali numero capita
draconum ſignificare volens nequicias ſpiri
tales modo ſingulari numero ponit draconeꝫ
vt ipſum ſatan indicare videaẽ qui quantum
fortior tantum nequior . & cum ſingulari nu
mero poniẽ inter malignos ſpiritus habitare
penitus abnegaẽ . Contractum ẽ enim caput
eius quãdo ſuperbia eius de celo eiecta eſt &
natiuam claritatẽ retinere nõ meruit qui ſe
voluntaria obſcuritate maculauit . Addidit
dediſti eũ in eſcam populo ethiopum . Ethio
pes bene peccores aduertimꝰ qui ante fuerẽt
tenebroſa mente teterrimi ſed ad deum con-
uerſi eum ceperũt eſcam habere cum de eius
detractione ſacianẽ . Nam hodieqꝫ quẽ peſſi-
mum intelligi volumꝰ diabolum nominamꝰ
Omnibus eniꝫ culpis exſufflator admiſſis to
tius auctor erroris & ſicut ille xp̄ianos inſe-
quitur . ita ab omnibus execrabili errore diſ-
cerpiẽ . Sic fit vt qui paganis ante venerabil
nunc a xp̄ianis detractionum morſibus corro
datur . Siue ꝯuerſi iam fideles eſcam poſſunt
habere diabolũ quando ꝑ ipſius machinamen
ta temptationeſqꝫ ꝓficiunt . Ipſo enim perſe
quẽte martires fiunt ipſo affligẽte paciẽtie
munere coronanẽ . Quãꝓpter merito diabo-
lus illoꝝ eſca diciẽ . quos fatigationibus cre-
bris ad deſideria nociua ꝑducit . Aſpis vocaẽ
qđ morſu venena immittat & ſpargat . Ios
enim greci venenum vocãt . & inde aſpis qđ
morſu venenato interimat . Huiꝰ diuerſa ge
nera et ſpecies & diſpar effectus ad nocendũ
Fertur autẽ aſpis cum ceperit pati in canta-
torem qui eam quibuſdã carminibus ꝓpriis
euocat vt eam de cauerna ꝓducat illa cũ exi
re noluerit vnam aurem in terram premit al
teram cauda obturat & operit atqꝫ ita voces
illas magicas nõ audiẽs ñ exit ad incantantẽ
De quo dicit pſalmiſta . Ira illis ſecundũ ſimi
litudinẽ ſerpentis ſicut aſpidis ſurde & obtu
rantis aures ſuas que nõ exaudiet vocem in-
cantantium & veneficia que incantanẽ a ſa-
piente . Cui ſerpenti ira iudeoꝝ ꝑ ſimilitudi-
nem nimis aptiſſimã diffiniẽ . Obſtinatorum
quippe hominum ira irreuocabilis ẽ . qui ne
docentiũ ꝑdicationes exaudiãt ꝓcurant ſibi
voluntariam ſurditatẽ . Cui malo conſuetu
do aſpidis comparaẽ que ne verba incantantiũ
exaudiat ſuaſqꝫ latebras derelinquat vnã au-
rem caude ſue inflexione diciẽ obturare . alte
ram vero in terrã deprimere . Qui merito iu-
dei comparati ſũt qui cordis auribus obtura
tis ſancte ſcripture audire noluerũt ſaluber
rimã iuſſionẽ . Obturare enim a ſacerdotibꝫ
tractum ẽ qui aures ſuas ture replebant ne
ꝑegrinis verbis intercedẽtibus ꝯfuſa carmi
num memoria turbareẽ . Dipſa genus aſpidis
qui latine ſitula diciẽ quia quẽ momorderit
ſiti perit . Ipnalis genus aſpidis qđ ſomno ne
cat . Hanc ſibi cleopatra appoſuit & ita mor
te quaſi ſomno ſoluta ẽ . Emorrois aſpis nun-
cupatur qđ ſanguinẽ ſugat qui ab eo morſꝰ
fuerit . ita vt diſſolutis venis quicqđ vite eſt
per ſanguinem euomet . Grece enim ſanguis
emath diciẽ . Preſter aſpis ſemꝑ ore patenti
& vaporanti currit cuius poeta ſic meminit .
gurã ſignificationeꝙ. Sed viuẽs paſſer quẽ
ĩ vnigeniti neceſſarie diuinitate accipimus ĩ
ſanguine etiã hic occiſi paſſeris & aq̃ tinguit'
id ẽ in gratia baptiſmatis. qa ñ in hoĩs paſſi
one ſed dei & hoĩs baptizant'. Deinde poſt
hoc viuẽs paſſer in agrũ vt volet dimittitur
Ergo impaſſibilis diuinitas. & inſeparabil'
erat a carne q̃ paſſa ẽ Vnde & ĩſeparabilis in
ſanguine baptizat'. vt ĩpaſſibilis viua in agrũ
auolet ad latitudinẽ vicz ꝯtẽplatiõis emittit'
q̊ illũ dimittẽte noſtro videlicz intellectu ſub
huius enĩ ꝯtemplatione tenet'. Eſt & alia paſ
ſeris ſignificatio vt ſup̃ diximꝰ. Vnde legit'
Tranſmigra in montẽ ſicͭ paſſer. Paſſerũ ꝗ
plura ſũt genera. Alii gaudent ad foramina
parietũ. Alii valles roſcidas reqͥrunt ñ nulli
mõtes appetũt ſqualẽtes. Sed de illis nũc di
cit qa ad altiſſima loca terraꝝ leuiſſima volũ
tate rapiunt' vt hiis merito ſimiles eſtiment'
q ad neqͥſſimas ꝑdicationes leuitate incõſtan
tis animi trãſferunt'. Nam in pſalmo ꝓpheta
ita dicit. Similis factus ſũ pellicano in ſolitu
dine factus ſum ſicͭ nocticorax in domicilio.
Vigilaui & factus ſũ ſicͭ paſſer vnicus in edi
ficio. Per hec noĩa volucrũ vt arbitror diuer
ſa nobis penitentiũ genera declarant'. Pelli-
canus eniz auis egiptia eſt ciconiis corporis

grāditate cōſimilis q̄ natali macie ſemp affe
cta ē. quoniā ſicͣ philologi volūt tēſo inteſti
no p uiſcera qcqd eſcarū accipit ſine aliq̄ de-
coctione trāſmittit. Hinc fit vt adipe ꝓprio
minime farciatͣ qa paruiſſimo ciboꝝ ſucco re
ficitͣ. que nō gregatī vt cetere aues volāt ſ
delectatione ſe ſolitaria ꝯſolatͣ. Hoꝝ vnū ge-
nus dicitͣ eſſe qd̄ ſtagnis inhabitat. aliud ſicͣ
dictū ē qd̄ in deſertis locis ſecretiſq̄ verſatͣ.
Per hoc igitͣ auiū gen9 pulcͤrime ſignificantͣ
heremite q hominū ꝯſortio derelicto timore
dn̄i remota ſe afflictione diſcruciāt. Sequitͣ
Factus ſū ſicͣ nocticorax in domicilio. Aliud
gn̄s introducitͣ penitētis. Nocticorax greco
vocabulo dicitͣ noctis coruus quē qdā bubo
nem. qdā noctuā eſſe dixerūt. alii magis cō
uo magnitudine & colore ꝯſimilem quē ſpe
cialiter in aſie partibus inuenire poſſe teſtan
tur. Iſtū ſicͣ diei fulgor abſcōdit. ita aduēt9
noctis ꝓducit. & ꝯtra ꝯſuetudines auiū tūc
magis vigilare & eſcas q̄rere incipit. quādo
ſe in ſoporē animātia cūcta cōponunt. Ita &
penitēs iſte nocturno tēpore eſcas aīe ſollici
ta curioſitate ꝑquirit mō pſalmodie operam
dādo. mō elemoſinas faciēdo. mō carceres oc
culte viſitādo ſolū deū vult habere teſtē. cui
caligo noctiū n̄ tollit aſpectū. Et nota qa ſicͣ
pellican9 deſignat heremitā atq̄ ſolitarium
ita nocticorax illū declarat. q ſe domicilio re
tinēs a publica viſione remot9 ē. Poteſt etiā
nocticorax xp̄m vlͤ virū ſanctū ſignificare in
fidelibus deſpicabilē. Paſſer ē auis parua vt
ſup̄ diximus. ſed nimia ſagacitate ſollicita q
nec facile laqis irretitͣ. nͤ p īgluuiē vētris eſ
carū ambitione decipitͣ. Nec ꝓpter infirmi-
tatē ſuā ne aut ipſa a p̄datore capiatͣ. aut fe-
tus eius ſerpētinis deuorentͣ inſidiis inter a-
ues vnica cautiōe munita ad domoꝝ faſtigia
celſa ꝯcurrit. vt a ſuſpectis caſib9 reddatͣ ali
ena. que multis piculis ꝓbatͣ obnoxia. Huic
merito cōparatͣ q diaboli inſidias formidans
ſpecialiter ad ecclͤe ſepta ſe cōferens in eius
faſtigio vigilās tutiſſime pſeuerat. Vnicum
dixit ꝓpter caritatē que ex multis vnū facit
in edificio ꝓpter altitudinē fidei & fortitu
dinē mentis. Conſiderandū ē etiā quēadmo
dum iſte ſupplicās a maioribus auibus pelli
cano & nocticorace cepit & peruenit vſq̄ ad
paſſeris minutiſſimā paruitatē. quoniā gra-
datim penitēdo deſcēdens primo loco gran-
dis ē. ſecdo mediocris. tercio ꝯſuetudine ip
ſa omnino tollerabilis. Hee aūt aues p figu-
ram ſūt parabole hominib9 genere diſcrepā-
tes. ſed ꝯſuetudinū q̄litate ꝯſimiles. Hirūdo
dicta qd̄ cibos nō ſumet reſidens. ſed in aere
capiat eſcas & edat. garrula auis & p tortu

oſos orbes & flexuoſos circuitus puolans &
in nidis ꝯſtruēdis educādiſq̄ fetibus ſoller-
tiſſima habēs etiā q̄ddā p̄ſcium qd̄ lapſura
deſerat nec appetat culmina ab aliis q̄ auib9
nō impetitͣ nec vnq̄ p̄da ē. Maria trāſuolat
ibiq̄ hieme cōmoratͣ. Hirūdo aūt penitentiū
ꝓ peccatis ſuis tipū tenet. q̄ ſtridore vocis
ploratū magis quā melodiā ſonat & ꝓ cantu
gemitus edere ſolet ſicͣ & colūba. Vnde ezec
hias in oratione ſua ait. Sicut pullus hirūdi
nis ſic clamabo. meditabor vt colūba. Lacri-
mis ergo ſuis penitēs paſcitͣ & ad ſupna cor
eleuās celeſtis cibi pabulū ſibi querit. Vnde
& ꝓpheta ait. Fuerūt mihi lacrime mee pa-
nes die ac nocte dū dicitͣ mihi q̄ttidie vbi ē
deus tuus. Et iteꝝ ſicͣ cinerē inqens māduca
bam panē meū. & potū cum fletu tēparabā
a facie ire & īdignatōis tue qa eleuās eliſiſti
me. Vpupam greci appellāt eo q̄ ſtercora hu
mana ꝯſiderat & fetēti paſcatͣ fimo auis ſpur
ciſſima criſtis extantib9 galeata. ſemp in ſe
pulcris & humano ſtercore cōmorans. Hec
auis ſceleratos & pc̄tores homiēs ſignificat
q ſordibus pc̄toꝝ immorari aſſidue delectan
tur. Coruus ſiue corax nomē a ſono gutturis
habet qd̄ voce crocitet. Fertͣ hec auis qd̄ edi
tis pullis eſcā plene nō p̄beat priuſquā in eis
ꝑ pennaꝝ nigredinē ſimilitudinē ꝓprii colo-
ris agnoſcat. Poſtquā vero eos tetros plumis
aſpexerit in toto. agnitos abūdantius paſcit
Hic prior in cadaueribus oculū petit. Coruus
nigredinē pc̄toꝝ vlͤ demonū ſignificat. vt ē
illud in ſalomone. Effodiāt eā corui de ꝯual-
libus. Itē coru9 gentilē populū ſignificat vt
ē illud in iob. Quis p̄parat coruo eſcā ſuam
quādo pulli ei9 ad dn̄m clamāt vagantes eo
q̄ nō habeāt cibos. Pullis vero coruoꝝ filiis
ſcilicet gentiū eſca datͣ. cum eoꝝ deſiderium
nr̄a ꝯuerſione reficitͣ. Rurſum in bonā partē
ponitͣ vt ē illud in canticis canticoꝝ de ſpon
ſo. Crines eius vt abietes nigri ſicͣ corui. Cor
uus xp̄s ē in mēbris eius hoc ē ſanctis. vt in
canticis canticorum. Come eius ſicut elate
palmarum nigre q̄ſi coru9. Coruus nigredo
peccati vlͤ infidelitatis vt in pſalmo. Et pullͤ
coruorū inuocātibus eū. Coruus peccatoris
tarditas ad penitētiam & vana ſpe de die in
diem differēs vt in ſophonia. Vox cantātis ī
feneſtra coruus in ſupliminaribus eius. Cor
nix annoſa auis apud latinos greco nomīe ap
pellatͣ quā aiūt augures hominū curas ſigni-
ficationibus agere inſidiaꝝ vias mōſtrare fu
tura p̄dicere. Magnū ergo nefas ē. hec cre-
dere vt deus cōſilia ſua cornicibus mandet.
Huic inter mlͤta auſpicia tribuūt etiā pluui
as portēdere vocibus. Vnde eſt illud. Tunc

cornix plena pluuiā vocat impba voce . Sed
hec incerta omittētes de certioribꝫ ſcribere
tēptemus . Miluus mollis & viribus & vola
tu q̄ſi mollis auis. Vnde & nūcupatus rapa-
ciſſimus tamē & domeſticis ſemp auibus in
ſidiat̄ . Miluus ſignificat vtpote rapacē vel
elatū hominē vt ē illud ī pſalmꝫ ſcd̄m hebre
os. Milui abies domus eius . Accipiter auis
animo plus armata quā vngul̄ virtutē maio
rē in minori corpe geſtās . Hic ab accipiēdo.
i . a capiēdo nomē ſūpſit Eſt . n . auis rapiēdiſ
aliis auibꝫ auida ideoq̄ vocat̄ accipiter hoc ē
raptor. Vnde & paulus dic̄. Suſtinetis enī ſi
qs accipit. Vt . n . dicēt ſi qs rapit . dixit ſi qs
accipit. Ferunt̄ aūt accipitres circa pullos ſu
os impios eſſe. Nam cū viderit eos poſſe tēp
tare volatus nullas eis p̄bent eſcas. ſed verbe
rāt pēnis & a nido p̄cipitāt atq̄ teneros com
pellūt ad p̄daꝫ ne forte adulti pigreſcāt. Ac
cipiter interdū ſanctū virū ſignificat . vtpo-
te rapiēs regnū dei. De q̄ ſcriptum ē in iob.
Nunqd in ſapientia tua plumeſcit accipiter
expādens alas ſuas ad auſtrū . id ē nūquid cu
iſlibet electo tu intelligentiā ꝯtuliſti vt flan
te ſanctoſpiritu cogitationū alas expādat q̄-
tiuus pōdera vetuſte ꝯuerſationis abiciat. &
virtutū plumas in vſū noui volatus ſumat.
Poteſt etiā p hūc accipitrē renouata gentili
tas deſignari. Capus italica lingua dicit̄ a ca
piēdo. Hanc nr̄i falconeꝫ vocāt q & alio noīe
dicit̄ herodius . Nec auis etiā rapaces hoīes
ſignificare pōt Quod aūt in leuitico & ī deu
tronomio q̄dam aues p inmundis deputant̄
oſtēdit ſcripta dn̄s. Omnes aues mundas co
medite . inmūdas ne comedatis aqlam ſcꝫ &
grifen. & alietū ixō & vulturē. ac miluū iux
ta gn̄s ſuū . & omne coruini generis. ſtruti-
onē ac noctuā & larū atq̄ accipitrē iuxta ge
nus ſuū herodiū & cignū & ibin & mergulū
porphirionē . & nicticoracē onacratalū & ca-
radriū ſingula in genere ſuo . vpupā q̄ꝫ & veſ
ptilionē & omē qd̄ reptat & pēnulas habet
inmundū erit nec comedat̄. Inter illicita atq̄
nimis euitāda ꝯnumerandū ꝯtēplationi vacā
tem quēpiaꝫ tales habentē maculas q̄les per
denumeratas aues legiſlator ſignificat . Ait
eniꝫ . Aquilā & grifen & alietū & miluū ac
vulturē iuxta genus ſuū . Rapaces & cibum
alienū male ſectātes queſtibuſq̄ iniuſtis gau
dētes p p̄dicta ſignificat . Quia enī quidā in
ueniunt̄ in eccl̄iis inter eos q putant̄ ꝯtēpla-
tioni opam dare . q nō queadmodū debēt ad
hoc vacāt . ſꝫ fruſtra inflant̄ audi paulū dicen
tē . Si qs alia docet & nō adqeſcit ſanis ſer-
monibus dn̄i nr̄i ih̄u xp̄i . & ei q ſecundū pie
tatē ē doctrine . ſupbus ē nihil ſciēs . ſed lan-
guēs circa q̄ſtiones & pugnas verboꝝ ex q
bus oriunt̄ inuidie ꝯtētiones . blaſphemie ſu
ſpitiones male ꝯflictatiōes hominū mēte cor
ruptoꝝ et qa veritate p̄uati ſūt exiſtimantes
queſtū eē pietatē . Nos ergo ſignificāt ea q
nūc denumerata ſūt animalia victū ex rapina
ꝯquerētia Quedā aūt ex hiis alias aues inua
dūt & ex venationibꝫ eaꝝ nutriunt̄ . Alia vō
in domos ingrediētia diripiunt q̄ reperint .
nequidē gerentiū ſe obſoniis parcētia . Qui
bus ſūt ſil̄es quidā q penetrāt domos & cap
tiuas ducūt mulierclas oneratas pc̄tis quos
paulus arguit. Vult̄ rixis & bellis gaudet p
pter cadauera p̄liorū intantū vt etiā ſequat̄
exercitū . Non ergo oportet alioꝝ caſibꝫ paſ-
ci atq̄ nutriri eū q ꝯtēplationi dat opaꝫ . Cor
uini ergo generis animalia ſūt affectiōis ex-
ptia. qd̄ manifeſtū ē ex eo. qd̄ emiſſus a noe
ex p̄ma eū coruus auolatione trāſgreſſus eſt
Cui ſimilis iudas circa ſuū magiſtrū fuit &
dn̄m. Strutio auis qdē ē . ſed volare n̄ poteſt
totāq̄ vitā ſuā circa terrā occupat q̄les ſunt
quidā deo militantes & ſeculi negociis ſe im
plicātes. Noctuā vero p qua lxx. glaucū dix
erūt. hāc aſſerūt in nocte acuti eſſe viſus . ſo
le aūt apparēte minus vtilitate oculoꝝ frui
Tales ſūt q legis gloriant̄ ꝯtēplatione & ſci
entia. lucē euāgelice ꝯuerſationis cape n̄ va-
lētes. Larus ē animal in vtroq̄ viuēs id ē aq̄
& terra . q ſicut auis quidem volat vt aq̄tile
aūt natat. Cui n̄ male cōparant̄ hii q ſiml̄ cir
cūciſionē venerant̄ & baptiſma Ad q̄s paul9
dicit . Si circūcidimini xp̄s vobis nihil pdeſt
Accipiter aūt inter rapaces aues eſt. Habet
aūt qddaꝫ aliud pp̄ter qd̄ a legis latore poſi
tus ē . Māſueſcit qppe & coopat̄ ad rapacita
tē . Quem imitant̄ hii q manſueti qdē vident̄
eſſe. & ſenſu trāquilli . ſūt aūt cū potentibus
& auaris atq̄ rapacibꝫ . Nicticorax animal ē
qd̄ in nocte tantūmō rapit atq̄ opat̄ . ſic ſunt
gentes ī intelligibilibꝫ noctis opibus occupa
te . q ſūt fornicatio . īmundicia . impudicicia .
idoloꝝ cultus & hiis ſimilia. Ibis & porfirion
& quē lxx . nomināt pellicanus & cignus &
herodius & caradrius longi eē colli . trahere
q̄ꝫ cibū ex altitudīe terre atq̄ aquaꝝ dicunt̄
Que animalia imitari nō debemus nec de in
ferioribus euellere cibū ſed de celeſtibꝫ . Ille
ſiqdem ꝯtēplationi vacat q ad ſupiora mēte
ꝯtēdit & nō ſolū intelligibilē . ſꝫ & ſenſibileꝫ
cibū a deo expectat Vnde ait dn̄s. Nolite ſol
citi eſſe anime vr̄e qd mādueritis neq̄ corpi
veſtro qd induamini . Scit enī pater vr̄ cele-
ſtis qa omnibꝫ hiis neceſſe habetis. Vppupa
lugubre animal amāſq̄ luctū ē . Seculi auteꝫ
triſtitia mortē operat̄ . Propter qd̄ oportet

eũ q diligit deũ ſemp gaudere. ſine intermiſſio-
ne orare in omnib9 gratias agere . qa gaudium
ſpiritus fructus ẽ. Veſptiliones circa terrã vo-
lant. ita vt pẽnis ꝑ pedibus vtant̃ quãdo ambu
lãt qd̃ indignũ ẽ in eis q ↄtẽplationi dãt opam
Quorũ enĩ ẽ volatus circa terrã hoꝝ etiã ↄtem
platio ꝓcul dubio ĩ terrẽis occupat̃. Non ergo ĩ
credulus ſis nec dubites qd̃ etiã hec q̃ nũc denu
merata ſũt animalia ad oſtenſionẽ figurãq; eoꝝ
a qbus abſtinere debẽt ↄtẽplationi vacãtes poſu
it legislator. Sed inqes . Quomõ hoꝝ animaliũ
nõ cibus ſed imitatio ꝓhibet̃ cũ pellicano & ni-
cticoraci dauid ꝓpheta ſemetipſũ cõparauerit
dñs ſimilis factus ſũ pellicano in ſolitudine. fa-
ctus ſũ ſic̃ nicticorax in domicilio . Per aqlã aũt
moyſes ipſũ ſignificat deũ dicentẽ ad iſrl̃ . Quo
mõ portaueri vos ſup alas aqlaꝝ. Naꝫ & ꝓphe-
te leonẽ xp̃m appellãt . Leonẽ aũt ediuerſo eſſe
petr9 diabolũ dicit . nec tñ ſcd̃m hoc leo xp̃s ſe
cundũ qd̃ diabolus dr̃. abſit a nobis abſit iſta im
pietas. Sed qa ſimul regiũ nec ñ rapax atq; imi
te ẽ animal cũq; dignitatẽ laudabilẽ, vitupapilẽ
tñ opationẽ gerat qd̃ qdeꝫ laudabile habet hoc
in xp̃i regno accipit̃. qd̃ aũt vitupabile in diabo
lo id ẽ rapacitas imãſuetudo . Quod & in aqla
ↄſiderãtes. ſine aliq̃ dubietate repimus . Propt̃
altitudinẽ enĩ volatus figurã eius in deũ moiſeſ
ſũpſit. Quia vero rapax a cibo eius abſtinẽdum
dixit. Propha aũt dauid lugẽs hominẽ in peccto
ↄſtitutũ nocticoraci hũc ſic̃ in nocte viuentẽ cõ
parauit . Per pellicanum aũt vtpote p animal a
mãs ſolitudinẽ figurrauit eũ q forſan amicis de
ſolatus eſt. aut ↄgnatis alioꝝq; ſimiliũ ſocietate
deſtitutus. Augures aũt dicũt & in geſtu & in
motu & ĩ volatu & ĩ voce auiũ ſigna eẽ ↄſtituta
Oſcines aues vocãt q̃ ore cãtuq; auſpiciũ faciũt
vt coru9 cornix picus. Alites q volatu oſtẽdere
futura vident̃ q ſi aduerſe ſũt inhebe dñr qd̃ in
hibeãt. i. vetãt ſi ꝓſpe ꝑpetes. & ido ꝑpetes qa
oẽs aues ꝑora petũt volãtes. Tertiã faciũt ſpeci
em augurioꝝ in auib9 quã ↄmunẽ vocãt ex vtro
q; pmixtã. i. aues q̃ ex ore & volatu auguria fa-
ciunt. ſed fides xp̃i hec ñ habꝫ. Omniũ aũt ge-
nera volucrũ. bis naſcunt̃. Primum enĩ oua gig
nunt̃. Inde calore materni corporis formant̃ &
animant̃. Oua aũt dicta ab eo qd̃ ſint vuida. Vn
de & vua eo q; intrĩſecus humore ſit plena. Naꝫ
humidũ ẽ. qd̃ exterius humorẽ habet . vuidum
qd̃ interi9 . Quidã aũt putãt ouũ grecã habere
originẽ nominis. Illi aũt dicũt oĩa. v. literata ab
lata. Oua aũt quedã inani vẽto ↄcipiunt̃. ſed nõ
ſũt generabilia niſi q̃ fuerint ↄcubitu maſculino
ↄcepta & ſeminali ſpiritu penetrata. Quoꝝ vim
tantã dicũt vt lignũ pfuſum eo ñ ardeat . ac ne
veſtis qdeꝫ ↄticta adurat̃. admixta q; calce glu
tinare fert̃ vitri fragmẽta. De apibus.

Apes dicte vel qd̃ ſe pedib9 inuicẽ alligẽt
vel ꝑ eo qd̃ ſine pedibus naſcunt̃ . Nam
poſtea & pedes & pennas accipiũt. Hee
ſollertes ĩ generãdi mellis officio aſſignatas ĩco
lũt ſedes. domicilia inenarrabili arte cõponũt.
ex variis floribus fauũ ↄdunt textiſq; ceris innu
mera ꝓle caſtra replẽt exercitũ & reges habent
ꝑlia mouẽt. fumũ fugiunt. tumultu exaſpant.
Nam pleriq; expti ſũt de boũ cadaueribus naſci
Has ꝓ hiis creãdis vituloꝝ occiſoꝝ carnes ver
berant̃ vt ex putrefacto cruore vermes creent̃
q poſtea efficiunt̃ apes. Proprie tñ apes vocant̃
orte de bubus ſicuti ſcrabrones de eqs . fuci de
mulis veſpe de aſinis . Coſtros greci appellãt q
in extremis fauorũ partibus maiores creant̃ q̃s
aliq reges putãt. dicti qd̃ caſtra ducãt. Fucus ẽ
maior ape. ſcrabrone minor . Dictus aũt fucus
qd̃ alienos labores edat q̃ſi fagus. Depaſcit̃ enĩ
qd̃ ñ laborauit. De quo virgili9. Ignauũ pecus
fucus a pſepibus arcet . Apes formã virginitatiſ
ſiue ſapiẽtie tenẽt vt ẽ illud in ſalomone . Vade
ad apẽ & diſce q̃lis opatrix ſit. Aliã aũt ſignifi
cationẽ habꝫ vbi in ꝓpheta legit̃. Sibilauit dñs
muſce q̃ eſt in extremo flumĩs egipti in deſerto
& api q̃ ẽ in terra aſſur. Ibi enĩ tipice p muſcam
pharaonẽ & p apẽ nabuchodonoſor demõſtrat.
q popl̃m iudeoꝝ peccãteꝫ dignis flagellis caſti
gauerĩt. Et in pſalmo legit̃. Circũdederũt me ſic̃
apes & exarſerũt ſic̃ ignis in ſpinis . Apes enĩ fa
uũ circũdant. quãdo p domos cereas liq̃res dul
ciſſimos recõdunt. & cũ ſibi putãt victualia re-
ponere faciũt vnde homiẽs poſſint ſua deſideria
ſaciare. Quod iudeos impleſſe manifeſtũ ẽ. quã
do rẽ cũcto orbi dulciſſimã amaris conatibus af
fecerĩt. Spine ſeculi peccata deſignãt qbus iude
orũ populus ferociter incitatus in delictis ſuis
velut ignis ↄcrepans eſtuauit. Sed in eis q; gra
tia dñi vindicatũ ẽ quãdo de illo melle quẽ ↄdi
derãt neſcii ↄuerſi ad dñm ſuauiſſime ſũt repleti
Fuci enĩ q alienos labores edũt ignauos & ocio
torpentes homines ſignificãt. q magis ex aliorũ
opibus ſibi paſtũ quã de ꝓprio ſudore exhiberi
expetũt. De qbus ad theſalonicẽſes paulus ſcri
bens ait. Audiuimus aũt quoſdã inter vos am-
bulãtes in quiete nihil operãtes ſed curioſe agẽ
tes. Hiis aũt q eiuſmodi ſũt denũtiamus & ob
ſecramus in domino ihu xp̃o vt cũ ſilentio opan-
tes ſuũ panẽ mãducent . Scrabrones vocati a ca
bo id ẽ caballo qd̃ ex eis creenter vt qdam eſti-
mãt Sicut aũt ſcrabrones naſcunt̃ de equoꝝ car
nibus putridis. ita ex eis iteꝝ ſepe naſcunt̃ ſcara
bei vnde & ↄgnominati ſũt. Tauri ſũt ſcarabei
tẽreſtres ſiue ſilueſtres ricĩo ſil̃es Veſpe aũt ſiue
ſcrabrones ſignificãt hoſtes pſequẽtes vel timo
res hoſtiũ vt ẽ illud dominicũ ꝓmiſſum in lege
qd̃ ad iſrahel p moiſen ait. Mittet dñs ante in-

troitũ tuũ ãnceſſores tuos veſpas q extminãt ca
naneũ eueũ atq; ferezeũ. Nõ legit alicubi hiſto
ria vetis teſtamẽti qd ſcrabrones vel veſpas mi
ſerit dñs ante filios iſrabel in hoſtes eoꝝ. ſed p
hec animalia q aculeis pugnãt deſignat timoreſ
ↄpũctionis in hoſtes eoꝝ quo terebant atq; fuga
bant. De ſcarabeo aũt in ꝓpheta ita ſcriptũ eſt
Et ſcarabeus de ligno clamauit. qd putãt qdaȝ
de dño dictũ q in cruce ſuſpẽſus ꝓ pſecutoribuſ
exorauit dicẽs. pater ignoſce illis qa neſciũt qd
faciũt. vl' de latrone q ĩ cruce ad xp̃m clamauit
dicẽs. Memẽto mei dñe dum veneris in regnũ
tuũ. Locuſta qd pedibus ſit longis velut haſta.
Vnde & eam greci tam maritimã quã terreſtrẽ
aſtaco appellant. Locuſta aliquando populos
ſignificat inſtabiles & vagos vt ẽ illud in euãge
lio de iohãne. Eſca aũt eius erat locuſta & mel
ſilueſtre. qa de ↄuerſione populoꝝ ad fidem xp̃i
paſtus ei fiebat delectabilis atq; ſuauis. Item in
exodo octaua plaga legit locuſta miſſa eẽ ĩ egip
tum p qd genus plage putat a qbuſdaȝ diſſidẽ
tis aĩe & diſcordãtis humani generis ĩcõſtãtia
ↄfutari. Locuſta populus gentiũ. vt in ſalomo-
ne. Locuſta regẽ nõ habet & egredit vniuerſa p
turmas. Item locuſte demones. vt in apocalipſi
Et de fumo egreſſe ſũt locuſte. Et in libro iudi
cum. Cameli eoꝝ vt locuſte. Locuſta ſupbia vel
vagatio mẽtis vt in iohel. Reſiduũ eruce come-
det locuſta. Alio q; ſenſu locuſte ꝓ mobilitate le
uitatis accipiende ſũt tanquã vage & ſalientes
anime in ſeculi voluptates. Iteȝ per ſignificatio
nem locuſte que plus quã cetera minuta queq;
animãtia humanis frugibus nocẽt lingue adulã
tium exprimunt. que terrenoꝝ hominũ mẽtes.
ſiquãdo bona aliqua ꝓferre ↄſpiciũt. hec inmo-
derati9 laudãdo corrũpunt. Fructus qppe egip
tioꝝ ẽ opa cenodoxoꝝ quã locuſte extminãt. dũ
adulãtes lingue ad appetẽdas laudes trãſitoriaſ
cor opantis inclinant. Herbas vero locuſte ↄme
dunt quãdo adulatores quiq; verba loquẽtium
fauoribus extollũt. Poma q; arboꝝ deuorãt quã
do vanis laudibus q̃rundam iam q̃ſi fortiũ opa
eneruãt. Muſca ex greco venit ſiĉ & mus. Hee
ſiĉ & apes necate in aqua aliq̃tiens poſt vnius
hore ſpatium reuiuiſcũt. Cinomia grece vocat
id ẽ muſca canina. Nam cino grece canis vocat.
Muſce inmũdos ſpiritus vel peĉores ſqualores
vitioꝝ ſectãtes ſignificãt q ſordib; ſcelerũ oleũ
miſericõdie atq; caritatis corrũpũt. Vnde in ec
cleſiaſte ſciptũ ẽ. Muſce moriẽtes exterminant
ſuauitatẽ vngẽti qa malus mixtus bonis ↄtami
nat plurimos quomõ muſce ſi moriant in vngẽto
pdunt odorẽ & ſaporẽ illius. ſic & calliditas ſa-
pientiã & prudentiã malitia ſordidat. Quarto
aũt loco egiptus muſcis pcutit. Muſca enĩ inſo-
lẽs & inqetũ animal ẽ. In q̃ qd aliud quã inſolen
tes cure deſiderioꝝ carnaliũ deſignant. Egipt9
ergo muſcis pcutit qa eoꝝ corda q hoc ſeculũ
diligũt deſiderioꝝ ſuoꝝ inqetudinibus feriunt
Porro lxx. interptes cinomiã id ẽ caninã muſcã
poſuerũt p quã canini mores ſignificant. in qbus
humane mentis volũtas & libido carnis arguit.
Poteſt qdem hoc loco ſignificari etiã p muſcaȝ
caninã forẽſis hominũ eloquẽtia q velut canes al
terutro ſe lacerãt. Culex ab aculeo dictus quo
ſanguinẽ ſugit Habet enĩ in ore fiſtulã in modũ
ſtimuli. qua carnẽ terebrat vt ſanguinẽ bibat.
Scinifes muſce minutiſſime ſũt aculeis pmole-
ſte. qua tercia plaga ſupbus egiptiorũ populus
ceſus ẽ. Hoc animal pẽnis quidẽ ſuſpendit p ae
ra volitãs. ſed ita ſubtile & minutũ vt oculi viſũ
niſi acute cernẽtis effugiat. Corpus aũt cum in
ſederit acerbiſſimo terebrat ſtimulo. ita vt quẽ
volantẽ videre qs nõ valeat ſentiat ſtatim adue
nientẽ. Hoc ergo animalis genus ſubtilitati he-
retice comparat que ſubtilibus verboꝝ ſtimuliſ
animas terebrat tãtaq; calliditate circũuenit vt
deceptus qſq; nec videat nec intelligat vnde de
cipiat. ſed in trinitate blaſphemãtes totius mũ
di diſſipãt fidẽ. Bruchus ingluuies ventris. Vn
de & ſupra. Reſiduũ eruce comedet bruchus.
Rubigo iracũdia cordis. In iohel. Reſiduũ bru
chi comedet rubigo Eruca prurigo luxurie De
quo & ſup. Reſiduũ eruce comedet locuſta.


De athomis. .i.
De elementis. .ii.
De celo .iii.
De partibus celi .iiii.
De ianuis celi .v.
De cardinibus .vi.
De luce .vii.
De luminaribus .viii.
De ſole .ix. De luna. .x.
De ſideribus .xi.
De pliadibus & arturo .xii.
De arturo .xiii.
De orione & hiadibus .xiiii.
De lucifero .xv.
De veſpe xvi. De aere .xvii.
De nubis .xviii.
De tonitru & fulgore atq; choruſcatõib;. xviiii.
De arcu celeſti .xx.
De igne .xxi.
De pruna .xxii.
De carbonibus .xxiii.
De cineribus .xxiiii.
De ventis .xxv.
De aura & altano .xxvi.
De turbine .xxvii.
De tempeſtatibus .xxviii.
De ꝓcella .xxviiii.

## Incipit liber nonus. De mundo & quatuor plagis eius

IN ſacro ergo eloquio intelligencie magne di-
ſtrecio ē. Sepe enim inquibuſdam locis illi9
& hiſtoria ſeruanda eſt & allegoria & ſepe in
quibuſdam ſola exquirenda eſt allegoria ali-
quādo vero ſola neceſſe eſt vt teneaꝰ hiſtoria
Nam in quibuſdam locis ſicut diximus hiſto
ria ſimul tenenda & allegoria vt & tardioēs
paſcantur ꝑ hiſtoriam & velociores ingenio
per allegoriam. Vnde cū loquente deo ppl̄s
lampades & ſonitū bucine & montem fumi-
gantē cerneret ꝑterrit9 peciit vt eis ꝑ moy
ſen dominus loqueretꝰ. Vnde ſcriptum eſt.
Steti populus de longe moiſes autem acceſ-
ſit ad caliginem inqua erat deus. Turba quip
pe populi allegoriaꝝ caliginem nō valet pe-
netrare quia valde paucorum ē ſpiritalē in-
tellectum rimare. Quia enī mentes carnaliū
ſola ſepe hiſtoria paſcunꝰ loquente deo ſtetit
populus a longe quia vero ſpītales quiqꝫ alle
goriarum nubem penetrant. vt ſpiritaliꝰ dei
verba cognoſcam. moiſes acceſſit ad caliginē
in qua erat deus. idcirco nos in hoc opere vbi
de rerum varietate varia ſignificacione ſcri-
bere diſpoſuimus res ipſas p̄mum notamus
deinde ſignificacionē earum breuiter diſſere
mus ita vt a mundo incipientes patres eius
ſubſequentꝰ diſſerendo ponamus. Mund9 eſt
celum& terra mare & que in eis opa dei ſūt
De quo dicitur. Et mundus per eum factus
eſt. Mundus latine a philoſophis dictus qđ ī
ſempiterno motu. ſit ut. celum. ſol. luna. aer
maria. Nulla enim requies ei9 elemētis cōceſ
ſa eſt. ideoqꝫ ſemper immotu eſt. Greci vero
nomen mūdo de ornamēto accōmodauerunt
ꝓpter diuerſitatem elemētorum & pulcritu
dinem ſyderum. Appellatur enim apud eos
coſmos quod ſignificat ornamentum. Nihil
enim mundo pulchri9 oculis carnis aſpicim9
Mund9 enim aliqñdo hiſtorialiter id ē vniuē
ſorum elemētorum cōpactio accipitꝰ aliquādo
vero iuxta allegoriam in bonam partē & ali-
quando in contrariā ponitur. Nam mundus
hiſtorialiter in eo intelligitꝰ vbi euāgeliſta di-
cit. Inmundo erat & mund9 per eum factus
eſt. Et illud vbi dn̄s ait. Ego lux in hūc mū-
dum veni. Inmundo quippe erat & mundus
per ipſū factus eſt. quia deus erat. tot9 vbi
qꝫ quia ſue preſencia maieſtatis ſine labore re
gens ſine onere contimens quod fecit. In quo
eciā mundo quem pri9 ꝑ diuinitatē creauit
poſtmodum homo natus apparuit. Quod aūt
ſequitꝰ & mund9 eum nō cognouit ſignificat

homines mundi amore deceptos atqꝫ inherē-
do creature ab agnoſcēda creatoris ſui maie
ſtate reflexos. Duobꝫ autem modis vt dixi-
mus mund9 intelligitur aliter inpeccatoribꝫ
aliter ī ſanctis. Quod autem dn̄s dicit ad pa
trem vt mundus credat quia tu me miſiſti &
alibi vt cōgnoſcat mundus quia diligo patrē
hic nominat mūdum eos qui credituri erant
vel quia tunc credebant xp̄m filium dei eſſe
ad ſalutē humani generis miſſum a patre in-
mundum. Quod autem ait pater iuſte mūd9
te nō cōgnouit ego autem ꝯgnoui te ideo nō
ꝯgnouit quia dāpnatus eſt per iuſticiam ille
vero qui ſaluādus erat mundus per miſericō
diam te cognouit vtiqꝫ ipſe xp̄s reconciliauit
pater nō merito ſed gr̄a. Hinc dicitur iheſus
ſaluator mundi hoc eſt eccleſie catholice quia
ipſe ſaluator omniū & maxime fideliū. Quod
enim legitur dn̄s dixiſſe venit enim p̄ceps
huius mundi & in me nō inuenit quicqꝫ. hic
oſtendit diabolum p̄cipem eſſe peccatorū
hominū nō creaturaꝝ dei & quocienſcumqꝫ
mundi figura in mala ſignificacione ponitur
nihil oſtꝰēdit niſi mundi illius amatores & nō
dei. Abſit enim vt credamus illum p̄cipem
eſſe celi & terre & creaturaꝝ omniū que ge
neraliter mundi noīe appellantur totus itaqꝫ
ſuo ſeruit creatori nō deceptori redemptori
nō intēmptori & regitꝰ diſpenſacione diuina
nō inimici verſucia ſubuertitur preter homi
nes partis illi9 qui ꝓpria voluntate nō neceſ
ſitate aliqua ſe ſubiciunt diabolo. Aliquando
eciam ipſa ambicio terrenaꝝ reꝝ mundi noīe
deſignatꝰ. Vnde dicit iohannes apl̄us. Nolite
diligere mundum neqꝫ ea que inmūdo ſunt.
Si quis diligit mūdum nō eſt caritas patris
in eo. quia omne quod inmundo eſt cōcupiſcē
cia carnis eſt. cōcupiſcenſcia oculoꝝ & ſup-
bia vite. Omne quod inmūdo dicꝰ omnes qui
mente inhabitant mundū qui amore incolunt
mundū ſicut celum inhabitant quoꝝ cor ſur-
ſū eſt quamuis carne ambulent in terra. Om
ne qđ inmundo eſt id ē mūdi amatores nō ha
bent niſi ꝯcupiſcēciam carnis & oculorum &
ſupbiam vite. Quibꝫ viciorum vocabulis oīa
vicioꝝ genera cōprehendit. Concupiſcencia
carnis eſt omne quod ad voluptatem & deli-
cias corporis pertinet in quibus ſūt maxima
cibus & potus & cōcubitus que tria ſalemon
ſanguiſugis cōparat. Concupiſcencia oculo-
rum que fit indiſcendis artibꝫ nefariis in con
templandis ſpectaculꝭ turpibꝫ vel ſupuacuis
in ad quirēdis rebꝫ tēporalibꝫ indinoſcendis
& carpendis ꝓximorum viciis. Supbia vite
eſt cum ſe quis iactat inhonoribꝫ. Per hᶜ tria
cupiditas humana temptatꝰ ꝑ hec adā & dn̄s

ipſe temptatus eſt. Quatuor autem eſſe cli-
mata mundi aiunt id eſt plagas orientem &
occidentē ſeptentrionē & meridiem. Oriens
ab exortu ſolis eſt nuncupatus. Occidens qđ
diem faciat occidere atq; interire. Abſconditi
enim lumen mūdo & tenebras ſup inducit.
Septentrio autem a ſeptem ſtellis axis vocat̄
que in ipſo reuolute rotant̄. Hic ꝓpe vertex
dicitur eo quod vertitur ſicut poeta ait. Ver
titur interea celū. Meridies vel quia ibi ſol
faciat medium diem quaſi medidies. vł quia
tunc purius mitat ether. Merum enim purū
dicitur. Miſtice autem oriens dominū ſigni
ficat ſaluatorē de quo in luca ſcriptū eſt. Vi-
ſitauit nos oriēs exalto. Et in zacharia ꝓpħa
Ecce vir oriens nomen eius. Oriens ppłs iu
deorum ſiue illuminacio fidei ſicut in eſaia ec
cleſia dicitur. Ab oriente adducam ſemē tuū
Occidens ppłs gencium. Vbi & ſup̄. Et ab
occidente congregabo te. Occidens aūt ſigni
ficat vite melioris defectum vel occaſū mor-
tis. Vnde de peccatoribus in ꝓpħa ſcriptum
eſt. Occidet vobis ſol in meridie. Et pſalmi
ſta tunc inquit facite ei qui aſcendit ſup occa
ſū dn̄s nomen eſt ei. Item occaſus ſignificat
poſt temptacionis ardores incentiue libidi-
nis refrigeracionē ſicut in deutronomio ꝓeo
qui nocturno polluitur ſomno hoc ē occulta co-
gitacione vt nō reuertatur prius in caſtra q̄
lauet veſtimenta ſua & occidat ſol. Rurſum
oriens deſignat iniciū bone vite nr̄e. occaſus
male cōuerſacionis affect9 vt eſt illud in pſal-
mo. Quantum diſtat oriens ab occaſu elonga
bit a nobis iniquitates noſtras. In occaſu enī
eramus cū peccati vinculo tenebamr̄ aſtricti
in oriente autem ſum9 quādo p aquā regene
racionis nos ver9 ſol inuiſitat & tenebras fac̄
noſtrorū diſcedere peccatorum. Tantum er
go iniquitates noſtre longe ſūt cū nobis pec-
cata noſtra donant̄ q̄ntum poteſt clara dies
a tenebroſa nocte diſtare. Siue per orientem
ſignificat regnum dei per occaſum vero ge-
hennā que tātum a beatorum ſede diſſociata
eſt quantum dic̄ abrahā loquens ad diuitem
Inter nos & vos chaos magnū firmatum eſt.
Septentrionalis autem pars mundi vnde ge-
lu & ſiccitas ꝓcedunt p figurā oſtendit dya
bolum vł frigus infidelitatis de quo ſcriptū
eſt. Aquilonem & mare tu creaſti. Thabor
& hermon ī noīe tuo exultabūt tuū brachiū
cum potencia p aquilonem deſignās diabolū
qui dixit. Ponam ſedē meam in aquilone &
ero ſimilis altiſſimo. Vnde alibi legit̄. Aquilo
durus eſt ventus qui alio nomine dexter vo
catur eo quod diabolus nomē ſibi dextri pre
ſumat tāquam boni ſiue quod occidentē id ē
peccatum reſpicientibus dextra fiat. Aquilo
ſignificat populum gencīū vt in eſaia. Dic̄ā
aquiloni da. Et in pſalterio. Latera aquiloīs
ciuitas regis magni Et in iob. Ab aquilone
aurum venit. Meridiana autem plaga mūdi
que & auſtralis ab auſtro vento vocatur calo
re ſuo frigus diſſipat & glaciem ſoluit. ſigni
ficans graciā ſpūs ſancti qui caritatis ardoē
frigus infidelitatis expellit & peccatorū du-
riciam diſſoluit. Vnde ſcriptum eſt. Conuer
te domine captiuitatem nr̄am ſic̄ torrēs ī au
ſtro. Qui eciam ventus ſignificat populum
iudaicum lumen ſciencie in ſcripturis legiſq;
ꝓphetaꝝ habentē ſicut aquilo gentilem in te
nebris infidelitatis & ſtulticia erroris degē
tem. Has quoq; ambas gētes xp̄i grā p euā-
geliū ad ſe cōuocauit. Item in aquilone aduē
ſa mundi in auſtro blandimenta deſignantur
Qua gemina expugnacione ꝓbat̄ eccleſia &
per cōſtanciam fidei mirū odorem virtutum
diſpergit. Vnde ſponſa in cantico canticorū
dicit. Surge aquilo & veni auſter pfla ortū
meum & fluant aromata illius. Cōſurge per
mittentis vox eſt nō imperātis. Item incōtra
riam partem meridies accipitur vt eſt illud
in pſalmo. Aruma & demonio meridiano De
monium meridianū eſt inmane periculū fer
uore pſecucionis accenſū vbi ruina plerumq;
metuitur. Auſter eccleſia que ex iudeis priō
in xp̄o ēdidit vt in ꝓpħa Qui habitatis in ter
ra auſtri ferte aquam ſicienti id eſt baptiſ-
mum credentibus. Et in iob. Ab aquilone au
rum venit & ab auſtro formidoloſa laudacio
Auſter ſancta eccleſia ē fidei calore accenſa.

De athomis

Philoſophi athomos vocant q̄ſdam ī
mundo corporum partes tā minu-
tiſſimas vt nec viſui pateant. nec
thomen id eſt ſeccionē recipiant. Vn̄ & atho
mi dicte ſūt. He pmane tocius mūdi ī requie
tis motibus volitant & huc atque illuc ferri
dicuntur. ſic tenuiſſimi pulueres quā fuſi p
feneſtras radiis ſolis videntur. Ex his arbo-
res & herbas & fruges omēs oriri & ex his
ignem & aquam vniuerſa gigni atq; cōſtare
quidam philoſophi gencium putauerūt. Sūt
autem athomi aut in corpore aut intempore
aut in numero. In corpore vt lapis Diuidis
eum inpartes & partes ipſas diuidis īgrana
velut ſūt arene rurſuſq; ipſa arene grana diui-
de in minutiſſimū puluerem donec ſi poſſis
pueniās ad aliquam minuciam que nō ſit iā
diuidi poteſt vł ſecari poſſe. Hec eſt athom9
incorporibus. In tempore. vero ſic intelligit̄
athomus. Annum verbi gracia diuidis in mē
ſes. mēſes in dies. dies ī horas adhuc partes

admittunt diuiſionem quouſq; venias ad tan
tum temporis punctum & q̃ndam momenti
particulam talem que per nullam morulam
ꝓduci poſſit & ideo iã diuidi nõ poteſt. Hec
ẽ athomꝰ temporis. Innumeris vt puta octo
diuidunt in quatuor rurſus quatuor in duos
inde duo in vnum. Vnde autem athomus eſt
quia inſecabilis eſt ſic & lutã. Nam oracionẽ
diuidis in verba. verba in ſillabas ſillabam in
litteras. Littera pars minima athomus ẽ nec
diuidi poteſt. Athomus ergo eſt quod diui
di nõ poteſt vt in geometria punctus. Nam
thomus diuiſio dicitur grece athomus indiui
ſio Nam quãtũ indiuiſibilis vnitas valeat in
rebus ad oſtendẽdam miſticam ſignificacõe;
manifeſte ſcripta deſignat qa ipſam omniũ
rerum iucium eſſe demonſtrat aplo dicente
Vnus dñs vna fides. vnum batiſma. vnus de
us & pater omnium qui eſt ſup omnes & p
omnia & in omnibus nob. qui eſt benedictus
inſecula. Vnde idem iubet nos ſollicitos ſer
uaẽ vnitatẽ ſpũs in vinculo pacis vt fiat vnũ
corpus & cuiꝰ ſpũs ſicut vocati ſumꝰ in vna
ſpe vocacõis noſtre.

## De elementis

YLen greci rerum quandam primam
materiã dicunt nullo prorſus modo
formatam ſed omnium corporalium
formarum capacem ex qua viſibilia hec ele
menta formata ſũt. Vnde & ex eius deriua
cione vocabulum acceperũt. Hanc ylen lati
ni materiam appellauerũt. ideo quia omne in
forme vnde aliquid faciendum ẽ ſemp mate
riam nuncupatur. Prouide & eam poete ſil
uam nominauerũt Nec incõgrue. quia mate
rie ſiluarum ſũt. Greci autem elimẽta ytoxa
nuncupant. eo quod ſibi ſocietatis ꝯcordia &
cõmunione quadam cõueniant. Nam ſicca in
ter ſe naturali quadã racione iuncta dicunt.
vt intro originẽ ab igne repetentes vſq; ad t
ram intro a terra vſq; ad ignem. vt ignis qui
dem in area deſinat aer in aquam denſet aq
in terram craſſeſcat. rurſuſq; terra diluatur ĩ
aqua aqua rareſcat inaerẽ aer inignẽ extenu
etur. Qua ꝓpter omnia elementa omnibus ĩ
eſſe ſed vnum quodq; eorum exeo quod am
plius habet accepiſſe vocabulum. Sunt autẽ
diuina ꝓuidencia ꝓpriis aminutibus diſtri
buta. Nam celũ angelis aerem volucribꝫ maẽ
piſcibus. terram hominibus eccleſiaſq; animã
tibꝫ creator ipſe impleuit

## De celo

CElũ dictum eo quod tamquã celatũ
vas impreſſa lumina habeat ſtellarũ
veluti ſigna. Celum aũt in ſcripturis
ſanctis ideo firmamentum vocatum quod ſit
curſus ſiderum & ratis legibus fixiſq; firma
tum. Interdum & celum ꝓ aere accipit vbi
venti & nubes & ꝓcelle & turbines fiunt. In
ſcriptura ſacra plerumq; & ea que accipi ſe
cundũ hiſtoriam poſſunt ſpiritaliter intelle
genda ſũt ait & fides habeatur ĩ veritate hy
ſtorie & ſpiritalis intellegencie captatur in
myſteriis allegorie ſicut hoc quoq; nouimus
quod pſalmiſta ait quõ videbo celos opa di
gitorum tuorũ lunã & ſtellas quos tu funda
ſti. Ecce enim iuxta veritatem hiſtorie ſtat
ſermo racionis. quia & celi opera dei ſunt &
luna ac ſtelle ab eo create atq; fundate ſunt.
Sed ſi hoc pſalmiſta iuxta ſolam hiſtoriã &
nõ eciam ſecũdum intellectum miſticum aſ
ſerit qui celos opera dei eſſe ꝓfeſſus ẽ dictu
rus lunam & ſtellas. cur nõ eciam ſolem quẽ
ſcimus quia eius opus eſt pariter enumerauᵗ
Si enim iuxta ſolam hiſtoriam loquebatᵉ dic
turus luminare minus. prius luminare maiꝰ
dicere debuit vt ante ſolem & poſt lunã atq;
ſtellas fundatas eſſe ꝓhiberet. Sed quia iux
ta intellectum myſticum loquebatur vt lunã
ſanctam eccleſiam & ſtellas homines ſanctos
accipere deberemus ſolem nominare noluit.
quia videlicet ipſi eterno ſoli loquebatur de
quo ſcriptum eſt. Vobis autem qui timetis
dñm orietᵉ ſol iuſticie. Celum autem iuxta
allegoria aliquando ipſũ dominũ ſaluatorem
ſignificat vt eſt illud. celũ celi dño quia ſanc
tus ſanctorũ & deus deorum. ita eciam celũ
celorũ recte ipſe dicitur in quo plenitudo di
uinitatis in habitat. Aliquando vero angeli
cas poteſtates ſignificat vt eſt illud in geneſi
Inp̃ncipio fecit deus celum & terrã quod pꝰ
vocauit firmamentum quia celi fuerunt hii
qui prius bene cõditi ſũt ſed poſtmodum fir
mamẽtũ appellati ſũt quia omnino iã ne ca
derent virtutem incõmucabilitatis accipiũt
Ad quos p ꝓphetam alibi dicitur. Audire
celi quia dominus locutus eſt. Item celi noĩe
ꝓphe & apli & ſancti viri exprimũt vt ẽ hᵒ
Celi enarrãt gloriam dei quia ipſi de aduen
tu xp̃i differendo orbẽ terrarum ſanctis ad mo
nicionibus impleuerũt. De quibꝫ celis alibi
dicitur. Verbo domini celi firmati ſũt & ſpi
ritu oris eius omnis virtus eorum quia xp̃o
poſt aſcenſionem deſup mittẽte ſpũm ſanctũ
apli in fide & ſciencia cõfortati ſũt. Igitᵉ in
inp̃ncipio fecit deus celum id eſt ſpiritales q
celeſtia meditantᵉ & querunt in ipſo fecit &
carnales qui terrenũ hominem nec dũ poſue
rũt. Aliquãdo eciam cõtemplacionẽ ſupnorum
celum ſignificat vt eſt illud. Aſcendunt vſq;
ad celos & deſcendunt vſq; ad abyſſos. Vſq;
ad celos quippe aſcendimus cum ſũma pene

tramus ſed abiſſos vſq; deſcendimus cum re
pente a cõtemplacionis culmine ꝑ turpia tẽp
tamenta deicimur. Plerumq; ergo in ſancto
euangelio regnum celorũ preſens eccleſia no
minat. Congregacio quippe iuſtorum regnũ
celorum dr̃. Quia enim per ꝓph̃am domin9
dicit celum michi ſedes eſt. terra autẽ ſcabel
lum pedũ meorũ & ſalomõ ait anima iuſti ſe
des ſapiencie. paulus eciã dicit xp̃m dei vir
tutẽ & dei ſapienciã liquido ꝯꝓbatur deum
&ẽ hoc eſt regnare & iudicia ſua decernere
Nam celũ & aer iſte vt ſupra diximᵘ agnoſci
tur in quo celo hoc eſt aereo helias rapt9 de
ſcribitur. & quod ap̃lus de inmundis ſpiri
tibus loquitur non eſt nob̃ colluctacio aduer
ſus carnem & ſanguinem ſed cõtra ſpiritalia
nequicie in celeſtibus & alius ap̃lus. celi aũt
qui nunc ſũt & terra eodẽ verbo repoſiti ſũt
igni ſeruati in diem iudicii. Aliquando ergo
in celi nomine ſacra ſcriptura deſignatur de
qua dicitur. Extendens celum ſicut pellem
ex qua nob̃ & ſol ſapiencie & luna ſciencie &
ex antiquis patribus ſtelle exẽploꝝ atq; vir
tutes lucent. Quod ſicut pellis extenditur.
quia per ſcriptores ſuos carnis lingua forma
tum ante oculos noſtros per verba doctorum
exponẽdo diſplicat. Cuius celi ſuperiora do
minus ĩ aquis tegit quia alta ſacri eloquii id
eſt ea que de natura diuinitatis vl̃ de eternis
gaudiis narrat nob̃ adhuc neſcientibus ſolis ã
gelis in ſecreto ſũt cognita. Nam alibi in pſal
terio legitur. Laudate eũ celi celoꝝ & aque
que ſuꝑ celos ſũt laudẽt nomẽ domini. Quã
uis in geneſi vnum celum fabricatum eſſe le
gerimus tamẽ eos plurali numero & paulus
ap̃lus appellauit qui refert in terciũ ſe celũ
raptum ibiq; talia cognouiſſe que homini nõ
licebat effari & hic plurali numero nuncupã
tur. Quod tali forſitan racione cõcordat. Di
cimus vnum eſſe palacium quod multis mẽ
bris multiſq; ſpatiis ambiatur. ita forſitan &
celi partes dicimus celos dum cõplexio atq;
ſinus eius vnus eſſe monſtretur. Aquas ve
ro ſuper celos eſſe geneſis refert. Ait enĩ di
uiſitq; aq̃s que erant ſub firmamento ab his
que erant ſuper firmamẽtum. Firmamẽtum
enim in eccleſia ſcripture diuine intelligunt.
quia celum plicabitur ſicut liber diſcreuitq;
ſuꝑ hoc firmamẽto aquas id eſt celeſtes po
pulos angelorum qui nõ opus habent hoc ſu
ſcipere firmamentum. vt legẽ legentes audi
ant verbum dei. Vidẽt enim eum ſemper &
diligunt ſed ſuper poſuit ipſũ firmamentum
legis ſue ſuper infirmitatem inferiorum po
pulorum vt ſibi ſuſcipientes cognoſcant qua
liter diſcernãt. inter carnalia & ſpiritalia q̃ſi

inter aquas ſuꝑiores & inferiores.

De partibus celi

Appellatur autem idem loc9 ethra
in quo ſidera ſũt & ſignificat eum
ignem qui a toto mundo in altũ ſe
paratus eſt. Sane ether ẽ ipſũ elemẽtũ ethe
ra vero ſplendor etheris eſt. Conſiſtunt enim
luminaria. in firmamento celi hoc ẽ in firma
mento legis dei infixa euãgeliſte videlicet &
doctores ſcripture ſancte diſputando coherẽ
tes & omnibus inferioribus lumẽ ſapiẽcie de
mõſtrantes. Prodiit eciam ſimul &ẽ mican
cium ſiderum turba id eſt diuerſarum virtu
tum in eccleſia numeroſitas que in huius vi
te obſcuritate tãq; in nocte refulgentes diui
dant in hoc firmamẽto ſcripture ſenſibilia &
intellegibilia q̃ſi inter lucem perfectorum &
tenebras populorum & ſunt inſignia virtutũ
& miraculorum.

De ianuis celi

Ianue celi duo ſũt oriens & occaſus. Nã vna
porta ſol ꝓcedit alia ſe recipit. Significant
autem ianue celi teſtamẽta diuina Vnde pſal
miſta ait. Mandauit nubibus deſuper & ia
nuas celi apuit. Mandatum eſt enim nubib9
id eſt predicatoribus vt per ianuas celi hoc ẽ
ſcripturas ſanctas predicacione glorioſa ad
uentum ſaluatoris dñi nunciarent. qui vere
manna ſumitur quando adorabili cõmunica
cione guſtatur.

De cardinibus

Cardines autem mundi duo ſeptẽtrio
& meridies. In ipſis enim voluit celũ
Significant autem cardines ipſi pre
ſentis eccleſie cõuerſacionem que per totum
orbem dilatatur & in duobus teſtamentis ſi
ue in duobus preceptis caritatis ꝯuerſans ad
futuram patriam tendendo curſũ preſentis
vite dirigit. Vnde ſcriptum eſt. Dñi enim
ſũt cardines terre & poſuit ſuper eos orbẽ

De luce

Lux poſt creacionẽ celi & terre a cre
atore primum formata eſt ad mani
feſtanda & declaranda oꝑa dei. Lux
ipſa ſubſtancia eſt lumẽ a luce manat id ẽ can
dor lucis. ſed hoc cõfundunt auctores. lucis
ergo nomine diuerſe ſignificaciões exprimũ
tur. Aliquãdo enim ipſũ deũ id eſt totã ſiml̃
ſanctam trinitatem oſtendit. aliquando filiũ
dei. aliquando ſanctos viros ſignificat. aliq̃n
ſcripturam ſacram aliquando predicaciõem
euãgelii. aliquando ſanctam eccleſiam. Sciẽ
dum nobis eſt hoc nomen luminis tocius tri
nitatis eſſe cõmune. Legitur enim. De9 lux
eſt & tenebre in eo nulle ſũt. Ergo quia pat̃
& filius & ſpũs ſanctus vnus eſt deus. recte

animaduertimus de tota trinitate eſſe dictū
deus lux eſt. & tenebre in eo nulle ſūt. Vnde
verſus iſte merito de ſaluatore dicit. In lumi-
ne tuo videbimus lumen. Quod autem xp̄us
vera lux ſit oſtendit ipſe in euangelio dicens
Ego ſū lux mūdi. Qui ſequitur me nō ambu
labit in tenebris ſed habebit lumē vite. De q̄
iohannes euāgeliſta ait. Erat lux vera que i
luminat omnem venientem in mundum. om
nem videlicet qui in luminatur ſiue naturali
ingenio ſeu ſapiencia diuina. Sicut enim ne-
mo a ſe ipſo eſſe ita eciam nemo a ſe ipſo ſapiēs
eſſe poteſt. ſed illo illuſtrante de q̄ ſcriptū ē
Omnis ſapiencia a domino deo ē. Sancti qui
dem homines lux ſūt recte vocati dicente ad
eos domino. vos eſtis lux mūdi. & apl̄o pau
lo fuiſtis aliquando tenebre nūc autem lux ī
dn̄o ſed multū diſtat inter lucē que mihi lu-
minatur & lucem que illuminat. inter eos q
partipacione vere lucis accipiunt vt luceant.
& ipſam lucem perpetuam que nō ſolum lu-
cere in ſe ipſa ſed & ſua preſencia quoſcumq̧
attigerit illuſtrare ſufficit. Aliquando autē
ſcripturam ſacram lucem intellegimus vt ē
illud. Lucerna pedibus meis verbum tuum
dn̄e & lumē ſemitis meis. Sciens ergo hui9
ſecl̄i noctem diuerſis offenſionibus irrentā vt
alibi laqueos. alibi ſcopulos alibi cōtineat ꝓ
fundiſſimas vaſtitates. pedibus ſuis verbum
dn̄i lucere teſtatur ne abſencia veri luminis
incidat ruinam quam p̄ ſuam ꝓudenciam vi
tare nō poterat. Sed hoc verbum illud debet
intellegi quod per ſcripturas ſacras ꝓpheta-
rum ore ſeminatum eſt. Quod verbum bene
appellauit lucernam que humanis vſibus da-
ta eſt ad depellandam noctis ꝓfundiſſime ce
citatem ſicut petrus apl̄s dicit. Habemus cē
ciorem ꝓpheticum ſermonem cui bene faci-
tis intendentes velut lucerne lucenti in ob-
ſcuro loco. Item lumen illuminacio fidei ē vl̄
donum ſpiritus ſancti vt in pſalmo ſignatum
eſt ſuper nos lumen vultus tui dn̄e. Item lux
& tenebre electi & reprobi vt in iob. Nū q̄d
noſti qs locus ſit lucis & tenebraꝝ ducas vnū
quodq̧ ad terminos ſuos. Itē lux & tenebre
iuſticia & iniquitas vt in apl̄o. Qui diligit
ꝓximum ſuum in lumine eſt. qui autem odit
in tenebris ambulat. Item predicacionē euā-
gelii lucerna ſignificat. Vnde ſaluator ait.
Nemo accendit lucernam & ponit eam ſub-
modio ſed ſup cādelabrum vt luceat omnib9
qui in domo ſūt. Ponere ergo eſt lucernā ſub
modio ſuperiora facere cōporis cōmoda quā
predicacionem veritatis vt ideo quiſq̧ veri-
tatem non predicet dum timet ne aliquid in
rebus coporalibus & temporalibus moleſtie
paciatur. Poteſt & lucerna hec ſuper huma
nitate ſaluatoris interpretari. Ipſe quippe lu
cernam accendat qui teſtam humane nature
flamma ſue diuinitatis impleuit quā ꝓfecto
lucernam nec credentibus abſcondere nec mo-
dio ſuponere hoc eſt ſub menſura legis inclu
dere vel intra vnius iudee gentis terminos
voluit cohibere. Candelabrum eccleſiam di
cit. Cui lucernam ſuper poſuit quia noſtris ī
frontibus fide ſue incarnacionis affixerūt vt
qui eccleſiam fideliter ingredi voluerint lu-
mē veritatis palam queant intueri. Nam &
ſancta eccl̄ia luminis vocabulo deſignatꝰ vt ē
illud. Amictus lumine ſicut veſtimento. Lu
men enim ecc̄iam ſignificat de qua ſcriptum
eſt. Que eſt iſta que aſcendit de albata. De
albata enim intelligitur in luminata. Que ſe
te velut veſtis ad uertitur domini ſaluatoris
nō habent maculam aut rugam. Ipſa eſt enī
candida hoc eſt dealbata omni decore virtu
tum adornātā. Ad quam dicit apl̄s. Omēs
qui in xp̄o baptiſati eſtis xp̄m induiſtis hanc
eciam tunica illa ſignificauit que non potuit
diuidi tempore paſſionis. Hec ē de qua dicitꝰ
Amict9 luīe ſicut veſtimentū

## ¶ De luminaribus

Luminaria autem que in celo ſunt poſi
ta diem noctemq̧ illuminant ſecūdū
creatoris ſui diſpoſicionem. & curſus
ſui officia per agunt hoc eſt ſol luna & ſtelle
iuxta qualitatem ſuam ſignificaciōes allego
ricas habent que ad laudandum dn̄m poſtq̧
angelicas virtutes ad laudem dei pſalmiſta.
Incitauit ſubſequenter prouocans ait. Lau-
date eum ſol & luna laudate eum omnes ſtel
le & lumen

## ¶ De ſole

Sol ergo & luna ac ſtelle vt quidam
dicunt & ſi aliquo proprio regantur
tamen quia carnalib9 ocl̄is patēſcūt
inferiores eſſe virtutibus que nō videntꝰ non
abſurda eſtimacione colligitur quamuis celi
ſpeciem decoro lumine ornare videantꝰ. Nā
illa aque peruenit noſter aſpectus licꝫ ſint lu
cida atq̧ ſubtilia tamen corpora eſſe manife
ſtum eſt & neceſſe eſt vt illis cedant que in-
uiſibili virtute ſubſiſtunt. Qua propter ſolē
lunam & ſtellas ſiue per propriam racionem
ſiue per alias ſenſibiles & iudicabiles ſubſtā
cias propheta laudare precepit dn̄m quia cre
atoris beneficio exiſtere meruerunt. Cōſide
rata enim tot lumina ingentes admiraciōes
poſſunt cōmouere quādo & mortales oculos
videre faciunt & ipſa vitam ſplendida clari-
tate cōſiſtunt. Igitur ſol in ſcriptura ſacra ali
quando ſignificat dn̄m ſaluatorem. aliquādo

ſanctorum ſuorum claritatem. aliquando ſa
piencie fulgorem. aliquando decorem virtu
tum & econtrario aliquando eſtum perſecu
cionis & tribulacionem preſentis vite. Nam
ſol ſaluatorem in eo exprimit quod ſicut ipſe
ſine aliorum ad miniculo ceteris ſideribꝰ hꝰ
eſt luna & ſtellis vt quidam ferunt fulgorē
preſtat ita & xp̄us ꝓpria virtute ſplendens
& nullius ope indigens ſancte eccleſie. quibꝰ
q; virtutem ſanctis ſplendorem ſapiencie. &
virtutum tribuit. Vnde in propheta ſcriptū
eſt. Orietur vobis timentibus dominū ſol iu
ſticie & ſanitas in pennis eius & alibi ex per
ſona peccatorum dicitur. Sol iuſticie non eſt
ortus nobis. Quod autem ſplendorem clari-
tatis ſanctorum reſurrectionem ſol ſignific;
oſtendit ipſa veritas in euāgelio dicens. Tūc
fulgebunt iuſti ſol ſicut in regno patris eorū
Nam ſolem ſapienciam ſignificare teſtat̄ pſal
miſta dicēs. Solem inpoteſtatē diei quoniam
inſeculum miſericordia eius. Quod ſpiritalit̄
ita intelligi poteſt vt ſolem ſapiencie dn̄s ſanc
tis ſuis miſeratus infundat quatinus illa vi-
deant que ad ipſius certum eſt pertinere iuſ
ſionem. Decorem autem virtutum & bono-
rum opm ſolē ſignificare illa dn̄i ſentēcia de
monſtrat qua ad apl̄os loquens ait. Sicut lu
ceat lux veſtra coram hominibus vt videant
opera veſtra bona & glorificent patrem ve-
ſtrum qui in cel̄ eſt. Sol ſignificat acumen ſa
piencie ſicut in iob quibuſdam ſapientibus.
ſed reꝓbis ꝑ dyabolo dicitur. Radii ſol̄ ſub
ipſo erunt ſubauditur ec̄cie fides de quo per
iohel ꝓphetam dicitur ſol cōuertetur in tene
bras quia fides ec̄cie nouiſſima perſecucione
in reꝓborum cordibus per infidelitatem ob
ſcurabitur. Sol manifeſta opacio eſt ſicut in
pſalterio dicitur ꝓ corpore aſſumpto. In ſole
poſuit tabernaculum ſuum. Deniq; in cōtra-
riam partem ſol̄ ſignificacionem ꝓlatā oſten
dit illa euāgelica parabola quam de ſementis
diuerſitatē dominus ꝓtulit dicens Alia aūt
ceciderunt in petroſa vbi nō habebant terrā
multam & cōtinuo exorta ſūt quia nō habe
bant altitudinē terre ſole autem orto eſtua-
uerunt & quia nō habebant radicem aruerūt
petrorſa vero loca que tenui ceſpite contecta
ſuſceptum ſemen cito germinare queunt ſed
vim radicis figende nō habent illa nimirum
ſūt precordia que nullis diſcipline ſtudiis e-
rudita nullas temptacionū ꝓbacionibꝰ emol-
lita dulcedine tantum auditi ſermonis ac ꝓ
miſſis celeſtibꝰ ad horam delectantur ſed in
tempore temptacionis recedunt. Sol proſpe
ritas eſt & luna aduerſitas mundi. Vt in pſal
terio per diem ſol nō vret te neque luna per

## De luna

noctem

Luna autem que menſtruis tempori-
bus creſcit & decreſcit & nō proprio
lumine lucet ſ; ſol̄ mutuato ſplēdore
illuſtratur. aliquādo in ſcripturis ſignificat
hanc mortalem vitam & miſeram aliquando
preſentem ec̄ciam Vnde in euāgelica parabo
la legitur quod homo ab ierl̄m deſcendens
in hiericho incidiſſet in latrones qui eciam di
ſpoliauerunt eum plagis inpoſitis abierūt ſe
miuiuo relicto. Hic ergo homo adā intelligit̄
cum omni genere humano. hierl̄m autē ciui
tas illa celeſtis accipitur a cuius beatitudine
adam lapſus per priuacionē & eiectus in hāc
mortalem vitam & miſeram quam bene hie
richo que luna interpretat̄ ſignificat varius.
videlicet defectuū laboribus inſtabil̄ ſemper
& caduca. Latrones autem demones intelli
gere poſſumus qui ſe ducendo adam deſpoli
auerunt eum gloria beate immortalitatis &
innocencie veſte ꝑuarent. Lunam autem fi-
gurare ec̄ciam oſtēdit ille verſus. Fecit lunā
in tempore ſol cognouit occaſū ſuum. Luna
eccl̄ia eſt quam in temporibus factam aliqū
minui cōtingit aliquando creſcere que tamē
ſic minuitur vt ſemper redeunte integritate
reparetur. Solem vero in hoc loco merito ac
cipimus dominum ſaluatorem. Iſte ergo cog
nouit occaſum ſuum id eſt gloriam ſue paſſi
onis agnouit cum diſcipul̄ ſuis diceret. Ve-
nit hora & filius hominis tradetur in manus
peccatorum. Item luna ſignificat martirum
paſſionem vt per iohel ꝓphetam dicitur. Et
luna vertetur in ſanguinem hoc eſt martirū
ſuorum cruore perfuſa. Item luna preſens ſe
culum ſignificat eo quod ſemper mitet̄. De
quo in apocalipſi dicitur de eccl̄ia. Et luna
ſubpedibus ſuis. Aliquādo autem luna inſtabi
lem mentis humane qualitatem in ſcripturis
reprehēdit vt eſt illud ſapiencie ſtultꝰ vt lu
na mitatur. quia vir duplici animo incōſtās
eſt in omnibus viis ſuis. Sed & hoc notandū
quod luna tempus paſcal̄ feſtiuitatis maxi-
ma ex parte ordinate. que ſolemnitas tunc
maxime celebrat̄ cū ſol̄ lumē animos ꝑficiēs
incremento primam ſumit de noctis vmbra
victoriam. Deinde mēſem primum anni qui
& nouarum vocatur ī quo paſcha celebremꝰ
attendimus. Ipſe autem eſt mēſis in quo mū
dus iſte formatus & homo eſt primus in pa-
radiſi ſede locatus. quia per huius myſteria
ſolemnitatis primam nos ſtolam recepturos.
primum ſuperne beatitudinis regnum a quo
in longinquam regionem diſceſſimus nos re
cepturos eſſe ſperamꝰ. De cuiꝰ gloriā regni
beatus apl̄s petrꝰ celos autem nouos inquit

& terram nouam & ꝓmiſſa ipſi9 expectam9
in quibus iuſticia habitat. Sed & iohãnes in
apocalipſi ſua. Et dixit qui ſedebat in thro-
no. Ecce facio omnia noua. Deinde eciã ter
ciam menſis eiuſdẽ ſeptimanam in paſcha ob
ſeruamus quod reſurrectionis dominice gau
diis aptiſſime congruit quia & eadem ſacro
ſancta eius reſurrectio tercia die facta eſt &
tercio tempoꝛe ſeculi id ẽ cum gracie celeſtis
aduentu tota eius in carne diſpenſacio que ꝑ
reſurrectionis conſumata eſt gloriã mundo
apparuit. Prima namq; ſeculi tempora lege
naturali per patres. media lege litteral per
ꝓphetas. Extrema chariſmate ſpiritali ꝑ ſe
ipſũ veniens illuſtrare dignatus eſt. Sed &
ipſa tunc lune conuerſio pulcherimũ nobis ſa
cramenti celeſtis ſpectaculum prebet. Nãq;
luna que rotũdi facta ſthematis a ſole lumẽ
vt ſupra diximus accipit ideoq; ſemper ex di
midio orbe quem ad ſolem habet lucida ẽ. ex
altero autem dimidio ſemp obſcura. A ꝑma
vſq; ad quintã decima lucis crementum ad
terras. defectum vero habet ad celos. a quin
ta decima autem vſq; ad nouiſſimam cremẽ-
tum eiuſdem ſue lucis a terrenis auerſũ pau
latim ad celeſtia reuertit. Que nimirum ei9
cõuerſio recte paſcal' gaudii myſteria ſignat
quibus omnem mentis noſtre gloria a viſibi
libus auertere deliciis caducisq; fauoribus
atq; ad ſolam celeſtis gracie lucem ſuſpendẽ
cõtemplando docemur. vl' ſi vtramq; eius cõ
uerſionem in bonũ delectat interpretari poſ
ſumus intellegire quod creſcẽs ad oculos hu
manos lumen lune virtutum graciam quib9
apparens in carne dominus mundo illuxit in
ſinuet de quibus dicitur & iheſus ꝓficiebat
ſapiencia & etate & gracia apud deũ & ho-
mines recreſcens vero ad celos reſurrectiõis
aſcenſioniſq; illius gloriam deſignet que in ſe
quidem ipſa mox perfecta ꝑuenit ſed in ani
mo fidelium quibus dea lucis ſue ꝓfectibus
vſq; ad finem ſeculi creſcere nõ deſinit. Re-
ſurgens enim dominus a mortuis primo ſin-
gulis ac binis ac deinde pluribus. modo ſep-
tem. modo vndecim. & pluſq; quingẽtis fra
tribus ſimul ad vltimum diſcipul' omnibus
apparuit. quibus videntibus aſcenſur9 in ce
lum precepit eos ſue diſpenſaciõis eſſe teſtes
in hierl'm & in omni ſamaria & vſq; ad vlti-
mum terre. Et bene luna cum noſtros creſc'
ad oculos paulatim a ſole recedit. cum vero
ad celos. paribus ad eum ſpaciis redit. Hoc
eſt enim quod ipſe dicit. Exiui a patre & ve
ni in mundum. iterum relinquo mundum &
vado ad patrem. Et quod de illo pſalm9 ait.
A ſummo celo egreſſio eius & occurſus eius vſ
q; ad ſũmum eius. Quia ergo luna eo ſue lu-
cis in cremento quod exiens a ſole ad noſtros
euoluit optutus. domini ſaluatoris in carne
vſq; ad tempora paſſionis doctrinã virtutes
q; ſignificat eo autem quo ad ſolẽ rediẽs pau
latim ad inuiſibilem nobis celi faciem recolli
git. reſurrectionis illi9 ac poſteriores glorie
miracula demonſtrat merito a quĩta decima
paſcal' nõ gaudiis apta predicatur. Huis qui
dem paſchal' temporis a legis obſeruacione
ſumptis iudiciis heredes noui teſtamẽti eciã
diem dominicam quã ſcriptura vnam ſiue ꝑ-
mam ſabbati cognominat annectimus. Nec
in merito que & condictione primitiue lucis
excellens & triumpho dominice reſurrectio
nis in ſignis & noſtra quoq; nob' reſurrectiõe
manet ſemp exoptabil'. Septem quoq; dies
lune id ẽ a quinta decima vſq; ad viceſimam
primam ꝑ quos ea dominica naturali ordine
diſcurrit vniuerſitatem eccl'ie que ꝑ totum
mundum paſcalibus eſt redempta myſteriis
a parte denunciant. Nam & ſeptenario ſepe
numero vniuerſitatẽ deſignare ſcriptura cõ
ſueuit. Vnde quod ait ꝓpha ſepcies ĩ die lau
dem dixi tibi. nil melius intelligitur quam
quod alibi ait ſemper laus eius in ore meo.
Et ſpecialiter totã catholice eccl'ie ꝑfectio-
nem eo figurari iohãnes teſtatur. qui ad ſep
tem aſie ſcribens eccl'ias vniuerſalis ꝑ orbem
eccl'ie myſteria pate facit. Vnde & per om
nia que ſingul' ſeptem ſcribit hoꝛtmenta hunc
verſiculum intexere curauit. Qui habet au
res audiẽdi. audiat quid ſpũs dicat eccl'iis.
Quod vni cuilibet dixerat hoc oĩbus ſe dixiſ
ſe ꝓbat eccleſiis. Nec minus eciam moralem
nobis cõmendãt paſcalia tẽpora ſenſũ. ĩ noĩe
quidem paſche vt de viciis ad virtutes tran
ſitum cottidie faciamus ſpiritalem. In menſe
autem nouarum in quo ad vlti fruct9 aduen
tu ſuo ꝓnunciãt veterem ceſſacionem vt ex
uentes veterem hominem cum actibus eius
renouemur ſpũ mentis noſtre & induamus
nouum hominem qui ſecũdum dñm creatus
eſt in iuſticia & ſanctitate & veritate. & vt
vegetati diuerſarũ varietate virtutũ earũq;
volis veluti amoene arboris ad vmbracione
velati tamquam lete atq; fructiffere ſegetes
pullulemus in pleni lunio vt ꝑfectum ſplen-
dorem fidei & ſenſus gerentes a peccati te
nebris ſegregemur. in reuerſa eadem luce lu
nari ad celos quod a qinta decima luna fieri
ĩcipit vt qñto magni ſum9 humiliem' ĩ om
nibus dicentes cũ apl'o ſinguli gracia autem
dei ſũ id ẽ quod ſũ. Que profecto gracia mu
neris ſuperni quia tercia tempore ſeculi ma-
nifeſtus effuſa eſt. pulcherima figurarũ con-

ſequenciā tercia lune ebdomade lumen ipſiꝰ
quod catenus ad terras creuerat ad celeſtia
iam creſcere incboat pulcbre banc in paſcba
obſeruare precipimur. vt gracie quam acci-
pimus nunquam obliti ꝑ ſingulos gradus ſpi
ritalis tranſitus largitori illius obediēdo vi
cem rependere meminerimꝰ. vel certe incre
ſcente ad bomines luna vite nob actiue. in ꝯ
uerſa vero ad celos ſpeculatiue typus oſten-
ditur vel in bac nobis cōuerſione dilectio ꝓx
imi in illa noſtri ſignatur auctoris aut huc cō
uerſꝰ lucis eiꝰ ꝑfectꝰ vt bona foras operemur
admonꝫ porro illuc vt eadē bona opa ſolo ſu
perne mercedis intuitu geramus. huc vt lu-
ceat lux noſtra corā bominibus vt videāt bo
na noſtra opera illuc vt glorificēt patrem no
ſtrum qui in celis eſt

xii

## De ſyderibus

Sideria & aſtrorum bec diſtancia eſt
Stelle g° & ſidera & aſtra. ita int ſe
differunt Nam ſtella eſt quelibꝫ ſin
gularis. ſidera vero ſūt ſtellis plurimis facta
vt biades pliades aſtra autē ſtelle grādes vt
orion boetes. Sed bec nomina ſcriptores cō
fundunt & aſtra ꝓ ſtellis & ſtellas ꝓ ſyderi
bus ponunt. Et ſtellas nō babere ꝓprium lu
men ſed a ſole illuminari dicuntur ſicut & lu
na. Sidera vero aliquando in bonam partem
aliquando in contrariā accipiuntur. In bonā
ergo partē accipiūtur quādo ſanctos & elec
tos dei ſignificant qui ſunt in eccia. Vnde eſt
illud quod ad abrabam dominus ait. Multi-
plicabo ſemen tuum ſicut ſtellas celi. & apo
ſtolꝰ ſtella inquit ab ſtella differt in claritate
ſic erit & reſurrectio mortuorum. Stella xp̄s
eſt vt in apocalipſi. Ego ſū ſtella ſplendida &
matutina & alibi orietur ſtella ex iacob. & ī
apocalipſi ſeptē inquit ſtelle angeli ſūt ſep-
tem eccleſiarū. Nam & apl's paulus ſeptem
ſcribit eccleſiis nō tamē biſdem quibus iobā
nes. & ſeptem loca figura ſūt tocius eccleſie
que ſeptiformis ſpūs ſancti graciam babet.
Hinc & pſalmiſta de creatoris ope ait lunam
& ſtellas in poteſtatem noctis quoniā in ſe-
culum miſericordia eiꝰ. Lunā vt iam diximꝰ
eccleſiam debemus accipere. ſtellas diuerſos
eius ordines ſanctitate pollentes vt ſūt epi-
ſcopi p̄ſpiteri diaconi & ceteri qui velut ſtel
le celeſti noſcuntur cōuerſacione radiare. Hec
omnia in poteſtate noctis. id ē in ſeculi iſtius
tenebris data ſūt vt ꝑ eos caliginoſa reluce-
ant corda mortalium. Item ſtelle ſūt ſancti ſi
ue docti eo quod virtutum operibus in boc
mundo reſplendent vt in pſalterio. qui nu-
merat multidinem ſtellarum & omnibus eis
nomina vocat Aſtra ſūt ſancti angli vt ī iob
Cū me laudarēt aſtra matutina. In contrariā
ergo ſignificacionem ponuntur ſidera quan-
do aut pūerſos angelos ſignificant aut bere
ticos. ſiue bypocritas. Peruerſos g° angelos
de celo cecidiſſe teſtatur apocalipſis dum di-
cit draconem terciam partē ſyderū ſecū trax
iſſe in terram. Hereticos autem ſub ſiderum
nomine denotat iudas apl's in epiſtola ſua di
cens Sidera errancia quibꝫ ꝓcella tenebraꝝ
ineternum ſeruata eſt. Hypocrite autem qui
ꝑ fictas ſpecies virtutum ſanctos imitari vi
dentur tamē ipſi velut ſtelle de celo in terrā
cadunt dum a ſanctorum cōſorcio ſequeſtra-
ti inter peccatores aſcribūt

xiii

## De pliadibus

Pliades autem & arcturus quid ſig-
nificent in ſentencia qua dominus ad
beatum iob locutus eſt animaduerti
poteſt. Ait enim. Nunquid iūgere valebis ī
micātes ſtellas pliades aut girum arcturi po
teris diſſipare. Pliades ſtelle a potu pliſta id
eſt a pluralitate vocate ſūt ita autē vicine ſi-
bi & diuiſe ſūt condite. vt & ſimul ſint & ta
men coniugi nequaquam poſſint quatinus
in ciuitate quidem coniuncte ſint ſed tactu
diſiuncte.

xiiii

## De arcturo

Arcturus vero ita nocturna tempo
ra illuſtrat vt in celi axe poſitus ꝑdi
uerſa ſe vertat nec tamē occidat. Ne
q̄ enim extra currens voluitur ſed in loco ſi
tus in cunctis mundi partibꝫ nequāquā caſu
rus inclinatur. Quid enim micātes pliades q̄
& ſeptem ſūt aliud quam ſanctos omnes de
nūciant qui inter preſentis vite tenebras ſpi
ritus ſeptiformis gracie nos lumine illuſtrāt
quia ab ipſa mundi origine vſq; ad eiꝰ termi-
num diuerſis temporibꝫ ad ꝓpbetādū miſſi
iuxta aliquid ſibi coniuncti ſūt & iuxta aliqd
nō cōiuncti. Stelle enim pliades ſic ſupra dic
tum eſt in ciuitate ſibi coniūcte ſūt tactu diſ
iuncte. ſimul quidē ſite ſūt & tamē lucis ſue
vicitatis radios fūdūt. Ita ſancti omnes alius
atq; alius ad predicandum temporibus appa
rentes. & diſiuncte ſūt ꝑuiſionem ſue mag-
nus & coniuncti ꝑ intencionem mētis. Simꝉ
micant quia vnum p̄dicant ſed nō ſemetipſo
tangūt quia diuerſis temporibus paciuntur
Quam diuerſis temporibus abel eſaias. & io
bānes apparuerūt diuiſi quidem tēpore fue-
runt ſed nō predicacione. In arcturo aūt qui
ꝑ girum ſuum nocturna ſpacia nō occaſurus
illuſtrat nequaquam particulatim edita vita
ſanctorum ſed tota ſimul eccleſia deſignatur
que fatigaciones quidem patitur nec tamen
ad defectum ꝓprii ſtatus inclinatur. Girum

laborum tollerat ſed ad occaſū cum tempori
bus nō feſtinat. Nec enim ad ima poli arctu
rus cum nocturno tempore ducitur ſed dum
ipſa voluitur nox finitur. quia nimirum dū
ſancta eccleſia innumeris tribulacionibꝫ qua
titur preſentis vite vmbra terminat̄ eaꝗ̄ ſtā
te nox preterit quia illa in ſua incolomitate
ꝑdurante mortalitis huius vita ꝑcurrit. Po
teſt ergo ꝑ arcturū qui a plagas frigoris na
ſcitur lex per pliades vero que aboriente ſur
gunt teſtamēti noui gracia deſignari. Quaſi
enim ab aquilone lex venerat que tanta ſub-
ditos rigiditatis aſperitate terrebat. dū pro
culpis ſuis alios preciperet lapidibꝫ obrui ali
os gladii morte mulctari. Pliades vēo que ip
ſe quoqꝫ ſicut ſupius diximus ſeptem ſūt te-
ſtamenti noui graciā tanto apci9 indicant ꝗ̄n
to cuncti liquido cernimus quod ꝑ illud fide
les ſuos ſanctus ſpiritus ſeptiformis mune-
neris lumine illuſtrat. Quamquā ergo ſe arc
turus vertit pliades oſtendit quia per omne
quod teſtamentum vet9 loquitur teſtamēti
noui opera nunciantur ſub textu enim littē
ſ̄git miſteriū ꝓphecie

### De orione & hiadibꝫ .xv

De orione autem & hiadibus ſimilit̄
beatus iob ſignificacionem miſticam
expreſſit dicens. Qui fecit arcturū
& oriona & hiades & interiora auſtri. Orio
nes quippe in ipſo pondere temporis hiema
lis oriuntur ſuoqꝫ ortu tempeſtates excitant
& maria terraſqꝫ ꝑturbant. Quid ergo poſt
arcturum ꝑ orianas niſi martires deſignant̄.
qui dum ſancta eccleſia ad ſtatum predica-
cionis erigitur pondus ꝑ ſequēciū moleſtias
qꝫ paſſuri ad celi faciem quaſi inhieme vene-
runt. Bene autem ſubdidit ꝓtin9 hiades que
iuueneſcente verno ad celi faciem prodeunt
& cum ſol iam caloris ſui vires exerit exten
duntur. Illius quippe ſigni viciis inherēt qꝫ
ſapientes ſeculi taurum vocāt ex quo augeri
ſol īcipit atqꝫ ad extēdēda diei ſpacia feruen
cior exſurgit. Qui itaqꝫ poſt orionas hiadum
nomine niſi doctores ſancte eccleſie deſignāt̄
q ſub ductis martiribꝫ eo iā tempore ad mū
di noticiam venerunt quo fides clarius elu-
cet & repreſſa infidelitatis hieme alcius pre
cordia fidelium ſol ueritatiſ calet qui ī mota
tempeſtate ꝑſecucionis expletis longis nocti
bus infidelitatis. tunc ſancte eccl'ie orti ſūt
cum ei iam ꝑ credulitatis vernum lucidior
annus apitur. Nec in merito ſancti docto-
res hiadū nuncupacione ſignātur. Greco qp-
pe eloquio hiadas pluuia vocatur. & hiades
nomē a pluuiis acceperūt quia orte ꝓcul du
bio imbres ferunt. Bene ergo hiadū appella-
cione expreſſi ſūt quia ad ſtatum vniuerſal̄
eccleſie quaſi in celi faciem deducti ſup aren
tem terram humani pectoris ſancte ꝑdicacō
nis imbres fuderūt. Cum enim dixiſſet qui
fecit arcturū & orionas & hiades ꝓtinus ad
didit & interiora auſtri. Quid namqꝫ hoc in
loco auſtri nomine niſi feruor ſancti ſpiritus
deſignatur. Quo dum repletus quiſqꝫ fuerit
ad amorē patrie ſpiritalis igneſcit. Interiora
ergo auſtri ſūt occulti illi angelorū ordines
& ſacratiſſimi patrie celeſtis ſinus quos impl'ꝫ
calor ſpūs ſancti. Illuc quippe ſanctorum ani
me & nunc corporibus exite & poſt corpori-
bus reſtitute perueniūt & quaſi in auſtri ab
ditis occultant̄

### De lucifero .xvi

Lucifer ergo aliquando in bonam par
tem ſignificacionem trahit aliquan
do in contrariam. Tunc enim in bo
nam partem ponitur. quando aut dominum
ſaluatorem aut lumen vere ſapiencie ſignifi
ficat. Nam dominum ſaluatorem illa ſetēcia
libri iob denotat qua dicitur. Nunquid ꝓdu
cas luciferum in tempore ſuo. Luciferum er
go ſe xp̄s innotuit quia diluculo amorte re-
ſurrexit & fulgore ſui luminis mortalitatis
noſtre caliginem preſſit. Cui bene ꝑ iohān̄e
dicitur. Stella ſplendida & matutina. Vni9
quippe apparēdo poſt mortem matutina no
bis ſtella factus eſt. quia dum inſemetipo ex
emplum noƀ reſurrectionis ꝑbuit que lux ſe
quatur indicauit lucem ergo ſapiencie & bo
ni intellectus illa ſentencia beati petri oſten
dit qua ait Habemus firmiorem ꝓpheti-
cum ſermonem. cui bene facitis attendentes
donec dies luceſcat & lucifer oriatur in cor-
dibus veſtris lucifer ipſe clarus intellect9 no
ſter eſt qui illuſtrabitur lumine vere ſapiēcie
ꝑfecte caritatis. Incontrariam vero ponitur
lucifer vbi ꝑ eſaiam ꝓphetam in onere babi-
lonis ſub typo regis babilonie ad apoſtatam
angelum dicitur quomodo cecidiſti de celo
lucifer qui mane oriebaris &c̄. Nā ibi ruina
ei9 de claritate eterna in infernales tenebras
oſtenditur.

### De veſpere .xvii

Veſpere vēo aūt finē mūdi & aduētū
anticriſti ſignificat aut occubitū mō
tis redemptoris noſtri aduentum an
ticriſti veſper ſignificat in illa ſupiora ſentē-
cia iob qua poſt ꝓductionem luciferi ſubſe-
quenter legitur. Et veſperum ſup filios terre
cōſurgere facis. Veſperum vero ſup terre fi
lios dominus cōſurgere facit quia infidelibꝫ
iudeorum cordibus dominari anticriſtū eoꝝ
merito exigēte permittit. Qui idcirco a dn̄o

huic veſperi iuſte ſubduntur quia ipſi ſponte
ſua filii terre eſſe voluerũt. Terrena quippe
& nõ celeſtia requirentes a pſpiciendo lucife
ri noſtri claritatem cecati ſũt. & dum p̃ eſſe
ſibi veſpum expetunt ſubſequẽtes dampna-
cionis pena mergunt̃

De aere ... lxviii.

AEr eſt inanitas lumen plurimum ha
bens ad mixtum raritatis q̃ʒ cetera
elementa. De quo virgilius longum
ꝑmane ſecutus. Aer dictus
ab eo quod ferat terram vel quod ab ea ferat̃
Hic autem partim ad terrenam. partim ad
celeſtem materiam ꝑtinet. Nam illa. ſubtilis
vbi ventoſi ac ꝓcelloſi motus nõ poſſunt exſi
ſtere ad celeſtem ꝑtinet partem iſte vẽo tur
bulencior qui exaltacionibus humilis corpo-
reſcit terre deputatur quiqȝ exſe multas ſpe
cies reddit. Nam cõmotus ventos facit. ve-
hemẽcius cõcitatus ignes & tonitrua. cõtrac
tus nubila. cũ ſpiſſatus pluuiam. cõgelan-
tibus nebulis niuem. Turbulent congelan
tibus denſioribus nubibus grandinem. diſte
nus ſerenum efficit. Nam aerem denſũ nu-
bem eſſe. nubem rare factã & ſolutam aerẽ
Aer autem ſignificat inanitatem cuiuslibet
rei. Vnde apl'ſ ait Sic pungno nõ quaſi ae-
rem verberans id eſt nõ inania cõſectãs. Itẽ
aer ſignificat tenuitatem mencium ſeculariũ
vt eſt illud in iob. Subito aer cogetur in nu-
bes & ventus tranſiens fugabit eas. Quid er
go p aerem niſi mentes ſecularium deſignan
tur que in numeris huius vite deſideriis de
dite huc illucqȝ more aeris fluide diſpgũt.
Sed aer ĩ nubes cogit̃ cũ fluxe mẽtes pſupni
ſpectus graciam virtutis ſoliditate roboran
tur ventus ergo tranſiẽs nubes fugat qa mõ
talis vita p currẽs p̃dicatores ſanctos a nr̃is
oculis corporaliter occultat. Aliquando aũt
p̃dicatores diuini verbi aer ſignificat vt ẽ il
lud pſalmiſte. Tenebroſa aqua in nubibus ae
ris idem in ꝓhetis p̃dicatoribus verbi quia
quamuis ſe aliquis putet dicta eorum intelli
gere ad ipſam ſicuti eſt virtutem dictorum ĩ
totum vix puenire poteſt ſicut dicit apl'ſ. Vi
demus nunc p ſpeculum in enigmate tũc au
tem facie ad faciem quando ipſũ videt quod
credidit ipſum congnoſcitur reſpicere quod
ſperauit.

De nubibus ... lxviiii

NVbes dicte ab nubendo idem operiẽ
do celum vnde & nupte quod vultus
ſuos velẽt vnde & neptun9 quod nu
bat id ẽ mare & terrã tegat. Nubes autem
aeris denſitas facit. Venti enim aerem cõglo
bant nubeſqȝ faciunt. Vnde eſt illud Atqȝ in
quando incarnacionem xpi ſignificat nullo
nubem cogitur aer. Nubes autem miſtice ali
peccati põdere grauatã ſiue virginem mariã
aliquando ꝓtectionem ſpũs ſancti. aliquãdo
ꝓphetas & p̃dicatores ſanctos. Nam incar-
cionem xp̃i ſignificat illud eſaie ecce domin9
aſcendet ſup nubem leuem & deſcendet ine-
gyptum & illud in exodo dñs inquit p̃cede
bat eos ad oſtendendam viam p diẽ in colũ-
na nubis & p noctem ĩ columna ignis. Nubs
enim iſta p̃cedens criſtus idem eciam colũna
quia rectus & firmus & fulciens infirmitatẽ
noſtram p noctem lucens. p diem non lucens
vt qui nõ vident videant & qui vident ceci
fiant. Poteſt & ſic nõ incõgrue accipi qđ xp̃i
ſacramentum tanquam in die manifeſtum ẽ
in carne velut in nube. in iudicio vero tanqȝ
interrore nocturno quia tunc erit magna tri
bulacio ſeculi tanquam ignis & lucebit iuſtis
et ardebit in iuſtis. Illud autẽ quod in euãge
lio legitur vbi dominus coram tribus diſci-
pul' transfiguratus eſt in monte & ecce nu-
bes lucida obumbrauit eos quia materiale ta
bernaculum petr9 queſiuit nubis accipit vm
braculum vt diſcat in reſurrectione nõ teg-
mine domorum ſed ſpirit9 ſancti gloria ſanc
tos eſſe ꝓtegendos. Et notandum quod ſic'
domino in iordane baptiſato ſic & in monte
clarificato tocius ſancte trinitatis miſterium
de claratur. Nam vbi pater in voce filius in
baptiſmate. & ſpiritus ſanctus incolũba oſtẽ
ſus eſt. hic vero pater in voce filius in clarifi
cacione ſpũs ſanctus in nube demonſtrat9 ẽ
quia nimirum gloriam eius quam in baptiſ-
mo credentes cõfitemur in reſurrectione vi
dentes cum laudabimus Quod autem nubes
ꝓphetas ſiue p̃dicatores diuini eloquii ſigni-
ficẽt oſtẽdit illud in pſalmo multitudo ſonit9
aquarum vocẽ dederũt nubes quaſi maẽ con
fragoſũ ita in ſanctis eccleſiis reſonant diuẽ
ſa vota ppl'orum ſed quare ſit ſonitus factus
multitudinis aquarum pulchre ſubicit quia
vocem dederũt nubes. Nubes predicatores
ſignificari ſepe iam diximus de quibus ſcrip
tum eſt mandabo nubibus ne pluant eam ſu-
per imbrem qui vocem ſuam magnam dede
rũt cum precepta domini vulgauerunt in to
to orbe terrarum ſicut & alius pſalmus ante
p̃dicauit. In omnem terram exiuit ſonus eoꝝ
& in fines orbis terre verba eorum. Nubs ẽ
ꝓtectio diuina ſicut in exodo legitur taber-
naculum federis nubs obumbraſſe. Nubs ob
ſcuritas eſt ſcripturaꝝ vt in pſalterio. Qui o
perit celum nubib9

De tonitru. Et fulgore. Et cho-
rus Cationibus ... ca. xx.

TOnitruum dictum quod ſonus eius
terreat . Nam tonus ſonus qui ideo
interdum tam grauiter cõcutit oĩa
ita vt celum debiriſſe videatur quia cum ꝑ
celle vehementiſſimi venti nubibus ſe repẽte
in miſerint turbine in valeſcente exitũq; que
rẽte nubem quam excauauit impetu magno
reſcindit ac ſic cum horrendo labore deferẽ
ad aures. Tonitruũ aliquãdo in ſcripturis di
uinam vocem ſignificat vt eſt illud . intonuit
de celo dominus & altiſſimus dedit vocẽ ſu
am . qppe q erat ingencia ſacramenta locutu
rus ait enim in euãgelio vox omnipotis pa-
tris . & clarificauit & iterum clarificabo vñ
multi ſicut ibi legitur tonitruũ fuiſſe credi-
derũt . Altiſſimus autem dedit vocem ſuam
quãdo dictum eſt hic eſt filius meus dilect9
in quo mihi bene conplacui . aliquando vero
ꝑdicacionem deſignat euangelii vt eſt illud
vox tonitrui tui ĩ rota . Inrota g° idẽ ĩ mũdo
vox tonitrui eius egreſſa eſt quãdo predica-
tores xp̄i circulum tocius orbis verbis tonã-
tibus impleuerunt . Cum tonitruo autem ſi-
mul & fulgur exp̄mitur ſed illud celerius vi
detur quia clarum eſt . hoc autẽ idẽ tonitru-
um ad aures tardi9 ꝑuenit . Fulgor & fulme
nictus celeſtis iaculi aferiendo dicti . fulgi e
nim ferire eſt atq; ꝑcutere . fulmina autẽ col
liſa lumina faciunt . Nam omnium rerum col
liſio ignem creat vt in lapidibus cernim9 vł
a territu rotarum ſimili mõ in nubibus ignis
vnde & prius nubilia ſũt deinde ignis . ex vẽ
to autem & igne fulmina in nubibus fieri &
in pulſu ventorum emitti . Ideo autem fulmi
nis ignem vim habere maiorem qui ſubtilio
ribus elemẽtis factus eſt quam noſter id eſt
qui nobis in vſu eſt . Tria ſũt autem ei9 nomi
na fulgus quia tãgit fulgor quia ĩcendit &
vrit fulmẽ quia findit ideo & cum ternis rã-
diis pingitur fulgora autẽ ſiue coruſcacioĩs
myſtice diuinos in ſcripturis exp̄mũt terro-
res que in miraculł coruſcantibus fiunt vel
cõmunicaciões que ſcripta ſũt in lege diuina
vt eſt illud . Illuxerunt coruſcaciões tue orbi
terre vidit & cõmota eſt terra . Coruſcacio-
nes diuina p̄cepta dic᷑ veritatis lumine radi
ancia . que tenebras hominũ ꝑtotum mundũ
ſalutari illuminacione fugauerunt . Et ali bi
ita dicitur fulgora multiplicauit & cõturba
uit eos id eſt miracula multa fecit que ſic cor
da uiuencium ꝑmouerunt quemadmodum
crebra ſolent fulgora viſa terreri . Contur-
babauit eos de his dicit qui tunc conturbati
ſũt quãdo eum reſurrexiſſe manifeſtis ꝓbaci
onibus agnouerũt

De arcu celeſti ca . xxi .

ARcus celeſtis dictus a ſimilitudine
curuati arcus . Iris huic nomen ꝓp̄ũ
eſt & dicitur iris q̄ſi aeris id eſt q̄đ
ꝑ aerem ad terram deſcendat . Hic autem a
ſole reſplẽdet dum caue nubes ex aduerſo ra
dium ſolis accipiũt & arcus ſpeciem fingũt
Cui vari9 color eſt quia aqua tenuis aer luci
dus & nubes caligantes in radiate illi varios
creant colores . Arcus autem celeſtis eſt ſig-
num teſtamẽti quod poſuit deus inter ſe &
homines atq; omnẽ animam uiuam ne ꝑdat
eam diluuio . Nam quod ille apparet in nubi
bus & nũquam niſi de ſole reſplendet ſig̃ficat
quia illi nõ pereũt diluuio qui in ꝓphetis &
omnibus ſcripturis diuinis tanquam dei nu-
bibus virtutem agnoſcũt xp̄i . Nam quod in
eodem arcu color aque & ignis ſimul oſtẽdiẽ
quia ex parte ceruleus eſt & ex parte rubicũ
dus apparet quod vtriuſq; iudicii teſtis ſit
vnius videlicet faciendi & alterius facti id ẽ
quia mund9 iudicii igne cremabitur nõ aqua
diluuii vltra delebitur . Iris id eſt arcus duo-
rum iudiciorum dei figuram habere dicitur
hoc eſt primi quod ꝑdiluuium ſecũdi quod ꝑ
ignem vt eſt illud in apocalipſi . Et iris incir
cuitu eius . Serenitas ẽ indulgencia delictoꝝ
ꝑ ſanguinẽ ihũ xp̄i p9 tenebras peccatorum
data vt ẽ illud ĩ euãgelio Facto veſpe dicitis
ſerenum erit rubicundũ eſt enim celũ

De igne ca . xxii .

IGnis ergo qui quartum mũdi eſt elemẽtum
aliquando exp̄mit zelum dei . aliquando ſpi-
ritum ſanctum . aliquando caritatem aliquan
do cupiditatem . aliquando maliciam . aliq̃n
intellectum . aliquãdo tribulacionem . aliq̃n
iram . aliquãdo voluptatem . zelum enim dei
illa ſentẽcia notat qua dicitur . Deus noſter
ignis cõſumẽs eſt . Nam ſp̄ũm ſanctum de-
mõſtrat quia in die pẽtecoſtes . in linguis ig
neis ſuper apłos apparuit vbi eos luce ſapiẽ-
cie illuminauit . & zelo iuſticie corda eorum
accendit . Caritatem aũt ſignificat vbi feruo
rem dilectionis exprimit vt eſt illud in euan
gelio . Ignẽ veni mittere in terrã . & q̄đ volo
niſi vt ardeat . Cupiditatem autem ſignificat
quãdo ambicionem nimiam terrenarum reꝝ
denotat . Vnde in exodo dñs p̄cepit de obſer
uacione ſabbati nõ ſuſcendetis inquit ignem
in omnibus habitaculis veſtris ꝑ diem ſabba
ti h° eſt ignẽ cupiditatis tã incorporibus hu
manis quam eciam in cõuenticulis vniuerſis
vetat incendere . Maliciam aũt ſignificat ig
nis q̃n cor malum ad inferiora ſemper incur
uatum demõſtrat . De quo igne dicitur . Nũc
ignis aduerſarium cõſumet quia peſſimum
cor ex ſua malicia tabeſcit ſicut autem ignis

amoris mētē erigit ita ignis malicie inuoluit
Tribulacionem autem ignis ſignificat vt eſt
illud in pſalmo. Igne nos examinaſti ſicut ig-
ne examinatur argentū. Tunc autem irā ſig-
nificat quādo vindictam celeſtem oſtēdit vt
eſt illud. Conſumam eos igne ire mee ait do
minꝰ & alibi quia ignis inquit exarſit ab ira
mea & ardebit vſq; ad inferos deorſū. Tunc
autem voluptatem ignis ſignificat quando
libidinis ardorem oſtendit vt eſt illud. omēs
adulterātes ſicut carbo ignis ardēs corda eo
rum Quibus niſi ſubuenerit penitencie re-
medium ignis pene perpetue ſubſequet̄ vbi
erit fletus & & ſtridordēcium & cruciatus
ſempiternꝰ. De quo ī yſaia ſcriptum ē. Ecce
omnes vos accenſi igne accincti flammis. am
bulate in lumine ignis veſtri. Habēt enī pec
catores inſe fenū. ligua ſtipulam. ſpinas &
tribulos ſoluimq; que eterno tradūtur incen
dio. Hi tamen ꝓuocant̄ ad ſalutem. dicit̄ q̄
eis ambulate in lumine ignis veſtri & flam-
mis & reliqua vt in pēnis & ſuplicíis diſtant
dei potenciam & redeant ad ſalutem. Item
ignis intellectus in ſacris eloquiis accipitur
bonus vel malus ſic̄ in leuitico de filiis aaron
dicit̄ qui ignem alienū ī cōſpectu domini ob
tulerūt & ibi cōſūpti ſūt. Fumꝰ autem ali-
quando in bonā partem. aliqñ in contrariam
ponitur. Nam quod dicit pſalmiſta aſcendit
fumꝰ in ira eiꝰ & ignis a facie eiꝰ exardeſcit
fumꝰ hic in bono poſitus eſt quia ſicut iſte t-
renꝰ inutiles lacrimas mouet. ita & ille peni
tencie calore ſuſcenſus fructuoſe ꝓfundit flu
enta lacrimarū in ira eiꝰ. hoc eſt tempore q̄
hic peccatores futuri iudicii timore contur-
bat vt eos ad ad remedium cōuerſionis addu
cat. Ignis autem eſt caritas dei virtutum ꝓ-
greſſionibus creſcens que quanto magis cō
cupiſcitur tanto efficaciꝰ ampliat̄. Bene aūt
dixit a facie eius quoniam ipſiꝰ illuminacio-
ne caritas cōcedit̄ eis qui peccata relinquūt
Quod autem alibi de peccatoribus dicit̄. ſic̄
defecit fumꝰ deficient hic peccatorum pena
predicit̄. Fumꝰ enim eſt ex flamma iſta cor
ruptibili ſurgens tenebroſa conglobacō que
q̄ntū plus extollitur tantum ꝑ inania tenuat̄
Huic peccatores merito cōparantur quō ex
flamma nequicie ſue ꝓducunt fumiferas ac-
ciones que licet ad alciora ſuperbia faciente
cū ſurgant neceſſe eſt vt ſua magis velut fu-
mꝰ elacione deficiant

¶ De prunis ¶ ca. xxiii.

Prune autem ſignificant illicitas cō-
cupiſcencias anime que polluūt greſ
ſus operum humanarum. Vnde eſt il
illud dum ambulat ſuper prunas plante eius

nō cōburentur. Hinc in iob de leuiathan ſcrip
tum ē. Halitus eius prunas ardere facit. qd
prunas niſi ſuccenſas internis cōcupiſcenciis
reproborum mentes apellat. tociens enim le
uiathan halitus prunas accendit quociens oc-
culta ſugeſtio humanas mētes ad delectacō
nes illicitas ptrahit. & flamma de ore eius
egreditur quia quicquid per ſe quicquid per
predicatores ſuos loquitur ignis eſt. quo nō
aurum neq; argentum ſed lignum fenum ſti-
pula. cōcrematur.

¶ De carbonibꝰ ¶ ca. xxiiii.

Carbones autem ſignificant nigredi
nem peccatorum. Vnde ē illud. Car
bones ſuccēſi ſūt ab eo. Carbones ve
ro ſuccenſos peccatores dicit. qui velut car
bones mortui in mūdi iſtius cecitate tenebrā
tur ſed iterum penitencia ī flammante reui
ueſcunt & ex mortuis prunis viui incipiunt
eſſe carbone. Similiter & illud quod in pſal
mo legitur. Sagitte potentis acute cum car
bonibus Carbones autem deſolatorios non
nulli peccatores te terrimos atq; malis acti-
bus extinctos intelligere voluerunt. quorū
formido & recordacio noſtra vicia deſolare
noſcūtur dum metuimꝰ talia cōmittere que
illos cognouimꝰ ptuliſſe poteſt autem & il-
lud intelligi vt carbones deſolatorios ora-
ciones accipiamus caritatis igne ſuccenſas q̄
nos viciis ita mundant atq; purificant vt qd
in nobis dyabolus cōſtrinxerat deſolutū atq;
euerſū diuino beneficio ſenciatur ſiue magis
illud eſt quod eſaias ait & volauit ad me vnꝰ
de ſeraphin & in manu habebat carbonem ig
ni quem forcipe acceperat de altari & teti-
git os meū & dixit ecce tetigit hoc labia tua
& ait. ecce abſtuli iniquitates tuas & pecca-
ta tua circum purgaui. Quod nunc beneficō
ſancte crucis efficitur quādo labia noſtra do
mini recordacōne ſignamꝰ Nec inmerito for
ſitan ſignū crucis deſolatoriūdicimꝰ eſſe car
bonem quando fugat peccata credencium
cum tamen ꝑ fidis videatur extinctum. Item
illud vbi ſcriptum eſt ſicut accetum dentibꝰ
& fumus oculis ita piger his qui miſerunt
illum. Hic fumus vanitatem exprimit eorū
qui cupiditatem iſtius mundi magis ſequūt̄
q̄ ſtudium verbi dei

¶ De cineribus ¶ xxv.

Cinis autem humane fragilitatis ī ani
tatem ſignificat. Vnde in ſalomone
ſcriptum eſt. Quid ſupbit terra &
cinis. Similiter & fauilla: Vnde in iob dicit.
Ago penitenciam in fauilla & cinere. In fa-
uilla etenim & cinere penitenciam agere eſt
cōtemplata ſumma eſſencia nil alliud quam

faui͡llam ſe cineremq̧ cognoſcere. Vnde & ci
uitati reprobe in euāgelio dominus dicit. Si
in tyro & ſidone facte fuiſſent virtutes que
facte ſūt in vobis olim in cilicio & cinere pe-
nitēciam egiſſent. In cilicō quippe aſperitas
& cōpunctio peccatorū. in cinere autem pul
uis oſtenditur mortuorum. & idcirco vtrūq̧
hoc adhiberi ad penitēciam ſolet vt in punc
cione cilicii cognoſcamus quid p culpam fe
cimus. & in fauilla cineris ꝑpendamus quid
p iudicium facti ſumus. Torris & ticio hu-
manum genus ſignificat p dn̄m iheſū xp̄m a
ꝑpetua cōbuſtione ſe in iuſtum abſtractū vt
in zacharia. Nunquid non iſte torris erutus
ē de igne. Ticiones duo poteſtates ſeculi h9
atq̧ heretici ex vno ꝯſenſu eccīaȝ perſeq̄ntes
vt in eſaia. Noli timere a duab9 caudis ticio
nū fumiganciū iſtoꝝ

De ventis — Ca. xxvi.

VEntus eſt aer commotus & agitat9
p diuerſis partib9 celi nomina diuē
ſa ſortitus. Dictus autem ventus qđ
ſit vehemēs & violentus. Vis enim ei9 tāta
eſt vt nō ſolum ſaxa & arbores euellat ſed eci
am celum terramq̧ ꝯturbet maria cōmoueat
Ventorum quatuor principales ſūt ſpūs q̄ꝝ
p̄mus ab oriēte ſub ſolanus a meridie auſter
ab occidente fabonius a ſeptentrione ei9 dē
nominis ventus aſpirat habētes gēminos hic
inde vētorum ſpūs. Subſolanus a latere dex
tro vulturnū habet a leuo eurū. auſter a dex
tris euro auſtrum a ſiniſtris auſtro affricum
fabonius a parte dextera affricum a leua cho
rum: porro ſeptentrio a dextris circum a ſini-
ſtris aquilonem. Hi xii. venti mundi. globū
flatibus circumagunt quorum nomina pro-
priis ex cauſis ſignata ſūt ſicut illi oſtendunt
qui de ethimologiis nominū ipſorum ſcripſe
runt. ſed nos de his ſolūmodo narrare diſpo
nimus quos celebriores in ſcripturis inueni-
mus. Ventus autem aliquando ī bonam par
tem. aliquādo in cōtrariam ponitur. In bonā
ergo partem vent9 ponitur vt eſt illud. Qui
ꝑducit ventos de theſauris ſuis. Vbi nō in ꝑ
be ſentimus apl̄os exp̄ſſos quorum p̄dicacio
totum mundum tanquam vent9 celerrimus
ꝑcucurrit ſicut & illud quod alibi ſcriptum
eſt. Aſcendit ſuper cherubin & volauit ſuper
pennas ventorum. vbi exp̄mitur aſcenſio dn̄i
ſup celos celoꝝq̧ virtutes vbi nc̄ ad dexterā
patris collocat9 cum patre regnat & ſpiritu
ſancto. Quod autē dicitur volare ſup pennas
ventorum celeritatem nimiam decenter oſtē
dit quādo fama natiuitatis eius paſſionis &
reſurrectionis atq̧ aſcenſionis p totum mun-
dum diſcurrit. Quid enim dici poteſt veloci9

quādo ipſo in cunabulis iacente magis eū cla
ritas ſtelle nūciauit & mox vt natus. in alia
mundi parte eſt cōſpect9. Item venti animas
ſignificāt. Vnde ſcriptum eſt. qui fecit ven
tis pondus. Velocitate ac ſublimitate vento
rum ſolent anime deſignari. Pondus ergo ac
cipiūt anime vt ab intēcione dei nō iam leui
motu deſiliant ſed in eum fixi cōſtancie gra-
uitate cōſiſtant. vel certe ventis pōdus ē fa
cere cōceſſam hic electis de virtutib9 gl'am
ꝑmixta infirmitate temperare. In cōtraiam
vero partem ventus ponitur vt eſt illud in e-
uāgelio. Deſcendit pluuia & venerūt flumina
flauerunt venti & irruerūt in domum illam
Hic p pluuiam multimodas dyaboli tempta
cōes. p flumina aptas manifeſtas que p'ſecu
ciones ꝑuentos malignos ſpūs intelligi volut
Similiter illud quod in iob legitur in cotra-
riam partem intelligendum eſt. Tulit eum
ventus vrens. Ventus vrens malignus ſpiri-
tus vocatur qui deſideriorum flammas in cō
de excitat vt ad eternitatem ſupliciorū tra-
hat. Item venti ſupbie ſpūs intelligūt velut
in oſee de hereticis dicitur ligauit eum ſpūs
malis ſuis. Item ibi. Omnes paſtores tuos pa
ſcet vētus. & alibi qui nititur mēdaciis hic
paſcitur ventis. Orientalis autem vent9 ſub
ſolanus vocatur quia ſub ſolis ortu oritur. ſig
nificat p̄dicacionem euāgelii que. a ſole vero
ꝑceſſit & totum mundum luce fidei atq̧ ſa-
piencie illuminauit. Vnde ſcriptum eſt. Ori
etur vobis timentibus nomē meum ſol iuſti-
cie & ſanitas in pennis eius. Auſter ab hauri
endo aquas vocatus. Vnde & craſſum aerē
facit & nubilia nutrit hic grece noth9 appel
latur ꝑpter quod interdum corrumpat aerē
Nam peſtilencia que ex corrupto aere naſcit
auſter flans in reliquas regiones tranſmittit
ſed ſicut auſter peſtilenciam gignit ſic aqlo
repellit. Significat auſter aliquādo calorem
fidei vt in pſalmo ſicut torrēs ī auſtro. aliqn̄
graciam ſpūs ſancti vt in cātico canticorum
dicitur. ſurge aquilo & veni auſter pfla or-
tum meum. aliquando feruorem dilectionis
vt in pſalterio dicitur Excitauit auſtrum de
celo & īduxit ī virtute ſua affricū. Itē ī ptē
cōtrariam ponitur quādo ardorem cupidita
tis ſignificat qui peſte viciorum corripit ho-
minum mētes. & egritudinem peccatorum
in humanum genus introducit. Occidental'
autem ventus qui zephir9 greco nomine ap
pellatur eo quod flores & germina ei9 flatu
viuiſcētur. Hic latine fabonius dicitur ꝑpt
quod foueat que naſcuntur. Tūc autem hic
ventus in bonam partem poſit9 reperitur cū
mortis xp̄i & veri ſolis occubitum ſignificat

vnde omnium germina virtutum & bonorũ
operum immũdo naſcũtur Tũc autem in cõ
trariam partem ponitur cũ melioris vite de
fectum ſignificat. Vnde in ꝓpheta peccato-
ribus dicit. occidet vobis ſol meridie. Aqui
lo dict9 eo quod aquas ſtringat & nubes diſ
ſipet gelidus eſt enim ventus & ſiccus. Signi
ficat autem vel dyabolum vel homines infi-
deles vt iniquitatis abũdãciam & defectum
caritatis. Vnde ſcriptum eſt ĩ ꝓpheta. Ab
aquilone exardeſcẽt mala ſup terram

## De aura & altano ca. xxvii.

Vra ab aere dicta qu[ ]i aeria quod le
uis ſit motus aeris. Agitatus autem
aer auram facit. Vnde & lucreci9 di
cit aerias auras. Altanus cui in pelago eſt ꝑ
deriuacionem in alto id eſt mari vocatur. nã
alter eſt flatus in ripis quem dixim9 auram
nam aura ĩ terra eſt. Aura ſignificat tranqui
litatem bone mẽtis cõtemplantis deũ. Vnde
helias ſtans in mõte coram domino cum vi-
deret ventum grãdem ſubuertẽtem mõtes
ait. Nõ in ſpũ dominus & poſt commociõem
ignis dixit nõ igne dñs. & poſt ignem ſibil9
aure tenuis. Quod cum vidiſſet helias opuit
vultum ſuum pallio. & egreſſ9 ſtetit in oſtio
ſpelunce. Sed in ſpũ cõmocionis & ignis non
eſſe dñs dicit. eſſe vero in ſibilo aure tenuis
nõ negatur. quia nimirum mẽs cũ in cõtẽp-
lacõis ſublimitate ſuſpendit quicquid pfec-
te cõſpicere preualet deus nõ eſt cũ vero ſub
tile aliquid cõſpicit hoc eſt quod de incõpre
hẽſibili ſubſtãcia a eternitatis audit. Quaſi e
nim ſibilum tenuis aure percipim9 cum ſapo
rem in circum ſcripte veritatis cõtemplacio
ne ſubita deguſtamus. Tranquillitas autẽ
pelagi quam altanum vocant pacem eccleſie
ſignificat in mũdo: que aura ſpũs ſancti flan
te ꝓſpero curſu poſt tempeſtatem in mundo
factam ad optatũ eterne quietis portum ſtu
det ſecura ꝑuenire ſicut in illa nauigacione dñi
cum diſcipul' in naui cum nauicula opiretur
fluctibus ſurgens dñs imperauit ventis &
mari & facta eſt tranquillitas magna. Tro-
pologice autem & nos ſinguli catholica fide
inſtructi & ſigno dñice crucis inbuti dum ſe
culum relinquere diſponimus nauem ꝑfec
to cum iheſu cõſcendimus. mare tranſire co-
namur ſed qui nõ dormitauit neque ob dor
miet iſrahel cuſtodiens ſemp nobis tamen ſe
pe nauigantibus quaſi inter equoris fremit9
obdormit qñ crebreſcẽte inter medios virtu
tũ niſ9 vel inmũdoꝝ ſpũum vel hominũ pra-
uoꝝ vel ipſo noſtraꝝ cogitacionũ impetu fi-
dei ſplẽdor. obtenebreſcit ſpei celſitudo con
tabeſcit amoris flamma refrigeſcit. Verum
inter huiuſmodi ꝓcellas ad illum neceſſe eſt
gubernatorem curramus illum ſedulo exci-
temus qui nõ ſeruiat ſed imperet vẽti. Mox
tempeſtates cõpeſcet refundet tranquillita
tem, portum ſalutis indulgebit

## De turbine ca. xxviii.

Vrbo eſt volubilitas ventorũ & tur
bo dictus a terra quociens vent9 cõ-
ſurgit & terram in circuitum mittit
Turbo ꝑſecucionum vel tribulacionum impe
tus ſignificat vt in eſaia factus eſt fortitudo
pauperis. ſpes a turbine. Tempeſtas aut ꝑ
tempore dicitur. ſicut vbiq; hiſtoriographi lo-
qui ſolent dum dicunt ea tempeſtate. aut
ab ſtatu celi quia magnitudine ſui multis di
ebus oritur. Turbo enim aut flagellum dñi
in hominẽ miſſum deſignat aut prauorũ ho
minum ꝑſecuciones. Nam in iob legitur. Re
ſpondẽs autem dñs iob de turbine dixit. No
tãdum video quia ſi ſano atq; incolomi loque
retur ex trãquillitate dñica locucio facta di
ceret. ſed quia fracto flau loquitur de turbine
locut9 fuiſſe deſcribit. Aliter enim domin9
ſeruis ſuis loquitur cum eos intrinſecus ꝑ cõ
punctionem ꝓuehit aliter cũ per diſtrictio-
nem ne extollantur ꝑmit. Per blandam locu
cionem domini amanda dulcedo eius oſtendi
tur. ꝑterribilem vero poteſtas eius metuen-
da mõſtratur In illa perſuadetur anime vt ꝓ
ficiat in iſta reprimit que ꝑficit. In illa diſcit
quod appetat. in iſta quod metuat. Per illam
dicit gaude & letare filia ſion quia ecce ve-
nio & habitabo in medio tui per iſtam dicit
dominus in tempeſtate & in turbine vie ei9
Blandus quippe eſt qui vt in medio inhabitet
venit cum vero ſe ꝑ tempeſtatem & turbinẽ
inſinuat nimirum que tangit corda ꝑturbat
atq; ad edomadam elacionẽ ſe exerit quando
potens & terribilis innoteſcit. Hinc in pſal-
mo ſcriptum eſt. Per ſequeris eos in tempe
ſtate tua & in ira tua cõturbabis eos. In tem
peſtate dicit hoc eſt iudicii tempore. Item tẽ
peſtas examen iudicii ſignificat vt ĩ pſalmo
In circuitu eius tempeſtas valida. quod tem
peſtati merito cõparatur. ꝑmum quia in pro
uiſũ eſt deinde quod ſubito fragore cõtur-
bat. & locum tollit cõſilio repentina periculi
magnitudo Tempeſtas enim imbrium aeris
eſt quedam cõcitata ſedicio in qua vehemen
ter terrem' dum aquarum nimietate vexa
mur. Sequitur. Et in ira tua cõturbabis eos
Sepe iam dixi iram diuinitati nõ poſſe con-
gruere ſed ab hominibus tractum eſt qui qñ
ſceleratos iudicant feruore animi commouẽ
tur. nec aliter ad damnãdum hominem veni
unt niſi de cõmiſſis eorũ criminibus excitẽt

Perſecucionem autem prauorum ille verſus ſignificat ex perſona domini prolatus. Veni in altitudinem maris & tempeſtas demerſit me. Ille qui ſuper maria fixis greſſibus ambulauit qui petro dexteram ne mergeretur extendit quemadmodum ſe tempeſtate dicē eſſe demerſum. Hic altitudo maris copioſa ꝓpl'i ſignificatur inſania. Item tempeſtas ē ſedicio cōcitata demēcium. Ipſa enim demerſit d omnium ſaluatorem quando eum peruenire fecit ad crucē.

De procella Ca. xxviiii.

Procelle enim aut de fluminibus aut de ventis fiunt. Nihil autē velocius ventis. Vnde & ꝓpter celeritatem tam ventos quam flumina alata fingunt poete vt alata vis auſtri. Procella enim ſignificat tempeſtuoſos ꝑſecutorum furores, qui eccleſiam criſti partim minis partim flagris atq; tormentis afficiunt Sed aliquando ipſas perſecutorum mentes dominus in melius cōuertit vt per penitenciam a priſtinis ſceleribus ſe mundantes ad bonos actus cōuertantē Nam in pſalmo ſcriptum eſt. Ignis grando nix glacies ſpūs procellarum que faciunt vēbum eius. Ignis grando nix glacies per allegoriam ſicut dictum eſt homines ſignificat q in hoc ſeculo ex turbulētis & peſſimis ad deuocionis trāquilliſſima ſtudia pervenerunt. Qui faciunt verbum eius. niſi qui ex tempeſtuoſis & imꝓbis ad cōfeſſionis ipſius grām venire meruerunt. Aliquando vero dum in prauis actibꝫ ꝑſeuerant eterna eos pena cruciabit. Vnde ſcriptū eſt. Pluit ſup peccatores laqueos ignis. ſulphur & ſpūs ꝓcellarum pars calicis eorum. Ignis eſt quando eos flāmea cura cōſumit: ſulphur quia cogitaciōes eorum deteſtabili fetore ſordeſcunt ſpūs ꝓcellarum dum ſe tumultuoſa mente confundūt pars calicis eorū id eſt menſura qua pollutis actibus ebriantur

Explicit liber nonus. Incipit liber decimꝰ.

De temporibus
De momentis
De horis
De diebus
De partibus diei
De nocte
De ſeptem partibus noctis
De tenebris
De ebdomadibus
De menſibus
De viciſſitudinibꝫ tempoꝝ quatuor
De anno
De ſeculo
De ſex etatibus mundi
De feſtiuitatibus
De ſabbato die
De dominico die

Capitulum primū De temporibꝫ

Tempora igitur a temperamento nomē accipiūt. ſiue quod vnū quodq; illorum ſpacium ſeparatim temperatum ſit ſeu quod momētis horis diebus. menſibus ānis luſtris ſclīſq; & etatibꝫ omnia mortalis vite curricula temperentē Conſtat ergo trimoda racione compotum tēporis eſſe diſcretum. Aut enim natura aut cōſuetudine aut certe auctoritate decurrit Et ipſa quidem auctoritate bifarie diuiſa humana videlicet vt olimpiades quatuor annoꝝ nundinas octo dierum indictiones xv. annorum ambitu celebrari. Diem quoq; qui ex q̄drātibus cōficitur mēſe februario vl' auguſto inter calari greci egypcii romani ꝓ ſuo q que captu iuſſerunt. Diuina autem vt ſeptima die ſabbatum agi ſeptimo anno a rurali opere vacari quinquageſimū iubileum vocari dominus in lege precepit. Porro natura duce repertū eſt ſolis annū trecentis ſexaginta q̄nq; diebus & quadrante cōfici lune vero annū ſi cōmunis ſit trecentis quinquagita quatuor ſi emboliſmis ccc. lxxxiiii. diebus terminari totumq; lune curſū decennouali circulo cōprehendi. Sed et errancia ſidera ſuis que ſpaciis zodaico circū ferri que natura nō iuxta ethicorum demēciam dea creatrix vna de pluribus ſed ab vno vero deo creata eſt. quādo ſideribꝫ celo inditis p̄cepit vt ſūt in ſigna & tempora & dies & annos. Tempus autē quod grece chronos dicitur ab inicio mundi vſq; ad finem ſeculi decurrit. ita vt momētis horis diebus menſibus annis. luſtris. ſeculis etatibus. vt ſupra diximus diuidatur. Significat autem oportunam diſtribucionē diuine

voluntatis. Vnde eſt illud. Oculi omnium ĩ
te ſperant domine & tu das eſcam illis intẽ -
pore oportuno. nec nõ & illud. tempus faciẽ
di domine diſſipauerunt iniqui legem tuam.
Spreuit ergo populus deuotus tempori -
bus antiochi a plebe iudaica legẽ domini cul
tũ demonium polluendã. velut ad medicum
clamat egrotus tẽpus eſſe ſubueniẽdi ne mor
bis in grauantibus. ſalus populi potuiſſet ad
ſumi. tempus eſt faciendi nõ differẽdi quod
expedit. Iuſſerat enim ꝑ legem & ꝓphetas
vt verus dominus quatinus eum homo reue
rentiſſima deuocione coleret ſed quõ hoc in
ſuam ꝑniciem cõtempſit obſtinacio iudeorũ.
clamat populus fidelis tempus faciendi id ẽ
vt mundo ſalutaris appareas. peccata diſſol-
uas mortem vincas ipſũq; diabolum cum ſua
coborte ꝓſternas. Hoc eſt enim domini face
re predictis temporibus aduenire. Vnde &
ꝑ ꝓphetã dictum eſt. Tempore accepto ex-
audiui te & in die ſalutis adiuui te. Et apl's
Ecce nunc temp9 acceptabile ecce nunc dies
ſalutis. Omnia enim que dominus facit aptiſ
ſima diſpoſicione cõplentur. vt ante fieri nõ
debeant niſi quando ille miſerator indulſerit
Hinc eſt quod nobis ſemper expedit habere
pacienciã expectare que iuſſa ſũt rogare que
ꝓſũt. tempus autem faciendi nouit ille qui
rector eſt

¶ De momentis ¶ Ca. ii.

MOmentum eſt minimũ atq; anguſtiſ-
ſimũ tempus a motu ſiderum dictũ.
Eſt enim extremitas hore in breui-
bꝫ inter vallis cum aliquid ſibi cedit atq; ſuc
cedit. Momentum ergo ſignificat breuiſſi -
mũ temporis decurſũ vt eſt illud apl'i omẽs
quidem reſurgemus ſed non omnes in muta
bimur in momẽto in ictu oculi. Per ictũ ocu
li nimiam breuitatẽ vult ſignificare mom en
ti. vt quanta ſit dei potencia ex reſurrectio
nis celeritate cognoſcas. De quo alia edicio
habet in athomo & in ictu oculi. Minimũ aũt
omnium & quod nulla racione diuidi queat
tempus athomũ grece hoc eſt indiuiſibile ſi-
ue inſectibile nominant quod ob ſui puſillita
tem tam grãmaticis quam calculatoribꝫ viſi
bile eſt quibus eum verſũ ꝑ verba verbũ per
pedes. pedes ꝑ ſillabas ſillabas per tempora
diuidant & longe quidem duo tempora vnũ
breui tribuant. vltra quod diuidant nõ habẽ
tibus hãc athomũ nũcupari cõplacuit

¶ De horis ¶ Ca. iii.

HOra grecum nomẽ eſt & tamẽ latinũ
ſonat. Hora enim finis eſt temporis
ſicut & hora ſũt fines maris fluuioꝝ
veſtimẽtorum. Hora duodecima pars diei eſt
ſcꝫ articularis hoc eſt a ſolis ortu vſq; ad oc
caſſum. nõ naturalis qui cõſtat a ſol' ortu vſ-
q; ad alium ſolis ortum & vigiti quatuor ho
ris cõpletur. Siquidem duodecim hore diẽ
cõplent dño ateſtante qui ait. Nonne duode
cim hore ſũt diei ſi quis ambulauerit in die
nõ offendat. Vbi quamuis allegorice ſe diẽ
diſcipulos vero qui a ſe illuſtrandi fuerãt ho
ras appellauerit. ſolito tamẽ humane cõputa
cionis ordine numerũ definiuit horarum. Sꝫ
ſciendum quod hora aliquando ꝓ tempore.
ꝓ etate ſeculi ponitur. Nam ꝓ tempore poſi
ta eſt hora. in illa pauli ſentencia ꝙ dicit. Ho-
ra ẽ iam nos de ſomno ſurgere Quod ad illud
ſpectat vbi dictum eſt. Ecce nunc temp9 ac
ceptum ecce nunc dies ſalutis. Tempus enĩ
euãgelii ĩ hoc ſignificatur quod ad meritum
ꝓficere debeamus hoc eſt de ſomno ſurge -
re operari bonum quaſi in die hoc eſt palã &
dari operam vt pure vincẽtes ad ꝓmiſſum ꝓ
mium veniamus ex cuſſo ſomno ignorãcie ſi
ue negliencie. Hora ergo ꝓ etate ſeculi poſi
ta eſt in epiſtola iohannis vbi ait filioli nouiſ
ſima hora eſt. Nouiſſimam horam nouiſſimũ
ſeculi tempus quod nunc agitur dicit iuxta
illam parabolam domini vbi operarios in vi-
neam conductos narrat. Prima hora eſt vſq;
ad tempora noe. a temporibus noe hora ter-
cia. a temporibus abraham hora ſexta. a data
lege hora nona a xp̄o in finẽ ſeculi hora vnde
cima. in ꝙ anticriſtus futurus eſt ꝓphetat9
Item hora prima infancia ſiue puericia. ho-
ra tercia adoleſcencia. hora ſexta iuuentus.
hora nona ſenect9 hora vndecima extrema ſe
nium vnde & ſupra exemplũ datũ eſt

¶ De diebus ¶ Ca. iiii.

DIes eſt aer ſole illuſtratus nomen in
de ſumens quod tenebras diſiũgat
ac diuidat. Nam cũ in ꝑmordio cre
aturarum tenebre eſſent ſup faciem abyſſi.
Dixit deus. fiat lux. & facta eſt lux. Et
vocauit deus lucem diem que definicio biffa
rie diuidit hoc eſt vulgariter & ꝓprie. Vul
gus enim omnẽ diem ſolis preſenciam ſupra
terras appellat. ꝓprie autem dies viginti q̃-
tuor horis id eſt circuitu ſolis totum orbem
luſtrantis impletur. qui ſecũ ſemp & vbiq; lu
men diurnũ circũferens nõ minore aerũ ſpa
cio noctu ſubterras quam ſupͣ terras interdiu
creditur exaltari. Ante vero ſolis creacionẽ
primitiue lucis circuitu quod nunc per ſolẽ
fit agebatur. ꝑmo quidem ſecũdoq; die aq̄s
abyſſi que omnem terram texerãt. tercia ve
ro aera vacuũ ſua circũ vagacione luſtrantis
Quãtum ergo nob' veſtigia patrꝫ ſequẽtibꝫ
conicere datur cũ diceret deus fiat lux. mox

tenebre que abyſſum texerant abierunt: &
lux ab oriente medias inter vndas emergens
cunctam terre ſupficiem operuit latitndi-
ne ſui fulgoris boreales ſimul auſtraleſq; nec
nõ & occiduas oras attingens. paulatimq; ſe
cõpleto diei vnius ſpacio ſubducens inferio-
ra terre gyrando ſubiit atq; aurora pcedẽte
diem ſecundum terciũq; ſimili ordine com-
pleuit: hoc tantum a ſolari luce differens q
caloris fotu carebat & qa ſidera nõ dũ erant
priſcis ad huc tenebris noctes illas relinque
bat obſcuras. Dies autem iuxta allegoriam
plures ſignificacões habet. Aliquando ſigni
ficat dominũ ſaluatorẽ. Aliquãdo ſanctos e-
ius: Aliquãdo ſcientiam ſanctaꝝ ſcripturaꝝ
aliquãdo caritatem. aliquãdo virtutũ fulgo-
rem. aliquando pſperitatẽ tẽporalem: aliqñ
diem iudicii. aliquãdo eternã beatitudinem
Dies autem dominũ ſignificat in illa ſenten-
tia euangelii. qui ambulat in die nõ offendit
quia quiſquis doctrinã ſequit̃ ſaluatoris pec-
catorũ offendicula nõ timebit. Item dies do
minũ iheſũ criſtũ ſignificat vt ẽ illud pſalmi
Hec eſt dies quã fecit dominus. Item dies a
poſtolos & ſanctos dei ſignificat ĩ illo pſalmi
ſte verſu intelligit̃: dies diei eructuat verbũ
id ẽ dñs apoſtolis diuina claritate irradians
verba celeſtis luminis intimabat. ſicut econ
trario in illo quod ſequitur nox nocti indicat
ſcientiã iudas iudeis xp̄m pdidiſſe cognoſci
tur. Item diem ſcientiã ſanctarũ ſcripturarũ
in hoc intelligi poſſumꝰ quia ibi lumẽ iuſtitie
& vere ſapientie bene intelligentibus: lucet
Vnde apoſtolus admonet vt intenti ſimꝰ ad
meditãdam legem dei donec dies illuceſcat
& lucifer in cordibꝰ noſtris oriat̃. Q; autẽ
lux diurna caritatem ſignificet oſtẽdit iohã
nes in ep̄la ſua dicens. Qui diligit fratrẽ ſuũ
in lumine manet. Item & dies euãgelium de
mõſtrat. vt ẽ illud in cantico canticoꝝ donec
aſpiret dies & amoueant̃ vmbre. Item dies vi
ta preſens vt eſt illud euãgelii. Me oportet
operari opera eius qui miſit me donec dies ẽ
Rurſũ dies futura vita iuſtis vt in yſaia. Nõ
eſt tibi amplius ſol ad lucendũ p diem. Dies
& nox iuſti & peccatores. iuſticia & iniqui-
tas in ap̄lo. Non ſumꝰ noctis neq; tenebrarũ
Omnes enim vos filii lucis eſtis & filii diei
Dies & nox pſperitas eſt & aduerſitas vt ĩ
pſalmo. In die mandauit dñs miſericordiam
ſuam & nocte declarauit. Item ibi. Deꝰ meꝰ
clamabo p diem nec exaudies. & nocte & nõ
ad inſipientiã mihi. Nam virtutũ fulgorẽ &
honeſtatem cõuerſacõis bone dies ſignificat
in illa pauli ſententia vbi ait. Abiciamꝰ ergo
opa tenebrarũ & induamur arma lucis ſic vt

in die honeſte ambulemꝰ. quia ſi ignorantias
noſtras ſcientie ratio fugat & indignos actꝰ
declinantes pia queq; & honeſta ſectemur in
luce ſumus poſiti & quaſi in die honeſte am-
bulamus. In eo ergo quod ſcriptũ eſt in die
mãdauit dñs miſericordiã ſuam & nocte de
clarauit diem ociũ debemꝰ accipere ĩ quo dñi
precepta diſcunt̃. Nam lex eius in ſpacio trã
quillitatis ebibitur. Tũc enim vacat diſcere
quando nõ eſt quod debeat impedire. Sequi
tur. Et nocte declarauit illud vtiq; quod di
citur in quiete in tribulatione declarat̃ priꝰ
enim ocioſo tempore legis verba diſcunt̃. ſed
eorum fructus in afflictione mõſtratur. Q;
autem diei vocabulum tempꝰ iudicii ſignifi
cet oſtendit illa ſententia euãgelii qua dicit̃
Dies dñi ſicut fur in nocte ita veniet. & illud
ap̄li dies inquit dñi declarabit Diem autem
p eternitate poſitũ oſtendit pp̄heta ad do-
minũ dicens. quia melior eſt dies vna in atri
is tuis ſup milia. ipſa ſũt atria dñi in quibus
ſuperius cõcupiſſe ſe & defeciſſe teſtatus ẽ
In quibus vna dies iuſte deſiderat̃. quia ſemp
eterna que ſolis aduentu nõ oritur. nec eius
finit̃ occaſu. quã nõ ſequit̃ craſtina. nec prece
dit heſterna. ſed immutabilis manẽs. cõſtat
vnitate ppetua. Sup milia mundũ iſtũ ſigni-
ficat vbi milia dierũ ſuſtinent finem. Dies
vnus mille anni vt in pſalmo. Quomõ mille ã
ni ãte oculos tuos tãquã dies vna. Dies duo
vetus & nouũ teſtamentũ quibuſdam figu-
rate vident̃ vt in pſalmo. Bene nunciare de die
in diem ſalutare eius. Dies cognicõ trinita-
tis vt in exodo. Ibimus viam triũ dierũ & ſa
crificemus dño deo noſtro. Itẽ dies tres paſ-
ſiõis ſepulture & reſurrectiõis ſaluatoris tipũ
cõtinent vt in oſee. Viuificabit nos dñs poſt
duos dies die tercio ſuſcitabit nos & uiuemꝰ
Dies ſextꝰ preſens mundꝰ qui ĩ his ſex die
bus factus perhibet̃. Vnde dies ſex ſex miliũ
annorum figurã habere dicũt̃ ſicut eſt illud
ĩ ap̄lo. Quõ dies vnꝰ apud dñm ſicut mille an
ni & mille anni ſicut dies vna. Septimus ve
ro dies qui in requiem dei ſanctificatus ſcri
bitur requiem ſignificat omniũ ſanctorũ pꝰ
excurſũ vite preſentis. Dies ſeptem omne tẽ
pus & opꝰ vite preſentis quod in his ſeptem
diebus voluit̃ cõtinent ſacramẽtũ in quibꝰ p̃
cipit̃ paſcha celebrari id ẽ de peioribꝰ ad me
liora p emendationem vite tranſire & fermẽ
tum quod eſt corrupcõ peccati nõ comedere
ſed in azimis ſinceritatis & veritatis ambula
re. Dies octaua reſurrectionis dominice ob-
tinet ſacramentum. Item dies octaua futurã
omnium reſurrectionẽ & diem iudicii cuius
miſterio ſexta pſalmi titulatio p̃ſignat̃ hoc ẽ

pro octaua. Hodie eternitas diuinitatis ītel
ligit̃ nec inicio cepta nec fine claudenda. Vñ
in pſalmo pater ad filiũ loquit̃ dicens. filius
meus es tu ego hodie genui te. Apud dñm
enĩ nec heri nᶜ cras ſed ſemp̃ ē hodie. Hodie
omne preſens tempus ſignificat vt in pſalmo
Hodie ſi vocem eius audieritis velut ſi dicat̃
quocũq; in tẽpore. Cras futurũ tempus vt
in euãgelio. Nolite cogitarẽ de craſtino quid
manducetis aut quid bibatis. Item ibi ſi enĩ
fenũ id eſt peccatores quod hodie ī agro eſt
& cras in clibanũ hoc eſt in cõbuſtionem p̃-
petuam mittit̃ deus ſic ueſtit & alibi. ne for
te dicant filii veſtri filiis noſtris cras non eſt
vob̃ pars in iſrl̃.

## De partibus diei

PArtes diei tres ſũt mane meridies
ſupma. Mane lux matura & plena
nec iam crepuſculum. & dictũ ma
ne a manu. Manu enim antiqui bonũ dixert
Quid enim melius luce. Mane autem ſignifi
cat tempus regeneracõis in baptiſmate quo
incipit homo eſſe filius lucis. vel lumen bono
rum actuũ vel temp9 reſurrectionis. Vnde
eſt illud. Quoniam ad te orabo dñe mane &
exaudies vocem meam. Eccleſia enim que ſe
cognoſcit habuiſſe tenebras peccatorum. &
de nocte mundi iſtius cõgregata tũc ſe meri
to exaudiri credit cũ in lucem vere reſurrec
tionis erumpit. Temp9 autem reſurrectõnis
ſignificat vt eſt illud quod ſequit̃. Mane aſta
bo tibi & videbo quõ nõ volens deus iniqui-
tatem tu es. In die iudicii q̃ndo ſurgũt om
nes homines a ſopore mortis tũc apparebit e
quitas. iudicii dei q̃ndo vnicuiq; reddit ſe-
cundũ opera ſua. Meridies dicta q̃ſi medidi
es ho͂ eſt medius dies. vel quia tunc purior
dies eſt. Merũ enim purum dicit̃. Significat
autem planam doctrinam cũ claritate bono-
rum actuũ vt eſt illud in cantico cãticoꝝ vbi
ſponſa dicit ad ſpõſũ. indica mihi vbi paſcas
vbi cubes in meridie. Et alibi meridies in cõ
trariam partem ponit̃ vt eſt illud in pſalmo
A ruina & demonio meridiano. Demonium
meridianũ eſt immane piculum feruore per
ſecutionis accenſũ. vbi ruina plerũq; metui-
tur quando infirmitas humana ſupat̃. Item
a demonio meridiano accipit̃ p̃ manifeſto nõ
occulto. Suprema eſt poſtrema pars diei q̃n
ſol curſum ſuũ in occaſum vertit dicta q͂ ſup
eſt ad partem vltimam diei q͂ declinat ad
veſperum. veſpera ergo vl̃ finem vite huma
ne vel ſeculi terminũ vel penitenciã futuram
ſignificat. Namq; veſpera ſignificet occubi
tum mortis xp̃i illud pſalmiſte declarat ad
veſperũ demorabit̃ fletus & ad matutinũ le

ticia. Fletus demorat9 eſt veſpere qñ xp̃us
dñs noſter peremptus eſt tunc enim vere de-
moratus eſt fletus dum p̃ triduũ fideliũ tur
ba congemuit & mundi p̃ ipſius occubitũ na
tura cõcuſſa eſt. in matutino quoq; orta ē le
ticia quãdo tempoꝛe matutino reſurrectio do
mini euãgelio teſtante vulgata eſt. & diſci-
puli preſentia dñi ſui immortalitatẽ cernere
meruerũt. Veſpere ergo finem mũdi ſignifi
cat quãdo iam tempus operandi finitum eſt
Vnde dicit̃. Venit nox quando iã nemini licꝫ
opari. Penitẽtiam aũt futurã ſignificat vbi
peccatores ī tenebras exteriores p̃iciẽdi de
ſcribunt̃. Nec tria tempora in vno verſu pſal
miſta cõprehendit dicens. Veſpere mane &
meridie nãrabo & annũciabo & exaudiet vo
cem meam. Nec verba magna nob̃ ſacramen
ta deficiant. Veſpere ſignificat temp9 tra
dicõis quando eum iudas cohortib9 noſcẽt p̃
didiſſe ſe querẽtibus. mane cum ad ponciũ
pilatum p̃duct9 eſt audiend9. meridie quia
hora ſexta vt euangeliſta dicᵗ in cruce ſuſpẽ
ſus eſt. Narrabo ptinet ad veſperam quia tẽ
omnia locuta eſſe conſtat que iudas nequiſſi-
m9 facere diſponebat. adnũciabo ad mane re
ſpondit quãdo dicẽte pilato tu es rex iudeoꝝ
adnunciauit in hoc natus ſũ & cetera que ibi
dicuntur a dño iunxit etiam & exaudiet vo
cem meam. Ad meridiem pertinet quãdo in
cruce dixit cõſũmatũ eſt & emiſit ſpiritum.
Item veſpere paſſionẽ ſignificat mane reſur-
rectionẽ. meridies aſcenſionẽ ei9 in celũ.

## De nocte

NOx dicta q͂ noceat aſpectibus vel
negociis humanis. ſiue q͂ in ea fu-
res latroneſq; nocẽdi aliis occaſio-
nem nanciſcant̃. Eſt autẽ nox ſolis abſentia
terraꝝ vmbra cõdita donec ab occaſu redeat
ad exortum. iuxta q̃d naturam eius & poeta
deſcribẽs innuit īquit occeano nox inuoluẽt
vmbra magna terramq; poluſq;. Et ſalomõ
ſacris lr̃is expreſſit. Qui paſcitur inter lilia
donec aſpirꝫ dies & inclinẽtur vmbre. elegã
ti vtiq; ſenſu deceſſionem noctis. inclinatio-
nem apellans vmbraꝝ. Nam qũo p̃ cõditio-
nibus plagarum quibus ſolis curſus intendi
tur & ſplendorem ei9 a nob̃ obiectio terrene
molis excludit inumbracõ illa que noctis na
tura eſt ita erigit̃ vt ad ſidera vſq; videatur
extendi. Merito cõtraria viciſſitudine id eſt
lucis exortu vmbras inclinari noctem videli
cet depmi pelliq; ſignauit. Quã videlicꝫ vm
bram noctis ad aeris vſq; & etheris ꝯfinium
philoſophi dicunt exaltari & acuminatis in
ſtar piramidũ tenebris. lunã que infima pla
netaꝝ currit. aliq̃ndo cõtingi atq; obſcurari

nullumq; aliud ſidus taliter eclipſin hoc ē de
fectum ſui luminis pati eoq̄ circa fines tel-
luris ſol ſplēdor vtrinq; diffuſus ea libere que
telluri ꝓcul abſūt aſpiciat. idoq; etheris que
vltra lunā ſūt ſpacia. diurne lucis plena ſem
per efficiat. vel ſuo videlicet vel ſiderum ra-
diata fulgore. Eſt autem noctis vmbra mor
talibus ad requiem corporis data ne opis aui
da cōtinuato labore deficeret ac periret huma
nitas. & vt animantibus quibuſdam que lu-
cem ſolis ferre nequeunt ipſis etiam beſtiis
que pſentiam verent̄ humanam diſcurrēdiq;
vbi ac victum queritandi copia ſuppetet iux
ta qd̄ in dei laudibus pſalmiſta decantat ſol
cognouit occaſū ſuum. poſuiſti tenebras &
facta eſt nox ī ipſa ꝑtranſibūt omnes beſtie
ſiluarum & cetera. Sicut enī dies lucem fi-
dei & iuſticie equitatem & pſpera atq; feli
cia in ſcripturis miſtice ſignificat. ita & nox
iniuſticiam & infidelitatē atq; aduerſa que
q; deſignat. Nam nox īfidelitatem ſignificat
in illo apoſtoli teſtimonio quo ait. Non ſum9
noctis filii neq; tenebrarū. Iniquitas autem
in noctis ſignificacōne exprimitur in illa ſentē
cia beati iob pereat dies in qua natus ſū &
nox in qua dictum eſt cōceptus eſt homo. vn̄
pſalmiſta in iniquitatib9 cōceptum ſe eſſe &
in deliciis natum teſtatur. Perire ergo optat
beatus iob ſpem ab apoſtata angelo illatam
qui diem ſimulans & ꝓmiſſione diuinitatis
emicuit ſed noctem ſe exhibens lucem nobis
noſtre immortalitatis obſcurauit. Pereat an
tiquus hoſtis qui lucem ꝓmiſſionis oſtendit
ſed peccati tenebras cōtulit qui quaſi diem
ſubblādiendo innotuit. ſed vſq; ad tenebro-
ſam noctem ex impſſa cōdis cecitate pdux
Aduerſa ergo in noctis nomine exprimuntur
vbi pſalmiſta ſe in nocte clamare teſtat̄ hoc ē
in tribulacōne nec tamē exauditū eſſe. Item
pſalmiſta dicit. In die tribulacōnis mee dn̄m
exquiſiui manib9 meis nocte coram eo & nō
ſū deceptus. In noctis nomīe mūdi iſtius ſig
nificat vitam que quāuis lucem habere vide
atur. peccatorum tamen obſcuritate fuſcata
eſt. Item ꝑ noctem ſignificauit inferni clau-
ſtrum cū dicit. forſitan tenebre cōculcabunt
me. & nox illumintio mea in deliciis meis.
Quomodo ergo poterat a tenebris cōculcari
cui erat nox illuminatio in deliciis ſuis. oſten
dit enī tūc inferni clauſtrum reuera illumi-
natū quādo poteſtatem diaboli contriuit. &
hominem ſua miſeracōne liberauit. Nox vita
preſens vt in pſalmo. In noctib9 extollite ma
nus vr̄as ī ſancta. Item ibi nocte coram eo &
nō ſū decept9. Nox futurū ſcl'm de peccato
ribus ſignificat vt in euangelio. Veniet nox
q̄ndo nemo poteſt operari. Nox eſt vita pec
catorum vt in apl'o. Qui dormiunt nocte dor
miunt & qui ebrii ſūt nocte ebrii. Nox ceci-
tas cordis vel vana ſecuritas eſt ſicut ī iob ꝓ
impio dicitur. Nocte opprimet eū tempeſtas
& in euangelio ſtulte hac nocte repetūt ani
mam tuam a te que autē paraſti cuius erunt
Nox futura tribulacō vt in euangelio In illa
nocte duo erunt ī agro vnus aſſumet̄ & vn9
relinquetur. Nox tribulacō vite preſentis in
tempore. vt ī euāgelio. Quis veſtrū habeb
amicum. & ibit ad illum media nocte & di-
cet illi. Amice commoda mihi tres panes h°
eſt ſcientiam trinitatis. Media nox occultū
dn̄i iudicium ſignificat vt ī euāgelio Media
nocte clamor factus eſt ecce ſponſus venit.
Media nox mors ex improuiſo adueniēs ſicut
in iob de reprobis. Et in media nocte auferēt̄
Prima vigilia pma hominū etas id eſt infan-
tia ſiue puericia. ſcd̄a vigilia adoleſcentia &
iuuentus. tercia vigilia ſenectus. vt ī euāge
lio. & ſi in tercia vigilia venerit & ita eos in
venerit beati ſūt ſerui illi.

De ſeptem partib9 noctis

Noctis autem partes ſeptem ſūt cre
puſculum. cōticinū intempeſtum
gallicinium. matutinū. diluculum
Crepuſculum eſt dubia lux. Nam creperum
dubium dicimus hoc eſt inter lucem & tene
bras. Veſperum a ſtella occidētali vocatum
que ſolem occiduū ſequit̄ & tenebras ſequen
tes preced. De qua virgili9 Ante diē clau
ſo cōponit veſper olimpo. Cōticinium ē quā
do omnes ſilent. Cōticeſcere enī ſilere ē. In-
tempeſtum eſt medium & inactuoſū noctis
temp9 quādo agi nihil poteſt & omnia ſopo
re quieta ſūt. Nam tempus per ſe nō intelli
gitur niſi ꝑ actus humanos. Medium autem
noctis actu caret ergo tempeſtas inactuoſa
quaſi ſine tempore hoc eſt ſine actu ꝑ quē di-
noſcitur tempus. Vnde eſt intempeſtiue ve
niſti ergo intempeſta dicitur qa caret tem-
pore id eſt actu Gallicinium ꝓpter gallos lu
cis ꝑ nuncios dictum Matutinum eſt vt ī ab
ſceſſum tenebrarum & aurore aduentum &
dictum matutinum qd̄ hoc tempore inchoā-
te mane ſit. Diluculum quaſi iam īcipiēs par
ua diei lux hec & aurora que ſolem precedit
Eſt autem aurora diei clareſcētis exordium
& pmus ſplēdor aeris qui grece eos dicitur
quam nos ꝑ diriuacōnem auroram vocamus
quaſi euroram. Vnde eſt illud. Et letus eo9
curr9 equ9 eoaſq; acies. Veſpera ergo & ini
cium noctis ſignificat vel inicium tribulacō
nis que poſt ꝓſperitatem ſeculi ſequitur vel
exordium āuerſiōis iniquorum qui aduerſi a

luce vera mandatoꝝ dei incidunt ītenebras
peccatorum. Quando enī qs a veritate & iu
ſticia recedit & ī tenebras erroꝝ atꝙ pecca-
torum corruit merito veſperi nomīe vocatur
quia anticriſti q veſper in ſcrpturis appellaꝫ
conſors efficitur. Intempeſtum autem hoc ē
medium noctis vel profunditatem peccato-
rum ſignificat vl' receſſum a mūdanis & ad
laudandum dn̄i bonorum hominum ſtudium
Vnde ꝓpheta ait ī pſalmo. Media nocte ſur
gebam ad confitendum tibi ſuper iudicia iu
ſticie tue. Nō vacat ꝙ dic' media nocte ſur-
gebam. Scit enī hoc tempore ꝑmo genita e-
gypciorum fuiſſe pcuſſa: ſcit etiam ea tem-
peſtate petri pauli & ſilee ī carcere poſitorū
vincula reſoluta: ſcit quoꝗ ſponſū media noc
te eſſe venturum: ideoꝗ eodem tempore ſur
git ad laudes ne inter fatuas virgines ianua
clauſa remaneat. Nec vacat ꝙ dicit ſurgebā
qa ſemper ſurgiꝫ cum ad dominū ꝯconia fe-
ſtinatur. Ad cōfitēdum hic ſignificat ad lau
dandum q ſequitur. ſup iudicia iuſticie tue
Nam ſi penitentie cōfeſſionem voluiſſet in-
telligi ſup miſericordiam tuam diceret. non
ſupi udicia iuſticie tue. Gallicinium aūt con
uerſionem peccatorum ſignificat. Vnde eo-
dem tempore petrus qui dominum negādo
intenebris obliuionis errauit & ſpate iam lu
cis rememoracōne correxit & eiuſdem vere
lucis adepta preſentia plene totū quicquid
mutauerat erexit. Hunc opinor gallum ali-
quem doctorū intelligēdum qui vos iacen-
tes excitans & ſomnolentes increpat dicēs:
Euigilate iuſti & nolite peccare. Matutinū
ergo ſiue diluculum reſurrectionis domini-
ce tempus ſignificat vel hominis a peccatis
ad iuſticie plenam cōuerſionem. Vnde pſal-
miſta ad dn̄m ait. Ad te de luce vigilo: & in
matutinis meditabor ī te qa factus es adiu
tor meus. Ad ipſū vigilatur quotiens in mū
di ambitione dormitur. Nam illa ſic cōſequi
mur ſi iſta deſerere feſtinemus. Bene autem
adiecit in matutinis meditabor in te & alibi
exurgam diluculo: quādo temp9 dominice
ꝛſurrectōis eluxit & tūc eius laudes cernēt
quando genus humanum exemplo ſue reſur
rectōnis animauit. Matutinū iudicii dies ſi
ue reſurrectō mortuorū vt in pſalmo. In ma
tutinis interficiebam omnes peccatores ter
re. Aurora ē eccl'ia eoq̄ꝺ poſt tenebras pec-
catorum luce fidei illuſtrata ſit vt ī iob. Et
oſtendiſti aurore locū ſuū.

De tenebris

TEnebras autem dictas qꝺ teneāt
vmbras. Tenebre autē ſignificant
aliquādo ꝓfunditatem ſcriptura-
rum diuinarū. aliquādo ignorātiam. aliquā-
do infidelitatem peccatoꝝ & aliquādo penā
gehenne. ꝓfunditatē ergo ſcripturarū illud
ſignificat ꝓpheticum teſtimonium quo ait.
Poſuit tenebras latibulum ſuū. & alibi. tene
bre nō obſcurabūt abs te. & nox ſicut dies il
luminabitur ſicut tenebre eius ita & lumē ei9
Tenbras enim dicit myſtica queꝗ & ꝓfūda
ſcripturaꝝ diuinaꝝ iuxta ill'ꝺ qꝺ legim9 ī ꝓ
verbiis. Intelligit quoꝗ parabolam & tene-
broſum ſermonem. Sic & in alio pſalmo legi
mus. Tenebroſa aqua in nubibus aeris ergo
iſte tenebre nō obſcurabunt ſed poti9 illumi
nanꝫ a dn̄o quoniā predicatio ꝓphetarū ipſo
veniente completa eſt. Ignorantiam autē ſig
nificāt tenebre in illa apl'ica ſentēcia qua di
cit de peccatoribus. Tenebris obſcuratū ha
bentes cor. Infidelitatem autem iniquorum
illa euāgelica ſentēcia denotat vbi diciꝫ. lux
in tenebris lucet & tenebre eam nō cōprehē
derunt. Lux quippe ē hominū xp̄s q omnia
qui illuminari merentur corda hominum ſue
preſentia cognicōis illuſtrat. tenebre autem
ſtulti ſūt & iniqui quorum ceca ꝑcordia lux
& erue ſapientie qualia ſint manifeſte cogno
ſcit quamuis ipſi radios eiuſdem lucis nequa
quā capere ꝑ intelligentiam poſſint veluti ſi
quilibet cecus iubare ſol' obtundatur nec ta
mē ipſe ſolem cuius lumine ꝑfundiꝫ aſpiciat
Tenebre. diabol9 vel demones vt ī ꝓpheta.
Inimicos eius id eſt dn̄m perſecūtur tenebre
Pena autem gehenne ī tenebris ſignificatur
ī illa euāgelii ſententia vbi de peccatore ita
legitur. ligatis manibus & pedibus ei9 mit
tite eum in tenebras exteriores vbi erit fle-
tus & ſtridor dencium. Quicūꝗ g° in p̄ſenti
vita infidelitatis & peccatoꝝ ī terioribus te-
nebris obſcuratur. neceſſe eſt ſi ei condigna
penitentia nō ſubuenerit vt in exteriores te-
nebras poſt exitum p̄ſentis vite mittaꝫ vbi ē
pena mortis & ſempitern9 horror inhabitat
Vmbra ergo aliquando ī bono aliquādo ī ma
lo ponitur. Tunc vero ī bono quādo cuſtodi
am dei & ꝓtectionem ſpiritus ſancti ſignifi-
cat vt eſt illud in pſalmo. Sub umbra alarum
tuarum ſpero donec tranſeat iniquitas. Et
alibi cuſtodi me dn̄e vt pupillam oculi ſubū-
bra alarum tuarum ꝓtege me. Aptiſſime ita
ꝗ petit cuſtodiri ſe vt pupillam oculi quādo
& ꝑ ipſam res iuſuales diſcernimus & ī nr̄o
corpore nihil p̄ſtanti9 inueniꝫ. Sequiꝫ. Sub
vmbra alarum tuarum ꝓtege me. Hic aliud
introducitur ſcena qꝺ grece parabola latine
cōparacō diciꝫ quando ſibi genus diſſimile ī
aliqua cōmonitione ſociatur. Paternis enim
ꝓtectionibus ale ſūt cōparaē. Miſericordia quippe

& caritas quaſi ale ſūt patris quibus ſe ꝓte-
gi congruenter expoſtulat. Et in euāgelio.
Et ecce nubs lucida obumbrauit eos. Et ali
bi. Sub vmbra eius viuemus in gētibus. Vmbra
teſtamētum vetus vt in ſalomone. Donec aſ
piret dies & amoueant̄ vmbre. Vmbra vita
hominis. vt in iob fugit velut vmbra. Vm-
bra mors carnis. vt in pſalmo. Operuit nos
vmbra mortis. Tunc autem in malo vmbra
ponitur quādo vel corporis mortem ſignifi-
cat vel penam gehenne vt eſt illud. Si ambu
lauero ī medio vmbre mortis nō timebo ma-
la quoniam tu mecū es. Et alibi poſuert me
in lacu inferiori in tenebris & in vmbra mō
tis peccatorum indicat locum quia mors de
liquentium vmbroſas ac tenebroſas paritur
manes dum eis gaudiū nō relucet qui perpe
tua triſticie ſue obſcuritate demerſi ſūt & i
deo ꝓ locorum qualitate verbum hoc multi
faria ſignificacōne variatur. Caligo vmbra
ē de ſpiſſitudīe aeris effecta & dicta caligo
qđ maxime aeris calore gignat̄ Iuxta allego
riam vero ſignificat caligo diuinorum ſecre
torum operimentū. Vnde legitur in exodo
Stetit populus de longe moyſes autem acceſ
ſit ad caliginem ī qua erat deus. Turba quip
pe populi allegoriarum caliginem nō valet pe-
netrare: quia valde paucorum eſt ſpiritalē
intellectum rimari. Quia enim mentes carna
lium ſola ſepe hiſtoria paſcunt̄ loquente deo
ſtetit pplˢ de longe. quia vero ſpiritales qui
ꝑ allegoriarum nubem penetrāt & ſpiritaliter
dei verba cognoſcunt moyſes acceſſit ad cali
ginem in qua erat deus Hinc & ī pſalmo di
citur. Caligo ſub pedibus eius quia nō ea cla
ritate deus ab inferioribus cernit̄ qua ī ſupe
rioribus dominat̄. Que ſententia & aliter in
telligi poteſt caligo vero hic diabolus ē qui
hominum mētes innubilat dū veritatis ſplē
dorem nō facit videre quas poſſidet Sub pe
dibus eius quia ſine dubio maieſtate dn̄i ſal-
uatoris cōculcatur demonium execranda ne
quicia ſicut ī nonageſimo pſalmo dictum eſt
Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis & cō
culcabis leonem & draconem. Item caligo ſi
gnificat cecitatem cordis ꝑſecutorum. Hīc
dominus ad iob ait. Quis clauſit oſtiis mar̄e qn̄
erumpebat quaſi de vulua ꝓcedens cum po
nerem nubem veſtimentum eius & caligine il
lud quaſi pannis infantie obuoluerem. mare
ſeuiens nube induitur quia crudelitas ꝑ ſe-
quentium ſtulticie ſue velamento veſtit̄. &
ꝑſpicuam veritatis lucem videre nō ſufficit
& id qđ agᵉ ꝑ crudelitatem ꝑ cecitatem nō
agnoſcit. Quia ergo ꝑſecutores eccleſie īſta
bilitate cordis inquieti atque huic ſeclo dediti
nō grandia ſꝫ puerilia ſapiūt ſupno iudicō cō
ſtringuntur ne tantum ꝑſequi valeāt quātū
volunt Item vmbra & caligo aliquādo pecca
ta ſignificat vnde dicitur ſedētes in tenebris
& in vmbra mortis. aliquādo delectationem
peccatorum vt eſt illud in iob de diabolo dic
tum ſub vmbra ī ſecreto calami & iūci & lo
cis virentibus. Et quia vmbra nō lōge ē ab
aere cuius eſt vmbra. ita & mors non longe
eſt a pena. Hinc & in iob dicitur. Vbi vmbra
mortis & nullus eſt ordo & ſempiternus hor
ror inhabitat.

De ebdomadibus

Ebdomada grece a ſeptenario nume
ro nomen accepit. humana quidē
cōſuetudine ſeptenis ſolū acta die-
bus ſed ſcripture ſacre auctoritate mītis ſpe-
ciebus inſignis que tamē cūcte ni fallor ad
vnū finem ſpectant nos ſcilicet ammonentes poſt
operū bonorum ꝑfectionē ī ſpūs ſancti gratiā ꝑ
petuā ſperare quietem. Prima ergo ſingula
ris illa ebdomada & a qua cetere formā ca-
peſſunt diuina eſt operacōne ſublimis. quia
dn̄s ſex diebus mundi ornatum cōplēs ſepti-
ma requieuit ab operibus ſuis vbi notandum
qđ nō ideo ſenarius numerus eſt ꝑfectus qa
dn̄s in eo mūdi opa ꝑfecerit ſed ſicut Augu
ſtinus ait ideo dn̄s qui omnia ſimul creare va
lebat in eo dignatus ē opari qa numerus ē ille
ꝑfectus vt etiam ꝑ hūc opa ſua ꝓbaret eſſe
ꝑfecta qui ſuis partibus pmus implētur id
ē ſexta & tercia & dimidia que ſūt vnū duo
& tria & ſimul ſex fiūt. Ad huius exemplū
diuine ebdomadis ſcđa hominibus obſeruan
dā mandatur dicente dn̄o ſex diebus opaberis
& facies omīa opa tua. ſeptimo autē die ſab
bati dn̄i dei tui nō facies omne opus. Sex enī
diebus fecit dn̄s celū & terram mare & om
nia que in eis ſūt. & requieuit in ſeptimo q̄
a ppl̄o ebdōda dei ita cōputabatur ātiquitus
Prima ſabbati vel vna ſabbati ſiue ſabbatorum
ſcđa ſabbati. tercia ſabbati. q̄rta ſabbati. qn̄
ta ſabbati. ſexta ſabbati ſeptima ſabbati. vel
ſabatum nō qđ omnes ſabbatorum hoc ē requi-
etionum die que ſuo nomīe & cultu ſingula-
ris excellebat pma vel ſcđa vel tercia vl̄ cete
re ſuo queque cenſerent̄ ex ordine. Tercia ſpe
cies ebdomadis ī celebracōne pentecoſtes a
gitur ſeptem videlicet ſeptimanis dierū &
monade hoc eſt quinquaginta diebus imple
ta. qua die & moyſes ardentem cōſcendens ī
mōtem. legē de celo accepit & xp̄us in lingu-
is igneis ſpūs ſancti grām de celo miſit. q̄r
ta ſeptimi menſis erat ebdomada qui ſolem-
nitatibus ꝑclaris pene totus expendebat̄ int̄
q̄as ꝑcipue dies ꝓpiciacōnis eminebat q̄ ſola

per annum pontifex derelicto foris populo
ſancta ſanctorum intrabat annuis antea fruc
tibus hoc eſt frumenti vini & olei ex ordine
collectis. ſignificamꝰ ihesũ pontificem mag
nũ impleta diſpenſacõne carnis p ꝓpriũ ſan
guinẽ celeſtis regni ianuas ingreſſum vt ap
pareat nunc vultui dei ꝓ nobis qui foris ad
huc poſiti preſtulamur & diligimus aduẽtũ
eius vbi notandum quia ſicut quidam inmũ
di p legem pma tercia & ſeptima die videbã
tur luſtrari ſic & pmꝰ tercius ac ſeptimꝰ mẽ
ſis ſuis quiq cerimoniis extitere ſolemnes.
Quinta ebdomada ſeptimi anni quo toto po
pulus ab agricolandi ope legis imperio vaca
bat dicente domino ſex annis ſeres agrũ tu-
um ſeptimo ceſſabis. Sexta anni iubelei hoc
eſt remiſſionis ebdomada eſt que ſeptem eb-
domadibus annorum hoc eſt xlviiii ãnis texi
tur. qua expleta hoc eſt quinquageſimo de-
mum anno incipiente. tube clarius reſona-
bant & ad oẽs iuxta legem poſſeſſio reuerte
batur antiqua. Septima ſpecies ebdomadis
eſt qua ꝓpheta daniel vtitur more quidem
legis ſeptenis annis ſingulas cõplectẽs ebdo
madas ſed noua racõne ipſos annos abbreui-
ans duodenis videlicet mẽſibꝫ lune ſingulos
determinãs emboliſmos vero menſes qui de
ãnuis vndecim epactarum diebus accreſce
re ſolent in lege patria tcio vel altero ãno ſin
gulos adiciens ſed vbi ad duodecimũ nume-
rum augeſcẽdo puenirent ꝓ integro ãno pa
rit inſerens. Hoc autem fecit nõ veritatis co
gnicõnem querentibus in videndo ſed ꝓphe
cie more ipſũ querentium exercẽdo ingeniũ
malens vtiq ſuas margaritas a filiis clauſas
fructuoſo ſudore inueſtigari q̃ pro fuſas a
porcis faſtidioſa deſpectõne calcari. Verum
vt hec aptius eluſceſcant ipſa iam angeli ad
ꝓphetã edicta videamꝰ. Septuagĩta inquit
ebdomades abbreuiate ſũt ſuper ppl'm tuũ
& ſup vrbẽ ſanctã tuam vt cõſumetur puari
catio & finem accipiat peccatũ & deleatur
iniquitas & adducatur iuſtitia ſempiterna.
impleatur viſio & ꝓphecia & vngeatur ſanc
tus ſanctorum. Nulli dubium quin hec ver-
ba xp̃i incarnacõnẽ deſignent qui tulit pec-
cata mũdi. legem & ꝓphetas impleuit. vn-
ctus ẽ oleo leticie p participibus ſuis. & qđ
ebdomades lxx. p ſeptenos ãnos diſtincte q̃-
dringentos & nonaginta ãnos inſinuent. Sꝫ
Notandũ qđ eaſdem ebdomadas nõ ſimplici
ter ãnotatas ſiue cõputatas ſed abbreuiatas
aſſerit. occulte videlicet lectorem cõmonens
vt breuiores ſolitos annos nouerit iudicatos
Scito ergo inquit & animaduerte ab exi-
tu ſermonis vt iterũ edificet iherl'm vſq ad
xp̃m ducem ebdomades ſeptẽ et ebdomades
ſexagĩta due erunt: & rurſus edificabit pla-
tea & muri ĩ anguſtia temporis eſdra narrã
te didicimus qđ neemias cum eſſꝫ pincerna
regis artarxerxis viceſimo anno regni eius
mẽſe niſan: impetrauit ab eo reſtaurari mu
ros iherl'm. templo multo ante cyro pmittẽ
te conſtructo ipſũq opus vt dictum eſt in an
guſtia temporis pfecerᵗ. adeo ſcꝫ a finitimis
gentibꝫ impugnatꝰ vt ſtructores ſinguli gla
dio renes accincti vna manu pugnaſſe altera
murum recuperaſſe narrentᵗ. Ab hoc ergo tẽ
pore vſq ad xp̃m ducem ebdomades lxx cõ-
puta hoc eſt annos duodenoꝝ menſium luna
rium quadrĩgentos nonaginta qui ſũt ãni ſo
lares quadringenti ſeptuaginta q'q ſiqui-
dẽ pſe a pfato viceſimo ãno regis artarxerx
is vſq ad mortem darii regnauerũt ãnis tre
cẽtis. inde romani vſq ad ſeptimũ decimum
tiberii ceſaris annum monarchiã tenuerunt
ãnis lix. qui ſũt ſimul vt diximus anni cccc
lxxv. & cõtinentur circulis decennouenalibꝫ
xxv. Decies nouies enim vicem & quini fi-
unt cccc lxxv. Et quia ſingulis circulis embo
liſmi vii. accreſcunt: multiplica xxv. p vii. fi
unt clxxv. qui ſũt emboliſmi menſes quadrĩ
gentorum lxxv. annorũ. Si ergo vis ſcire q̃t
annos lunares facere poſſint partire clxxv p
xii duodecies deni & quatuor xiiii. annos fa-
ciunt & remanent menſes vii. Hos iſige ad
ſupſcriptos cccc. lxxv. fiunt ſimul cccc lxxx
viiii. adde & menſes ſupfluos vii. partẽq oc
taui decimi anni imperii tiberii quo dñs paſ
ſus eſt & ĩuenies a tẽpore pfinito ad eius vſ
q paſſionem ebdomadas lxx. abbreuiatas hᵒ
eſt annos lunares cccc xc. ad eiꝰ vero baptiſ
mum quando unctus eſt ſanctus ſanctorum
deſcendẽte ſup eum ſpũ ſancto ſicut colũba
nõ ſolũ ebdomadas vii. & lx. duas fuiſſe cõ-
pletas ſed & partem iam ſeptuageſime eb-
domadis inchoatam & poſt ebdomadas inqt
lx. duas occidetur xp̃s & nõ erit eius popu-
lus qui eũ negaturꝰ eſt Non ſtatim poſt lx.
duas ebdomadas. ſed ĩ fine ſeptuageſime eb
domadis occiſſus eſt xp̃us: quã ideo quantũ
conicere poſſumus ſegregauit a ceteris quia
de hac erat plura relaturus: nã & xp̃us in il-
la cruci fixus & a populo pfido non modo in
paſſione verũ cõtinuo ex quo a iohanne pdi-
cari cepit negatus eſt qđ autem ſequitur &
ciuitatem & ſanctuariũ diſſipauit populꝰ cũ
duce venturo & finis eius vaſtitas & poſt fi
nẽ belli ſtatuta deſolacõ non ad. lxx ebdoma
das ptinet. Predictum enim fuerat qđ ipſe
ebdomades ad xp̃i vſq ducatũ ptingerent.
ſed ſcriptura pdicto aduentu & paſſiõe ipſiꝰ

quid etiam poſt hanc populo qui eum reci-
pere nollet euenturū oſtendit. Ducem euim
venturum titū dicit qui quadrageſimo anno
dominice paſſionis ita cū populo romano ci-
uitatem & ſanctuarium diſſipauit vt nō re
maneret lapis ſuper lapidem. Verum his p
anticipacōnē ꝑlibatis mox adexponendū eb
domade quam obmiſerat redit euētum. Cō
firmabit aūt pactum multis ebdomada vna
hoc eſt ipſa nouiſſima in qua vel iohānes bap
tiſta vel dn̄s & apl̄i ꝑdicando multos ad fi-
dem cōuerterunt & ī dimidio ebdomadis de
ficiet hoſtia & ſacrificium. Dimidium ebdo
madis huius quintus decimus ānus tiberii
ceſaris erat quando inchoato xp̄i baptiſma-
te hoſtiarū purificacō fidelibꝫ paulatim vi-
leſcere cepit. Item qđ ſequitur & in templo
erit abhominacō deſolationis & vſq; ad con
ſumationem & finē pſeuerabit deſolacō. Ad
ſequentia tempora reſpicit cuius ꝓphetie ve
ritatē & hiſtoria veterum & noſtroꝝ hodie
q; temporum teſtatur euentus. Octaua ſpe
cies ebdomadis vniformis & ſola ſine circu
itu reuolucionis extans ad figuram p om-
nia ꝑme ebdomadis labentibus huius ſeculi
cōficitur etatibus. Prima enim die facta eſt
lux & prima etate homo in paradiſi amenita
te locatur diuiſa luce a tenebris factam eſt
veſpere & ſeparatis dei filiis a ſemine neq;.
nō longe poſt natis gigantibus corrupta eſt
omnis terra donec creator penitens ſe homi
nē feciſſe munduum diluuio perdere diſpo-
neret. Scđa die firmamētum in medio libra
tur aquarum ſcđa etate arca ī medio fertur
aquarum hinc fonte abyſſi ſupportata illinc
celi cataractis cōpluta que habuit veſperam
quando filii adā pedes ab oriente mouentes
qui ī cōſtruēda ſupbie turre cōuenerūt ling
uarum diuiſione mulctati & ab inuicem ſūt
diſperſi. Tercia die aquis in cōgregationem
vnam coactis apparuit arida illius herbꝫ q;
decora: & tercia etate firmitatis in cultu de
orum nationibus abraham patriarcha cogna
cōnem patriamq; deſerens ſanctorum ſemi-
ne fecundatur. Huic aduenit & veſpera. qn̄
gens ebrea malis coacta ꝑmentibus contra
dei voluntatem regē ſibi petiit. qui mox or-
dinatus ꝑmo dn̄i ſacerdotes ꝓphetaſq; truci
dat. poſtmodum ipſe cum tota gente gladio
periit allophilorū. Quarta die celum lumi-
naribus ornatur. q̄rta etate gens illa celeſti
fide inclita regno dauid & ſalomonis glorio
ſa templi etiam ſanctiſſimi altitudine totum
nobilitatur in orbem. ſed accepit & veſperā
quando crebreſcentibus peccatis. regnū ill[d]
a chaldeis diſſipatū templū dirutū & tota

gens eſt babiloniā translata. Quinta dies pi
ſces aueſq; aquis educte. hi in patriis manēt
vndis illi aera terramq; ꝓuolant. quinta eta
te multiplicatus ī chaldea ppl̄s iſrahel pars
celeſtium deſiderioꝝ pennis fulta hieroſoli-
mā petiit. pars volatu deſtituta virtutū int̄
babilonie fluenta reſedit. Succeſſit & veſpe
ra quando imminēte iam ſaluatoris aduētu
gēs iudea ꝓpter ſcelerum magnitudinē ro-
manis tributaria facta īſuper & alienigenis
eſt ſubacta regibus. Sexta die terra ſuis ani
mantibus impletur. & homo primus ad ima
ginē dei creatur moxq; eius latere dormiētis
ſumpta coſta femina fabricatur ſexta etate
ꝑconātibus ꝓphetis filius dei ī carne qui ho
minem ad ymaginē dei crearat apparuit. q
dormiens in cruce ſanguinem & aquā de la-
tere vnde ſibi eccleſiam cōſecraret emanauit
huius etatis veſpera ceteris obſcurior in an-
ticriſti eſt pſecutione ventura. Septima die
cōſumatis operibus ſuis deus requieuit. cāq;
ſanctificās ſabbatū nuncupari precepit que
veſperam habuiſſe nō legitur. ſeptima enim
etate iuſtorum anime poſt optimos hui9 vi
te labores ī alia vita ppetuo requieſcūt que
nulla nūquā triſticia maculabitur ſed maiori
inſuper reſurrectionis gloria cumulabit. Hec
etas hominibꝫ tunc cepit quādo prim9 mar
tir abel corpore quidem tumulum ſpū autē
ſabbatum ppetue quietis intrauit pficietur
aūt quādo receptis ſanctis corporibꝫ in ter
ra ſua duplicia poſſidebūt letitia ſempiterna
erit eis & ipſa eſt octaua ꝓ qua ſextus pſal-
mus inſcribitur credo quia in ſex huius ſecu
li etatibus ꝓ ſeptima vel octaua illius ſeculi
eſt etate ſupplicandum ī qua quia iuſti gau
dia ſed reprobi ſūt ſupplicia percepturi pſal
mus hinc ingenti pauore incipit. currit finit
Dn̄e ne in ira tua arguas me & cetera.

## De menſibus

Menſes dicti a menſura qua quiſq; e
orum menſuratur. ſed melius a lu-
na que greco ſermone mene vocat̄.
Nā & apud ebreos hieronimo teſte luna q̄m
mene nominat̄ menſibus nomen dedit. Vnde
& iheſus filius ſirach qui vtiq; ebraice ſcrip-
ſit de luna loquens ait menſis ſecundum no-
men eſt eius. Antiqui enim menſes ſuos non
a ſolis ſed a luna curſu computare ſolebant.
Vnde quotiens in ſcriptura ſacra ſiue ī lege
ſeu ante legem quota die menſis quid factū
dictum ue ſit indicatur non aliud q̄ lune e-
tas ſignificat̄. a q̄ ſēper ebrei quibus credita
ſūt eloquia dei antiquo patrum more mēſes
obſeruare nō ceſſauit. primum menſe nouo-
rū qui paſche cerimoniis ſacratus eſt niſan

appellātes cui ꝓpter multiuagum lune di-
ſcurſū nūc ī marciū menſem nūc incidit ī ap
lem nunc aliquot dies maii menſis occupat.
Sed rectius aprili deputatur. quia ſemꝑ ī ip
ſo vel incipit vel deſinit vel totus includitur
ea dumtaxat regula cuiꝰ & ſupꝰ meminimꝰ
obſeruata vt que quinta decima poſt equino
ctium luna extiterit ꝑmum ſequētis ānī mē
ſem faciat que vero antea nouiſſimū ꝑceden
tis. Sic ꝗ ꝑ ordinem ſecundus eoꝝ mēſis iā
maio. tercius ſiuan iunio. quartus thamul iu
lio. quintus ab auguſto ſextus elul ſeptem-
ber. ſeptimus. theſeri october quē ꝓpter col
lectionem frugū & celeberrimas in ipſo feſti
uitates nouum ānum appellant. octauus ma
reſuā nouember, nonꝰ caſleu decēber. deci
mus debeth ianuario vndecimꝰ ſabat febru
ario. Duodecimꝰ adar marcio ſimili rōne cō
paratur. Quos videlicet menſes ꝓpter lune
circulū qui xxviiii et ſemis diebus cōſtat tri
cenis vndetricenisq̄ diebus alternātes ſecū-
do demum vel tercio āno exacto menſem ſu
perfluum qui ex ānuis vndecim epactarum
diebus cōfici ſolet intercalāt. Vnde nō nul-
lo moneor ſcrupulo quomō maiores noſtri di
em qua lex data eſt que eſt tercia menſis ter
cii quinq̄geſimā ab agni occiſione computent
ponētes videlicet ꝑmi mēſis ſiduos dies nu-
mero decem & ſeptē quia tredecim priores
fuerāt ante paſcha tranſacti ſecundi xxx. ter
cii tres qui fiunt ſimul dies quinq̄ginta cum
conſtet duos menſes lunares nō lx. ſed quin
q̄ginta nouem diebus terminari. ideoq̄ ſi pa
ſchalis menſis xxx. diebus computatꝰ xxviiii
ſui curſus dies poſt paſcha retinuerit ſecun-
dum ſi menſem nō triginta ſed vndetrigīta
diebus debere cōcludi, ac ꝑ hoc in ſūma tem
poris memorati nō plus q̄ vndequinquagin
ta dies inueniri. niſi forte putandum eſt ſine
dochicos que eſt regula ſancte ſcripture fre-
quētiſſima a parte totum computari. Verū
hec vtcumq̄ acta vel computata fuerint cla
ret tamen ebreos ad lune curſū ſuos menſes
obſeruare cōſueſſe. nec aliter in geneſi recte
ſenciēdum vbi noe cum ſuis ſeptimo decimo
die ſecundi menſis arcam ingreſſus. & xxv
iii eiuſdem menſis die poſt diluuium egreſſꝰ
aſſeritur: quam ānum ſolis integrum hoc eſt
trecentorum ſexaginta quīq̄ dierum eſſe de
ſcriptum. quia videlicȝ luna que preſenti an
no. verbi grā ꝑ nonas maias ſeptima decima
xiſtit. anno ſequentꝭ viceſimi viii pridie no
nas maias occurret. notādum ſane qꝺ nimiū
fallantur qui menſem definiendum vꝭ ab an
tiquis definitum autumāt quamdiu luna zo
diacum circulum ꝑagit. que nimirum ſicut
diligentior inquiſicō naturarum edocuit zo-
diacum quidē ſeptem viginti diebus & octo
horis ſui veri curſus ordinem viginti nouem
diebus & duodecim horis ſalua ſui ſaltus ra
cōne cōficit. ideoq̄ rectius ita defiriēdū qꝺ
menſis lune ſit luminis lunaris circuitꝰ ac re
dintegracō de noua ad nouam. Solaris autem
menſis digreſſio ſit ſolis ꝑ duodecimā partē.
zodiaci id eſt ſigniferi circuli que trigita die
bꝰ decē & ſemis horis impletur: vigīti dua
bus videlicet horis ac dimidia lunari menſe
ꝓductior e quibus vndecim epactarum dies
& q̄drans annuatim ſuccreſcere ſolet. Duo-
decies enim viceni & bini ducentos ſexagita
q̄tuor faciunt quas eē horas vndecim dierū
hic facile patet quia vndecies viceni & q̄tni
eandem ſūmam cōficiūt. Porro duodecies ſe
mis ſex faciunt que ānue ſūt hore q̄drās. Si
qdem luna duodecim ſuos mēſes vndecī die
bus vt dictū eſt & q̄drāte breuiores totidē
ſolis menſibus agens in his tandem ꝑagen-
dis tredecies zodiaci ambitum luſtrat. Iuxta
allegoriam vero menſis qui a luna nomen &
ordinem accepit ſignificat ſancte eccleſie co-
adunationē ſiue ꝑfectū. Vnde iob ait. Quis
mihi tribuat vt ſim iuxta mēſes priſtinos qꝺ
noīe ſignat menſiū niſi collectōes animarum
ſiue aliquādo menſis ꝓ ꝑfectione Reminiſcatꝰ
ergo ꝑ vocem iob eccleſia ꝑfectōis ꝑſtine &
reducit ad memoriam quanta ꝑfectō ꝑdica
cōis ſue collectis animabus reportabat lucra
Menſes duodecim eiuſdem numeri ſūt apli
vt in apocalipſi. Per ſingulos menſes reddē
tia fructum ſuum Item mēſis ſicut & ſabba-
tum ꝓ requie ſēpiterna poſita inueniutur vt
eſt illud yſaie. Et erit mēſis ex menſe & ſab
batū ex ſabbato vt de carnalibꝫ ſabbatis mē
ſibꝫ q̄ fiant ſpiritalia ſabbata delicata. Qui
ſabbatiſmus dei populo reſeruatur: & men-
ſis ſpiritalis quando a puncto vſq̄ ad punctū
luna cōplebitur & ſuo currit ordine vt effici
at menſem integrum calendarium. Q2. au-
tem luna que a ſole illuminatur ſignificet ec
cleſiam a xp̄o illuminatam nō indiget expla
nari. & ſabbatum requiem ſignificat. Veni-
unt ex neomeniis & ſabbatis qui ſex diebꝫ in
quibus factus eſt mundus tranſcenſis feſti-
nant ad ſeptimū diem id eſt ſabbatum ī q̄ ve
ra eſt requies veniet omnis caro vt adorat co
ram facie mea dicit dominus non populus iu
deorū tātum nec in ſola hieruſalem ſed omne
humanū genus vbiq̄ in toto orbe adoret pa
tremī ſpū & veritate.

### De viciſſitudinibꝫ tempoꝝ q̄tuor

Temporum autem viciſſitudines q̄-
tuor ſunt. ver eſtas. autumnus &

hiems. Dicta ſūt autem tempora a commu-
nionis temporamento ꝙ inuicem ſe humo-
re ſiccitate calore & frigore temperent. Hec
& curricula dicuntur quia nō ſtant ſed cur-
runt cōſtat autem poſt factum mūdum ex q̄
litate curſus ſolis tempora in ternos menſes
fuiſſe diuiſa. quorum temporum talem vete
res diſcrecōnē faciunt. vt ꝑmus menſis ver
nouus dicatur. ſecundus adultus. tercius ꝑ-
ceps. Sic & eſtas in ſuis tribus menſibus no
ua adulta & ꝑceps. ſic & autumnus nouus.
adultus. & preceps. Item hiems noua adulta
& preceps ſiue extrema. Vnde & ē illud ex-
treme ſub caſu hiemis. Ver autem dictū qꝛ
viret. tunc enim poſt hiemem veſtitur tellꝰ
herbis & in florem cuncta rumpūtur. Eſtas
dicitur quaſi vſta id eſt exuſta & arida nam
calor aridus eſt. Autumnus a tempeſtate vo
catus quādo & folia arborum cadunt & om-
nia matureſcunt. Hiemē racō hemiſpii nūc
cupauit. quia tunc breuiori ſol voluitur cir-
culo. Vnde & hoc tempus bruma dicit̄ qua-
ſi braxin. id eſt breuis. vel a cibo quod maior
ſit tūc veſcendi appetitus. Edacitas enī gre
ce bruma appellatur Vnde & imbrumati di
cuntur quibus faſtidium eſt ciborum. Hiber
nus autem inter hiemem & vernū quaſi hie
mernus qui plerumqꝫ a parte totum hiemem
ſignificat. Nec tempora ſingul̄ etiā celi par
tibus aſcribuntur. Ver quippe orienti datur
quia tunc ex terris omnia oriuntur. Eſtas ve
ro meridiano eoquod pars eius calore flagn
tior ſit. Hiems ſeptentrioni qꝛ frigoribus
& ꝑpetuo gelu torpet. autumnꝰ occiduo ꝓp
ter graues morbos quos habet. vnde & tūc
omnium folia arborum defluunt. Vt autem
autumnus abundet morbis facit hoc cōfiniū
frigoris & caloris. & cōpugnācia intra ſe cō
trarium rerum. Miſtice autem ver baptiſmi
nouitatem ſignificat aut renouacōnem vite
poſt frigus infidelitatis & pigricie torporē
ſiue reſurrectionem corporum poſt mortis
occubitum. Vnde dn̄s ꝑcepit in lege mēſem
nouarum obſeruare & verni principium quā
do edux̄ dn̄s filios iſrahel de terra egypti ꝑ
mare rubrum in quo & celebrare paſcha iuſ
ſit. quo etiam tempore ſaluator poſt paſſio-
nē a morte ſurrexit & ſpē nob̄ reſurrectōis
tribuit. Eſtas autem venture iocunditatis
ꝑfiguracō eſt & feruorem caritatis exꝑmit.
Vnde eſt illud ī pſalmo. Eſtatem & ver tu
feciſti ea. Et in ſalomone. Iam enim hiems
tranſiit & receſſit. flores apperuerūt in terra
Eſtas futura beatitudo vt in ſalomone Prop
ter frigꝰ piger arare noluit mēdicabit eſta-
te & nō dabitur ei. Per hec duo tempora ſig

nificat fideles diuerſa morum qualitate pol
lentes. Alii enim ſūt tanquam eſtꝰ. fidei ca
lore feruētes ad martirium vſqꝫ ꝑducti. alii
manſuetudine temperati tanquam ver equa
bili dn̄o deuocōne famulantes. Omnia enim
& iſta & alia ipſe fecit cuius gratia cōcedit̄
qꝛ ī hominum bona voluntate monſtratur.
Autumnus etiam in quo colliguntur fruges
& tempus eſt meſſis atqꝫ vindemie tempus
vniuerſal̄ iudicii ſignificat. quādo vnus qſqꝫ
operis mercedē recipiet & metet fructū la-
boris ſui iuxta illud apl̄i. Omnes nos opor-
tet ſtare ante tribunal xp̄i vt recipiat vnus
quiſqꝫ ꝓpria coporis prout geſſit ſiue bonū.
ſiue malum quō qui ſeminat ī carne ſua de cā
ne metet corrupcōnem qui autem ſemīnat ī
ſpū de ſpū metet vitam eternam. Sic enī do
minus in euangelio ait. Meſſis vero cōſuma
tio ſecl̄i eſt. meſſores autē angeli dei Et alibi
Sic eſt regnum dei quemadmodū ſi homo ia
ciat ſementem in terrā & dormiat. & exur-
gat nocte ac die & ſemen germinet & incre-
ſcat dū neſcit ille Vltro enim terra fructifi-
cat. ꝑmum herbam deinde ſpicam deīde ple
num frumentū ī ſpicā. Et cum ſe ꝓduxerit
fructꝰ ſtatim mittat falcem quō adeſt tem-
pꝰ meſſis. Tūc enī mittet filius hoīs ange
los ſuos & colligent de regno eius omnia ſcā
dala. alligantqꝫ. zizania faſcicul̄ ad cōburē
dū. triticū autē cōgregant ī horrea ſua. Itē
autūnꝰ aliquando tranſacta ſalutis tempora
ſignificat. vt ī michea Ve mihi quia factus ſū
ſicut qui collig̃ racemos ī autumno. Hiems
vero tribulacōnem ſignificat vl̄ terminū mō
tal̄ vite. Vnde dn̄s precepit in euāgelio diſci
pul̄ dicens orate vt nō fiat fuga veſtra hie-
me vel ſabbato Si de captiuitate hieruſalem
hanc ſentenciam voluerimꝰ accipere quādo
a tito & veſpaſiono capta ē orare debent ne
fuga eoꝝ hieme vel ſabbato fiat. qꝛ ī altero
duricia frigoris ꝓhibet ad ſolitudinem ꝑge
re & ī mōtibꝫ deſertiſqꝫ latitare. ī altero au
tem tranſgreſſio legis eſt ſi fugere voluerīt
aut mors imminens ſi remanſerit. Si autem
de cōſumacōne mūdi ītelligitur hoc ꝑcepit.
vt non refrigeſcat fides noſtra & in criſtum
caritas. neqꝫ vt ocioſi in opere dei torpeamꝰ
virtutū ſabbato.

## De anno

ANnus vel ab innouādo cuncta que
naturali ordine tranſierāt vel a cir
cuitu temporis nomē accepit. quia
veteres annum ꝓ circum ponere ſolebant vt
cato dicit ī originibꝫ oratorum ānum id ē cir
cum terminum & ambire dicitur ꝓ circuire
eſt autem annus lunaris eſt & ſolaris. eſt &

errancium diſcretꝰ ſtellaꝝ. eſt & omnium plane
tarum vnus quem magnum ſpecialiter nuncu
pant. ſed lunaris annus quadrifarie accipit.
Primus eſt nanq̄ cum luna xx. vii. diebus &
octo horis zodiacum percurrens ad id ſignum
ex quo egreſſa eſt reuertitur. ſecundus duo
bus diebus & q̄tuor horis prolixior. qui cõſue
te menſis appellatur cum ſolem a quo noua
digreſſa eſt. xx viiii. diebꝰ & duodecim horis
exactis iam defecta repetit. tercius qui xii.
menſibus huiꝰmodi id ē diebus cccliiii. ex-
pletur & vocatur communis eoq̄ duo ſe-
piſſime tales pariter curran tquartꝰ qui em
boliſmus grece dicitur id eſt ſuperaugmen
tum & habet xiii. menſes id eſt dies ccc lxx
xiiii. qui vterq̄ apud ebreos a principio men
ſis paſchal' incipit ibidemq̄ finitur. apud ro
manos vero ab incipiente luna menſis ianua-
rii ſumit inicium ibiq̄ terminatur. Item ſo
lis eſt annus cum ad eadem loca ſideꝝ redit
pactis trecentis ſexaginta quinq̄ diebus &
vi. horis id ē quadrante tociꝰ diei. que pars
quaterducta cogit ĩterponi vnum diem qđ
romani biſſextum vocant vt ad eundem cir
cuitum redeatur. Quartꝰ ſolaris giri annus
biſſextilis eſt ceteris tribus vno die prolixior
quo confecto ſol ad cuncta ſignorum loca eiꝰ
dem dieꝝ noctiũq̄ q̄bus ãte q̄driennũ reuer
titur horis. Annus errantium ſtellaꝝ ē quo
illarũ queq̄. zodiaci ambitũ perluſtrat de q̄
ſupra diximus. Annus magnus eſt cum om
nia ſimul errantia ſidera ad ſua queq̄ loca ſi-
mul habuere recurrũt quem etiam circulus
magnus paſche oſtendit. Circulꝰ paſce mag
nus eſt q multiplicato p inuicem ſolari ac lu
nari ciclo quingẽtis triginta duobus cõficit
annis. Siue enĩ decies nonies viceni & octo-
ni ſeu vicies octies deni ac noueni mltiplicẽ
tur quingentoꝝ. xxxii. numeꝝ complent vn
de fit vt idem circulꝰ magnꝰ decennouenna
lis lune circulos viginti octo ſol' autẽ qui vi-
cenis octoniſq̄ conſumari ſolet annis decem
& nouẽ habeat circulos biſſextos decies no
nies ſeptenos id ē centum triginta tres men
ſes ſolares vicies octies ducentos viginti &
octo id eſt ſex milia trecentos octoginta qua
tuor. Mẽſes aũt lunal's vicies octies ccxxxv
id ē ſex milia. d. lxxx dies exceptis biſſextis [illegible]
cies octies vi. d. ccc xxxv. id ē. cxx[illegible]lxx[illegible]
appoſitis autẽ bis ſextis cxciiii. ccc. xiii. Qui
vbi memoratam ex ordine menſiũ dierumq̄
ſũmã cõpleuerit mox in ſe ipſũ reuolutꝰ cũc-
taq̄ ad ſolis vel lune curſũ ptinent eodẽ quo
pterierant ſemper tenore reſtaurat. Tantũ
anni dominice incarnacõnis ſuo certo trami
te pficiunt ĩ maiꝰ & ĩdictiones ẽq̄uo ferãt

in ordine nil ſiderũ curſũ atq̄ ideo nil paſcha
lis calculi ordinẽ mouẽt. ãni enĩ iuxta allego
riam aliquando æternitatẽ: aliquando bre-
uitatem humane vite ſignificãt in illo enĩ p
phetico vbi ad deum dicitur tu autem idem
ipſe es & anni tui nõ deficiẽt natura eiꝰ ſub
breuitate declaratur. quia ipſe ſolꝰ nouit ẽẽ
qui vt ſit alio nõ egeret adiutore. Alibi aũt
vbi ſcriptum eſt anni noſtri ſicut aranea me-
ditabuntur. malignitatẽ vite noſtre poſita ſi
militudo declarat. Aranea ē enim animal de
bile ac tenuiſſimũ qđ tranſeuntibꝰ muſcis ad
eſcam ſibi pcurrandã quedã retia doloſa cõ-
texit. Sic anni eorum qui ſceleratis operibꝰ
dediti ſũt in artibus & ſubdolis machinatio
nibus occupantur. Qꝫ autem ſubſequenter
dicitur dies annoꝝ noſtrorum ĩ ipſis lxx. ãni
ſi autem ĩ potentatibus lxxx anni & cetera ſi
annos iſtos ad literam velimus aduertẽ mlt-
tos hominũ & nonagenarios bene viuentes ĩ
venies. & iteꝝ necdum ſeptuagenarios debi
litate cõfectos vt qđ hic dicit cõſtare mini-
me poſſe videatur ſed numerum ſeptuagena
rium legi potiꝰ decenter aptamus que ſabba
ti diem obſeruãdum eſſe pcepit octogenariũ
vero populo xp̄iano aptiſſime deputamꝰ q
octauum diem reſurrectionis dominice ſanc
ta feſtiuitate venerat'. octogenariũ vẽo ad-
didit ĩ potentatibus. quia tunc reuera cepi
mus habere potentiam quãdo nobis dñs ſalua
tor apparuit. Iſti ergo ſũt dies annoꝝ q nobis
pbabil' vite cõferunt claritatem. Annus dñs
ihesus xp̄us a quibuſdã putatur vt ĩ pſalmo.
Benedices coronam ãni benignitatis tue &
campi tui replebuntur vbertate. Annꝰ pre
ſens tempus ab aduentu dñi vſq̄ in finẽ mun
di ĩ quo penitentia & remiſſio peccatorũ p-
dicatur vt eſt illud ĩ yſaia. Predicare ãnum
placabilem dño & diem retributionis. Nunc
& ĩ euãgelio agricola ad dñm ſuum ait. Di-
mitte illam & hoc anno vſq̄ dum fodiam cir-
ca illam & mittam cophinum ſtercoris. An
ni ſex de quibꝰ ĩ lege pcipit vt ſi puer hebreꝰ
emptꝰ precio fuerit dño ſuo ſeruiat & ĩ ſepti
mo ad libertatẽ exeat pſens ſignificant tem
pus. quia mundus ſex diebus factꝰ eſt. iube-
leus interpretatur remiſſionis annꝰ. Eſt enĩ
hebraicꝰ ſermo & numerus qui ſeptenis an-
norum ebdomadibus id eſt xlviiii. ãnis texi
tur ĩ quo clangebantur tube & ad omnes re
uertebatur antiquo poſſeſſio. debita abſolue
bantur cõfirmabantur libertates. Nunc nu-
merum etiam ĩ diebus pentecoſten & ipſi ce
lebramus poſt dñi reſurrectionẽ remiſſa cul
pa & tocius debiti cyrographo euacuato ab
omni nexu liberi ſuſcipientes aduenientẽ in

nos gr͞am ſpūs ſancti.

### De ſeculo

Secula generationibus conſtāt & in
de ſecula q̄d ſe ſequantur. Abeunti
bus enim aliis alii ſuccedunt. Hinc
quidam quinquageſimum annum ſeculū di
cunt quē ebrei iubeleum vocāt. Ob hanc cau
ſam & ille hebre9 qui ꝓpter vxorem & libe
ros amans dn̄m ſuum aure pertuſa aut ſerui
tio ſubiugatus ſeruire iubetur ī ſeculum h°
eſt vſq; ad annum quinquageſimū. Aliquan
do ꝓ preſenti vita poſitum eſt vt ē illud. Cō
fitemini dn̄o q̄ūo bonus quoniā ī ſeculū miſe
ricordia eius. Seculum huius vite ſignificat
curſū vbi miſeri ſūt quicumq; delīquūt vbi
fas eſt corda noſtra cōuerti & miſericordiā
poſtulari. Ibi enim damnatio eſt cōfiteri pec
catum vbi conſtat eſſe iudicium. Aliquando
ꝓ eternitate ponitur vt ē illud. Memor fuit
ī ſeculum teſtamenti ſui. qa quicquid dn̄s ꝓ
miſit p eum firmitate manſurum eſt. Aliquā
preteritum tempus ſignificat vt ē illud. Mi
ſericordia dn̄i a ſeculo hoc eſt a ꝑmordio mū
di declarata eſt in fidelibus ſuis & vſq; in ſe
culum ſeculi hoc eſt in preſenti & ī futuro ſe
culo. Sic ergo ter hic poſitum ſeculum eter
nitatem dn̄i abſolute deſignat. q̄ūo & ille an
te ſeculū & ī ſcl'o & poſt iſtud ſcl'm miſeri
cors eſſe mōſtratur. Etas plerumq; dicit̄ &
ꝓ vno anno vt ī annalib9. & ꝓ ſeptem vt ho
minis. ꝓ centum vt ꝓ quouis tempore. Vn
de & etas tempus q̄d de mltis ſcl'is inſtruit̄
& dicta etas quaſi euitas id ē ſimilitudo eui
Nam eius eſt etas ꝑpetua cui9 neq; inicium
neq; extremū naſcit̄. q̄d greci vocant eonas.
q̄d aliquādo apud eos ꝓ ſcl'o aliquando ꝓ et
no ponitur. Vnde & apud latinos eſt deriua
tum. Etas autem ꝓꝑe duob9 modis dicitur
Aut eſt enim hominis ſicut infantia iuuēt9
ſenectus. aut mundi cuius ꝑma etas ē ab adā
vſq; ad noe. ſcd'a a noe vſq; ad abraham. ter
cia ab abraham vſq; ad dauid. quāta a dauid
vſq; ad migratiōem iuda ī babiloniam. q̄nta
deinde vſq; ad aduentum ſaluatoris in carne
ſexta que nunc agitur vſq; quo mundus iſte
finiatur. Sic ergo pot eſt mūdi etas ad ſimili
tudinē eui hoīs cōparari.

### De ſex etatib9 ſcl'i

De ſex huius mundi etatibus a ſepti
ma vl' octaua quietis viteq; celeſtis
& ſupra. in cōparacōne ꝑme ebdo
madis ī qua mundus ornatus eſt aliquanta ꝑ
ſtrinxim9. & nunc ī cōparacōne eui vni9 ho
minis q̄ microcoſmos grece a philoſophis h°
eſt minor mundus ſolet nūcupari de eiſdem
aliquanto lati9 exponemus. Prima eſt ergo
mundi huius etas ab adam vſq; ad noe cōti
nens annos iuxta hebraicā veritatē mille ſex
centos quinquaginta vii. iuxta lxx. interꝑ
tes. ii. cc. xlii. & generacōnes iuxta vtram
q; edicōnem numero decem que vniuerſali ē
deleta diluuio ſic̄ ꝑmam cui9q; hominis obli
uio demergere conſueuit etatem. Quot9 enī
quiſq; eſt qui ſuam recordet̄ īfantiam. Secū
da etas a noe vſq; ad abraham generacōnes
iuxta ebraicam auctoritatem ꝯplexa decem
annos autem ccxxii. porro iuxta interpretes
anni mille lxxii. Generacōnes vero xi. Hec
quaſi puericia fu' generis populi dei & ideo
ī lingua inuenta eſt id ē hebrea. A puericia
nanq; homo incipit noſſe loqui poſt īfantiam
que hinc appellata eſt q̄d fari nō poteſt. Ter
cia ab abrahā vſq; ad dauid generacōnes iux
ta vtramq; auctoritatem xiiii. annos vero de
ccc xlii. cōplectens. Nec quedā velud adoleſ
cencia fuit ppl'i dei a qua etate quia incipit
homo poſſe generare ꝓpter ea matheus euā
geliſta generacōnum ex abraham ſūpſit exō
dium qui etiam pater gentium cōſtitutus ē
quando mutatū nomē accepit. Quarta a da
uid vſq; ad tranſmigracōnem babilonis ānos
habens iuxta hebraicam veritatem cccc lxx
iii. iuxta lxx. translacōnem duodecim ampli
us generacōes iuxta vtroſq; codices xviii q̄s
tamen euāgeliſta mathe9 certi miſterii gra
tia xiiii. ponit a qua velud iuuenali etate in
populo dei regum tempora ceperūt. Nec nā
q; ī hominibus etas apta gubernādo ſolet ex
iſtere regno. Quinta quaſi ſenil' etas a tranſ
migrate babilonis vſq; ad aduētum dn̄i ſalua
toris ī carne generacōib9 & ipſa xxiiii porro
annis d lxxxviiii extenta. In qua vt graui
ſenectute feſſa malis crebriorib9. plebs he
brea quaſſatur. Sexta que nunc agit̄ etas nl'
la generacōnū vel temporum ſerie certi ſ; vt
etas decrepita iſ; a toci9 ſeculi morte cōſumē
da. Has erumnoſas plenas q; laborib9 mundi
etates quiq; felici morte vicerūt ſeptima iā
ſabbati perinis etate ſuſcepti octauū beate ꝛ
ſurrectōis etate. In qua ſemper cū dn̄o reg
nent expectant

### De feſtiuitatibus

Feſtiuitas dicta a feſtis diebus qua
ſi feſtiditas eoq; ī eis ſola res diuīa
fit qb9 ꝯtrarii ſūt faſti ī qb9 ius fa
tur id ē dicit̄. Solemnitas a ſacris dicitur ita
extra cõmunicionẽ plebis dei habitãt. Vnde
eſt illud quod dominus iubet in euangelica
parabola quãdo illi qui ad nupcias vocati ſũt
noſebant venire ſeruos ſuos exire in plateas
& vicos ciuitatis vt quoſcunq; inuenerĩt vo
carent ad nupcias hoc eſt retardante iudaica
plebe venire ad nupcias domini mandat gen
cium multitudinẽ in locum illi9 ſubintrare
vt implerentur nupcie diſcumbenciũ.
Caſtrum antiqui dicebant oppidũ loco altiſ
ſimo ſitum quaſi caſam altam cuius pluralis
numerus caſtra diminutiũ caſtellum eſt. Ca
ſtra ſiue caſtella cohabitacões honoꝝ homi-
num vel ſanctoꝝ angeloꝝ poſſunt ſignificare
Vnde legit̃ in exodo caſtra filioꝝ iſrahel vbi
caſtra metati ſũt & in geneſeos vbi iacob pa
triarcha obuiam ſibi habuit angelos dei ap-
pellauit nomẽ loci illi9 manaim id eſt caſtra
Caſtra dei que vidit iacob ĩ itinere nulla du
bitacõ eſt quod angelorũ fuerit multitudo
ea quippe in ſcripturis milicia celi nominat̃.
Pagi ſunt apta edificiis loca inter agros ha-
bitantib9 hec et cõciliabula dicta a cõuentu
et ſocietare multorũ in vnum. Competa ſũt
vbi viſus eſt cõuentus fieri ruſticorũ et dicta
competa ꝙ loca multa in agris eorũ cõpetũt
quo cõuenit̃ a ruſticis. Sub vrbana ſũt circũ
iecta vel iecta ciuitatis edificia quaſi ſub vr-
be. ſub vrbana autẽ que edificia ſunt & loca
ciuitatis poſſunt ſignificare diuerſarũ genci
um ſitus qui ad ciuitatis dei hoc eſt ſancte
eccleſie viſus poſſunt ꝑtinere quando per pre
dicatorũ ſtudiũ ad perceptionẽ verbi dei ꝑuo
cant̃ & cathecumini fiũt ſi

q; ſi fide perſeuera
uerint vnitati ſancte eccleſie ſociabunt̃. Me
nia ſunt muri ciuitatis dicti ab eo ꝙ muniãt
ciuitatem quaſi munimenta vrbis id eſt tuta
menta. Muniũ autẽ dictum quaſi manu fac
tum ſicut et munus. Muri a munitione dicti
quaſi muniri quod muniant & tueant̃ interi
ora vrbis. Menia autẽ duplicẽ habent ſigni
ficacões. Nam interdũ menia abuſiue dicunt̃
omĩa edificia publice ciuitatis dũ diuidim9
muros et menia pandimus vrbis proprie au
tem menia ſunt tantum muri murus autem
turrib9 ꝑ. Propugnaculiſq; ornat̃. ꝓmurale
vero qđ ſit pro munitione muri. Eſt enĩ mu
rus ꝓximus ante murum. Menia ergo ciui-
tatis ſancte iuxta ſenſum miſticũ aut cõuenti
cula ſunt ꝑaſtorũ aut culmina ſacrarũ virtu-
tum. Murus autẽ ipſius ciuitatis inexpug
nabilem fidei caritatis ſpei que firmitatem
ſignificat. Poteſt et ipſe domin9 eccleſiã vn
diq; ꝓtegens murus magn9 intelligi de quo
eſaias ait vrbs fortitudinis noſtre ſaluat̃. po
netur in ea murus & ante murale id eſt dñi
ꝓtectio et interceſſio ſcõꝝ patriarcharũ et
ꝓphetarũ vel ceterorũ ſanctorũ predicatoꝝ
qui ei ita faciunt docendo corda credentium
vel murus ſignificat fidem & antem vrale
bona opera. Non enim ſufficit murũ habere
fidei niſi ipſa fides bonis operibus cõfirmet̃
hic murus & hoc antemurale ſiue circũ mu
rale de viuis lapidib9 exprimit̃ qui iuxta ꝓ
phetã voluunt̃ ſuper terrã. Item muri muni
menta ſunt ſcripture diuine vel ꝓphete ſicͭ
legitur in pſalmo edificent̃ muri iheruſalem
Turres vocate qđ teretes ſint & longe ter
res. Eſt enim aliquid rotundũ cum ꝓcerita
te vt columna. Nam et quãuis quadrate aut
late cõſtruant̃ ꝓcul tamẽ videntib9 rotunde
exiſtimant̃. ideo quia omne cuiuſq; anguli ſi
mulachrũ per longum aeris ſpacium euane-
ſcit atq; conſumit̃ & rotundũ videtur In tur
ris ſignificacõne ipſe ſaluator intelligitur vt
eſt illud. Turris fortiſſima nomẽ dñi. item
turris ſcriptura diuina vt in canticorũcanti
cis dicit̃. Collum tuum ſicut turris dauid.
Vel excellentiã virtutũ ſignificat vel eminẽ
tium doctorũ qui primum locũ tenent in ec
cleſia Vnde in cantico canticoꝝ dicit̃. Naſus
tu9 ſicut turris libani. In naſo vero verbi dei
diſpenſatores cauſa diſcrecõis deſignant̃ tur
ri qui aſſimilãtur qui eminentiſſimũ locum
tenent in eccleſia. Inuenit̃ aliquando turris
in cõtrariam partẽ poſita hoc eſt altitudinẽ
ſuperbie ſignificat. Hinc eſt illud qđ filii
adam in geneſi legunt̃ turrim excelſam edi-

ficare vbi cõfuſa eſt lingua eoꝝ. Item turris eccl'ia vt in michea & tuturris gregis nebuloſa filia ſion id eſt diuinis ſacramẽtis obumbrata. Quidam autẽ hanc turrim virginem mariã intelligunt. Item turres corda reproborũ duplicitatis milicia cõſtructe vt in ſophonia ſuper omnẽ murũ munitũ & ſup omnem turrim excelſam.

## De Portis. Ca. ii.

POrta dicit̃ quia poteſt vel importari vel exportari aliquid. ꝓprie aũt porta aut vrbs aut caſtrorũ vocat̃ ſicut ſuperius dictũ eſt. Porta aliquãdo in bonam partem accipit̃ aliquando vero in malam. In bonam ergo partẽ accipitur quando ipſum dominũ ſignificat per quẽ nobis vite eterne aditus patet. Vnde ipſe ait. Ego ſum oſtiũ per me ſiquis introierit ſaluabit̃ & ingredietur & egrediet̃ & paſcua inueniet. Itẽ porta fidem xp̃i ſignificat. Vnde ſcriptum eſt. Per portam ingrediunt̃ inciuitatẽ quia per fidem rectam introeundũ eſt in eccleſiã dei Porta xp̃i vel fides vt in pſalmo. Ecce porta domini iuſti intrabũt per eam. Porta vterus virginis marie ſiue canon veteris teſtamenti vt in ezechiele Vidi portam in domo domini clauſam porte ſcripture ſancte apl'i vel opera bona vt in pſalmo. Eleuamini porte eternales & introibit rex glorie porte corda hominũ ſiue aditus mentis a diabolo dudum obſeſſe poſtea xp̃o poſſeſſe vt in geneſi Poſſidebit ſemẽ tuũ id eſt xp̃s portas inimicorũ ſuorũ. Item porte doctores ſancti intelliguntur qui nobis aperiunt dogmatib9 ſuis introitũ regni celeſtis. Econtrario vero porte nomi'e heretici et falſi doctores exprimũt̃ per quas ꝑditi in gehennã intrãt. De quib9 domin9 ad petrum ait. Tu es petrus & ſup hanc petram edificabo eccleſiam meam. Et porte inferi non preualebunt aduerſus eam Et pſalmiſta exaltas me de portis mortis vt adnunciem omnes laudes tuas in portis filie ſion Porta vero eſt mortis diabol9 vl' omnis illecebra ſecularis. Quõ per hanc ad eternũ exitiũ infeliciter introit̃. liberatus ergo ex illis portis mortalibus in iſtis portis eccleſia que beatitudinẽ tribuunt ſempit̃na ꝓnunciatorẽ ſe laudes domini pollicetur per quas nomẽ eius eximiũ toto orbe celebrat̃.

## De Viis. Ca. iii.

VIe ipſa ſpacia anguſtia que int̃ vicos ſunt. Via in bonã vel in malã partem poſita reperit̃. In bonam vbi domin9 ait. Ego ſum via veritas et vita. Et pſalmiſta. Viam inquit veritatis elegi hoc eſt doctrinã veritatis. Ecõtrario eſt alia via de qua idem ꝓpheta deprecans dñm ait. Viam iniquitatis amoue a me et in lege tua miſerere mei. Et in ſalemone de meretrice ſcriptum eſt. Via inquit inferi dom9 eius. Item viaꝝ nomine exp̃munt̃. de quib9 domin9 ꝑ ꝓphetã ait. Vnum quẽq; iuxta vias ſuas iudicabo dicit dominus deus. Dicit̃ arta et anguſta via que ducit ad vitã. lata & ſpacioſa que ducit ad mortẽ Via vita preſens vt in euãgelio Eſto cõſenciens aduerſario tuo cito dum es cum eo in via. Via libri legis et ꝓphetarum vt in iheremia ſuper vias ſtate & videte et interrogate de ſemitis antiquis que ſit via bona. Semita precepta diuina vt in pſalmo Deduc me in ſemita mandatorũ tuoꝝ.

## De Plateis. Ca. iiii.

PLatee ꝑpetue ac latiores ciuitatum vie ſunt iuxta ꝓprietatẽ lingue grece a latitudine nuncupate. Platee vero ſimiliter aliquãdo in bonã ꝑtem aliquãdo in malam poſite reperiunt̃. In bonã quando amplitudinẽ credẽtiũ in gentib9 ſignificãt. Vnde ſcriptum eſt. Sapiencia foris p̃dicat et in plateis dat vocem ſuam. Aliquando ſignificat eternã beatitudinẽ dilatatã ſanctoꝝ vt in apocalipſi Platee tue iherl'm ſternent̃ auro mũdo et per omnes vicos tuos alleluia cantabũt. In malam vero partẽ platea ponit̃ quãdo amplitudinẽ ſignificat ſeculariũ voluptatũ. quia vt ſupra dixim9 lata & ſpacioſa via eſt que ducit ad mortem.

## De Cloacis. Ca. v.

CLoace dicte q; his ꝑcolantur atq; has primũ rome feciſſe tarquiniũ priſcũ vt quociens pluuiarũ mundacõ exiſteret per eas extra ciuitatẽ emitterent̃ ne maximis ꝑpetuiſq; tempeſtatib9 planiciẽ vel fundamẽta vrbiũ ſtrages aquaꝝ ſubuertẽt.

## De Foro. Ca. vi.

FOrus eſt exercendarũ litiũ locus a fando dictus. Hec loca & ꝓroſtra vocantur. ideoq; quod ex bello punico captis nauib9 cartagineſiũ roſtra ablata ſũt et in foro romano prefixa vt eſſet eius inſigne victore.

## De Curia. Ca. vii.

CVria dicitur eo q; ibi cura per ſenatũ de cunctis ad miniſtretur.

## De Pretorio. Ca. viii.

PRetoriũ dictũ q2 ibi pretor p̃ſideat ad diſcuciendum.

## De Gimnaſio. Ca. ix.

GImnaſium generalis eſt exercitioꝝ locus. Tamen apud athenas locus erat vbi dicebat̃ philoſophia et ſapientie exercebat̃ ſtudiũ Nam gimnaſiũ grece vocat̃

quod latine exercitiū dicit̄ h° eſt meditacō.
Sed & balnea & loca curſuū abletarū gim
naſia ſunt eo ꝙ illic homines in ſue artis ſtu
dium exercitent̄.

### De Capitolio. Ca. x.

Capitolium rome vocatum quod fue
rit romane vrbis & religionis caput
ſummum. Alii dicunt tarquinius pri
ſcus capitolii fundamēta rome aperiret in lo
co fundamenti caput hominis litteris tuſcis
notatū inueīt & ꝑinde capitoliū appellauit

### De Arcibus. Ca. xi.

Arces ſunt ꝑtes vrbis excelſe atq; mu
nite. Nam quecunq; tutiſſima vrbiū
ſunt ab arcendo hoſtē arces vocant̄.
et arcus & arca. Arx enim aliquando ſigni
ficat mundanā potenciā aut ſecularē ſapien
ciam. aliquando vero culmen vere ſapiencie
et celſitudinē virtutū. Vnde legit̄ quod da
uid expugnauerit arcem ſion iebuſeos inde
expellēs & eiciēs de ea cecos & claudos qui
odiebant animā dauid et vocauerit eam dein
ceps ciuitatē dauid. quia ſaluator noſter de
gencium multitudine vel de qualibet anima
malignos ſpūs eiciēs ſibi ꝑ illumīationē ſapi
encie illuſtrat Merito arx ſion idē ſpeculacō
& viſio pacis ipa tunc vocabit̄ atq; de ea tūc
recte ꝑ pſalmiſtā dicit̄. Notus in iudea de⁹
in iſrahel magnum nomē eius et factus eſt
in pace locus ei⁹ et habitacō eius in ſion Cir
cum romani dictū putant a circuitu equoꝝ
eo ꝙ ibi circūmetas equi current. theatrum
autē ab ſpectaculo nominatū qđ in eo ppl'us
ſtans deſuper atq; ſpectās ludos ſcenicos cō
templaretur.

### De Amphitheatro. Ca. xii.

Amphitheatrū vero vocatū quod ex
duobus ſit theatris cōpoſitum. Nam
amphitheatrū rotundū eſt. theatrū vero ex
medio amphitheatro eſt ſemi circuli figurā
habēs. Laberinthus eſt perplexū parietib⁊
edificiū qualis eſt apud cretam a dedalo fac
tum vbi fuit minotaurus incluſus in quo ſi
quis introierit ſine glomere lini exitū inuena
re non valet. Cuius edificii talis eſt ſitus vt
apientib⁊ fores tonitruū intus terribile au
diat̄ deſcendit̄ centenis vltra gradib⁊. Intus
ſimulachra & monſtrifice effigies. in partes
diuiſas tranſitus innumeri per tenebras etc̄.
ad errorē ingḋietiū facta ita vt de tenebris
eius in lucē venire impoſſibile videat̄. Quat
uor autē ſunt laborinthi. primus egyptius.
ſcđs cretic⁹ terci⁹ inlemno. quart⁹ in italia
omnes ita ɔſtructi vt diſſoluere eos nec ſcl'a
quidem poſſint.

### De Faro. Ca. xiii.

Farum turris eſt maxima quā greci
ac latini in cōmune ex ipſius rei vſu
farū appellauerunt. eo ꝙ flammarū
indicio longe videatur a nauigantibus qualē
ptholome⁹ iuxta alexādrū cōſtruxiſſe octin
gentis talentis tradit̄. Vſus eius nocturno
nauium curſu ignes oſtendere ad ꝑnuntian
da vada portuſq; introitus ne decepti tene
bris nauigantes in ſcopolos incidant. Nam
alexandria fallacib⁊ vadis inſidioſos acceſſus
habet. Hinc ergo in portib⁊ machinas ad ꝑ
lucendi miniſteriū fabricatos faros dicunt
Nam fos lux eſt. oros viſio dicitur. Vnde
et lucifer grece fos faros appellatur Coclee
ſunt alte & rotūde turres & dicte coclee ꝗſi
cilicie vel circuli ꝙ in eis tanq; per circulum
orbemq; conſcendat̄ qualis eſt rome centum
ſeptuagintaquinq; pedibus.

### De Thermis. Ca. xiiii.

Thermas appellatas qđ caleant. Gre
ci enim thermon calorem vocant.

### De Balneis. Ca. xv.

Balneis vero nomē inditū a lauacōne
meroris. Nam greci balanion dixerē
quod anxietatē animi tollat. Hec & gymna
ſia dicunt̄ quia ibi athlete vncto corpore et
perfricato manibus exercitant̄. Nam gym
naſium grece latine exerciciū dicit̄ ſic̄ ſupra
oſtendimus.

### De apoliterio. Ca. xvi.

Apoliteriū vbi lauantiū veſtimenta
ponuntur ab exuendo ſcilicet dictū
apodeterin enim grece exuere dicit̄ Popina
grecus ſermo eſt qui apud nos corrupte pro
pina dicit̄ Eſt autē locus iuxta balnea publi
ca vbi poſt lauacrū a fame & ſiti reficiunt̄.
Vnde & ꝓpina & ꝓpinare dicit̄. Pina enim
grece fionem. vel famē ſignificat eo ꝙ hic lo
cus famem tollat.

### De Thabernis. Ca. xvii.

Thaberne olim vocabant̄ edicl'e plebe
iorum parue & ſimplices inuicē ſex
bus vel vectibus & tabulis cluſe. vnde et ta
bernarie quod ibi ſolebant conſedere. Dicte
autē taberne quod ex tabulis ligniſq; erant
cōſtructe. que nunc & ſi non ſpeciē nomē tū
priſtinum retinent.

### De Macello. Ca. xviii.

Macellum dictū ꝙ ibi mactent̄ pecora
que mercantibus venundant̄. Merca
tum autem a cōmertio nominatū. Ibi res vē
dere vel emere ſolitū eſt ſic̄ & teloneū dicit̄
vbi merces nauiū et nautaꝝ emolumēta red
dunt̄. Ibi enim vectigalis exactor ſed & pre
cium rebus impoſiturus & vocem a merca
toribus flagitans.

De Carcere. Ca. xix.

Carcer eſt a quo perhibemur exire &
dictus carcer a coercēdo. Carcer iux
ta allegoriā aliquando ſignificat tribulacōez
preſentis vite vbi tribulantur electi ad tem-
pus de quo ꝓpheta ait. Educ de carcere ani
mam meam ad confitendum nomini tuo. ali
quando cuſtodiā inferni vt eſt illud in euan
gelio. Iudex tradat te miniſtro & in carcerē
mittaris & reliqua

De Habitaculis. Ca xx.

Habitacō ab habendo vel ab habitan
do vocata vt habitare caſas. Domus
ex greca appellacōne vocata. Nam dogma-
ta greci tecta dicunt. Eſt autē domus vnius
familie habitacō ſicut vrbs vnius popl'i ſicut
orbis domiciliū tocius generis humani. Om
ne edificiū antiqui edem appellauerūt. Alii
edem ab edendo quidā ſumpſiſſe nomē exiſti
māt, dantes exemplū de plauto. ſi vocaſſem
vos in edem ad prandiū. Nine & edificium
eo ꝙ fuerit prius ad edendū factū. Domus
caro ſaluatoris aſſumpta in ſancta eccleſia vt
in ſalomone ſapiēcia ſibi domū edificauit. Et
in pſalmo. In domū domini ibimus cum con-
ſenſu. Domus corda fidelium vel corpora vt
in exodo. Ponetis de ſanguīe agni ſup vtrū
ꝙ poſtē & ſup liminaribus domus in quibus
edetis illud. Domus corda reproborū vt in
eſaia. Et oriunē in domibꝫ eorū ſpine id eſt
ſolitudo ſeculi. Domus diaboli cōuentus om
nium maloꝝ vt in ſalomone. Ne forte imple
antur extranei viribꝫ tuis & labores tui ſint
in domo aliena. Aula domꝰ eſt regia ſiue ſpa
cioſum habitaculū porticibꝫ quatuor conclu
ſum. Atrium magna edes eſt ſiue amplior &
ſpacioſa domꝰ & dictum eſt atrium quod ad
dantur ei tres porticus extrinſecus Alii atri
um quaſi ab igne & ligno atrum dixerunt.
Atrū ergo fit ex fumo. Aula enī ſanctā eccle
ſiam ſignificat aut cōſcienciā mundiſſime ani
me ipſa eſt enim aula regalis & habitacō ſpi
ritusſancti ſicut dicit apoſtolus. Quia tem-
plum dei eſtis & ſpiritus dei habitet in voƀ
Domus ergo aliquādo ſignificat ſanctam ec
cleſiā vt eſt illud. Domum tuā decet ſancti-
tudo domine in longitudine dierū. aliquādo
celeſtem iheruſalē de qua legiē. Letatꝰ ſum
in his que dicta ſunt mihi in domum domini
ibimꝰ. aliquādo vero animā ſanctā in qua ha
bitat deus. Atria enim aut ſanctā eccleſiā ſig
nificat aut introitū fidei. Vnde ſcriptum eſt
Stantes erant pedes noſtri in atriis tuis ihe
ruſalē. Significat enim eos qui iam in pene-
trabilibus ſunt eccleſie ſiue qui ingreſſus vl'
iningreſſus eſſe meruerſit. Thalamū hac ex
cauſa vocatum ferunt. Cum enim rapte fuiſ
ſent a romanis ſabine ex quibꝫ cum vna ante
alias ſpecie nobilis cum magna admiracōne
omniū raperetē thalamoni duci eam oraculo
reſponſum eſt dari. Et quomodo hec nupcie
feliciter ceſſerant inſtitutū eſt vt in omnibꝫ
nupciis thalami nomen iteretur. Aegypcii
quoqꝫ lingua ſua loca in quibus nubentes ſuc
cedunt & cubant thalamū nomināt. Thala-
mus ergo miſtice vterū ſancte marie virgi-
nis ſignificat. in quo natura noſtra cōiuncta
eſt verbo dei hoc eſt ſancta eccleſia. criſto
filio dei copulata eſt. vel corda ſanctorium in
quibus anima per amorē ſpōſo inuiſibili iun
gitē vt eius deſiderio ardeat. nullaqꝫ iam que
in mūdo ſūt cōcupiſcat. preſentis vite longi
tudinē penam deputet exire feſtinet & amo
ris amplexu in celeſtis ſponſi viſione requie-
ſcere deſideret Cenaculū dictū a cōmunione
veſcēdi. Vnde & cenobium cōgregacō. An
tiqui enim publice & in cōmune veſcebanē
nec illius cōuiuium ſingulare erat ne occulto
delicie luxuriā gignerēt. Cenaculū ergo ſig
nificat ſanctā eccl'iaz in qua xp̄s miſteriū paſ
ſionis ſue & ſacramētum corporis et ſangui
nis ſui dicauit necnon et vbi ſpiritusſanctus
in ſpecie ignis ſup centumuiginti credentes
& variarū linguarū loquela eis per eundem
ſpiritū data eſt. Tricliniū eſt cenaculū a tri
bus lectulis diſcumbenciū dictū. Apud vete
res enim in loco cōuiuii apparatꝰ exponebaē
Clinon enim grece lectum vel accubitū ex
quo cōfectum eſt vt triclineū diceretur. Tri
cliniū enim fidem trinitatis exp̄mit. vbi ſan
cte anime fide ſpe & caritate quieſcentes ex
pectant introitū regni celeſtis. Cella dicta
quod nos occultat & celat. Cubiculum vero
qđ eo cubamꝰ ibiqꝫ dormientes requieſcimꝰ
Cubile autem cubandi locus eſt. ſeceſſus qđ
ſit locus id eſt ſine acceſſu. Cubiculū ſpirita
lie ſignificat cordis ſecretū. vnde iubeē vir
euangelicus orare patrē celeſtē. Vnde ei di
citur. Tu autē cum oraueris intra in cubicu
lū & clauſo oſtio ora patrē tuum Diuerſoriū
dictū eo ꝙ ex diuerſis viis ibi cōueniaē. Ho-
ſpiciū ſermo grecus eſt. vbi quis ad tempus
hoſpitali iure inhabitat. & iterū inde tranſi
ens migrat inde & metatū quia mutatur.
Vnde legiē. Et caſtrā etatis ꝑmutauerunt.
Non enim illic ꝑmanet exercitus ſed ꝑtran-
ſit. Diuerſoriū poteſt ſignificare preſentē ec
cleſiā ad quā vndiqꝫ gentes cōuenientes ha-
bitaculū qua erant & in eo hoſpicō manētes
aditum exſpectant ſupne patrie. Apogeum
eſt cōſtructū ſub terris edificiū quod nos an
trum vel ſpeluncā dicimꝰ. Solariū quod ſoli

& aure pateat . qualꝫ fuit locus in quo dauid
bethſabee lauantē aſpexit & adamauit. Cuiꝰ
miſterium patet . quia xp̄s videns eccleſiam
degentibꝫ ſe a peccatis ꝑ penitēcie lacrimas
atqꝫ baptiſmi ſacramentū purificāte eis ſpe/
ciem cōcupiuit & ſibi ſponſam aſſociare deſi
derauit . Xenodochiū vero eſt habitaculum
factum ad ſuſcipiēdos peregrinos. Itaqꝫ cum
hieroſolimā antiochus obſideret ircanꝰ prin/
ceps iudeorum reſerato dauid ſepulchro tria
milia auri talenta inde abſtraxit . ex quibus
trecēta antiocho dedit vt obſidionē relinque
ret atqꝫ vt facti inuidiā demeret . Fertur ex
reliqua pecunia inſtituiſſe . primꝰ xenodochi
a quibus aduentū ſuſcipet pauperū & pere
grinoꝝ . vnde & vocabulū ſumpſit . Nam ex
greco in latinū ſenodochiū ꝑegrinoꝝ ſuſcep/
tio nuncupatꝫ . Vbi autē egrotantes de plate
is colligunt noſochomiū ion dicitur grece in
quo cōſumpta languoribus atqꝫ medus miſe
rorum membra fouentur.

## De Edificiis ſacris. Ca . xxi.

Sacrariū ꝓprie eſt locus tēpli in quo
ſacra reponunt . ſicut donariū eſt in
quo collocantꝫ oblata ſicut lectiſternia dicuntꝫ
vbi homines ſedere cōſueuerunt . Ab inferen
dis ergo & deportandis ſacris ſacrariū nun/
cupatꝫ . donariū vero eo ꝙ ibi donata ponantꝫ
que in templis offerre ꝯſueuerūt . Oratoriū
oracioni tantū eſt cōſecratū . in quo nemo ali
quid agere debet niſi ad quod eſt factū . vn/
de & nomen accepit . Penetralia ſecreta ſunt
oraculorū . & penetralia dicta ſunt ab eo qđ
eſt penitus . Monaſteriū vnius monachi ha/
bitacō eſt . Sterio ſtacio id eſt ſolitarii habi/
tacō . Cenobium ex greco & latino videtꝫ eſſe
cōpoſitum eſt enim habitaculum plurimorū
in cōmune uevinciā . Cenon enim grece cō/
mūe dicitꝫ . Fana dicta a funibꝫ quibꝫ templa
error gentiliū cōſtruebat . vnde cōſules de/
monū reſponſa audierant . Delubra veteres
dicebāt templa fontes habencia quibus ante
ingreſſum diluebantꝫ . & appellari delubra a
diluendo . Ipſe ſunt nunc edes cum ſacris fon
tibus . In quibꝫ fideles regenerati purificantꝫ
& bene quodā preſagio delubra ſunt appella
ta . ſunt enim in ablucōe peccatorū . Fons aūt
in delubris locus regeneratoꝝ eſt . in quo ſep
tē gradus in ſpirituſſancti miſterio forman
tur . tres in deſcenſu & tres in aſcenſu . Sep/
timus vero is eſt qui et quartus id eſt ſimilis
filio hominis extinguēs fornacē ignis . ſtabi/
limentū pedum . fundamentū aque . in quo
plenitudo diuinitatis habitat corporaliter .
Baſilice prius vocabantꝫ regum habitacula .
vnde & nomē habētꝫ . Nam baſileus rex & ba
ſilice regie habitacōes . nunc autē ideo diui/
na tēpla baſilice nominantꝫ . quia ibi regi om/
nium deo cultus & ſacrificia offeruntꝫ . Mar/
tirium locus martirii greca deriuacōne eo ꝙ
in memoria martiris ſit cōſtructū . vel ꝙ ſe/
pulchra ſanctoꝝ ibi ſint martiriū . Aram qui
dam vocatā dixerūt . ꝙ ibi incenſe victime
ardeant . alii aras dicunt a precacionibꝫ quas
greci aras dicūt . Pulpitū qđ in eo lectorum
vel pſalmiſta inpublico cōſpici a ppl'o poſſit
quo liberiꝰ audiatꝫ . Analogiū dictū ꝙ ſermo
inde predicetꝫ . Nam logus grece ſermo dicitꝫ
qđ ipſum alcius ſitū eſt . Tribunal eo ꝙ inde
a ſacerdote tribuantꝫ ꝑcepta viuendi Eſt enī
locus in ſublimi cōſtitutꝰ vnde vniuerſi eum
audire poſſint . Alias tribunal a tribu deno/
minatū qđ ad illum tribus cōuocetꝫ . Tribu/
nal aliqn̄ in ſcripturis ſanctis potenciā maie
ſtatis diuine qua iudicaturus eſt mundū ſig
nificat vt eſt illud in euangelio . Dum vene/
rit filius hominis in ſede maieſtatis ſue tunc
cōgregabuntꝫ omnes gētes . & in apl'o . omēs
inquit ſtabimus ante tribunal criſti vt reci/
piat vnuſquiſqꝫ ꝓpria corporis ſui ꝓut geſſit
ſiue bonū ſiue malum . Sacra ſūt loca diuinis
cultibus cōſtituta vt pote ea in quibꝫ altaria
litātibꝫ de more a pōtificibꝫ ꝯſecrantꝫ . Sācta
iuxta veteres exteriora templi ſunt . ſancta
autē ſanctoꝝ locus templi ſecrecior ad quē
nulli erant acceſſus niſi tantū ſacerdotibus .
Dicta autē ſancta ſanctorū qa exteriori ora/
culo ſanctiora ſūt vel quia ſanctoꝝ ſanctiora
ſunt ſicut cantica canticoꝝ . quia cantica vni
uerſa precellunt . Sanctū autē a ſanguine ho/
ſtiarū nuncupatū . Nihil enim ſanctum apud
veteres dicebatꝫ niſi qđ hoſtie ſanguine eſſet
cōſecratū aut cōſperſū . Itē ſanctū qđ extat
eſſe ſancitū . Sancire autē cōfirmare & irro/
gacōne pene ab iniuria defendere . Sic & le/
ges ſancte & mores ſancti eſſe dicuntꝫ . Propi
ciatoriū quaſi ꝓpiciacōnis oratoriū . Propici
acō enim placacō eſt . Oracula dicta eo ꝙ in
de reſponſa reddūtꝫ & oracula ab ore . Quā
autē materiā ad inſtructionē tabernaculi do
minus queſierit ipſe in exodo manifeſtat di/
cēs ad moyſen loquere filiis iſrahel vt tollāt
mihi primicias ab omni homīe qui offeret vl
troneus accipietis ꝓmicias mihi . Et nos ꝓmi
cias bonoꝝ noſtorū domīo tollimꝰ . quādo ſi
quid boni agimus totū hoc diuine gracie tri
buimus Hec ſunt autē que accipere debetis
aurum argentū et es iacinthum ac purpurā
coctūqꝫ biſtinctū & byſſum pylos caprarum
& pelles arietum rubricatas . pelles iacinthi
nas & linguas ethim oleum ad luminaria cō/
cinnāda aromata inūgētū & thimiama boni

odoris lapides onichinos & gẽmas adorãdos
ephot ac racõnale. faciẽtq; mihi ſanctuariũ
& habitabo in medio eorũ. Cuncta hec que
dominus ſibi a priore ppl'o adfaciendũ ſcũa-
riũ materialiter offerri precepit nos quoq;
qui ſpiritales filii iſrahel. id eſt ymitatores
domini videntes ppl'i eſſe deſideram9 ſpiri
tali intelligencia debemus offerre. Cui viʒ
aurũ offerimus cum claritate vere ſapiencie
qua eſſe in fide recta reſplendem9. argentũ
cum & ore noſtro ꝯfeſſio fit ad ſalutẽ. es cũ
eadem fide publica predicacõne diuulgare
gaudemus. hiacinthum cum ſurſum corda
leuamus. purpurã cum corpus paſſioni ſubi
cimus coctum biſcinctũ. cum gemma id eſt
dei & ꝓximi dilectione flagramus. biſſũ cũ
carnis caſtitatẽ. ſentim9 pilos caprarũ cum
habitum penitencie ac luctus induim9. pel-
les arietũ rubricatas cum ipſos dominici gre
gis ductores ſuo ſanguĩe baptiſatos videm9
pelles iacinthinas cum nos poſt mortẽ ſpiri-
talia in celis corpora habitaturos eſſe ſpera
m9. ligna ſethini cum expurgatis peccatoꝝ
ſpinetis munda carne & et anima dño ſoli
ſeruiem9. oleum ad luminaria cõcinnãda cũ
fructibus caritatis & miſericordie refulge-
m9. aromata in unguentũ & thimiama boni
odoris. cum opinionem bone noſtre actionis
multis ad exemplũ bene viuẽdi longe lateq;
diffundimus. lapides onichinos & gemmas
adornãdũ ephod ac racõnale cum miracula
ſanctorũ quibus cogitacões deo deuotas &
opa virtutũ ornauere digna laude ꝑdicam9
atq; hec in adiutoriũ noſtre fidei vbi opus fu
erit ad ſummas. Quia enim in humeris one-
ra geſtare ſolemus recte ephot id eſt ſup hu
merale opera iuſtorũ & pyi pro dño labores
inſinuant. quia vero in pectore cogitacõnum
ſedes eſt recte in racõnali qui eſt habitus pec
toris racõnales munde electoꝝ cogitacões
exprimunt. lapideſq; onichini & gemme or-
nant ephod ac racõnale. cum eximus ſũmoꝝ
patrum actibus & cogitacõnib9 eciã miracu
lorũ inſignia iungunt. legit ergo inueteri te
ſtamento de tabernali cõſtructione qđ moy
ſes fabricauit in deſerto & de templi edifica
cõne quod edificauit ſalomon in terra repro
miſſionis vbi in vtroq; edificio ſancta & ſcã
ſanctorũ cõmemorant. quorũ miſteria rite in
telligentib9 facile patent quia vtraq; domus
ſanctã eccleſiã deſignãt. Verũ quia prior do
mus ĩ itinere quo ad terram repromiſſionis
veniebat. Hec autẽ edificabat in ipſa terra
repromiſſiõis & in ciuitate hierl'm illa vt de
loco ad locum crebro leuitaꝝ miniſterio por
tata tandẽ in terrã ꝓmiſſe hereditatis indu

ceret hec vt mox ĩ patria ipſa & ciuitate reg
na cõſtructa inuiolabili ſemp fundamẽto cõ
ſiſteret donec indutum ſibi figurarum celeſti
um munus impleret. poteſt in illa preſentis
eccleſie labor & exiliũ in hac futura requies
& beatitudo figurari. vel certe qa illa ſolis
filiis iſrahel hec autẽ a ꝓſelitis eciã & genti
bus facta eſt poſſunt in illa principaliter pa
tres veteris teſtamẽti & antiqu9 ille dei po-
pulus in hac aũt cõgregata de gentib9 eccle
ſia figuraliter exprimi. q̃uis edificiũ vtriuſ
q; domus enucleacius ſpiritali ſenſu excuſſũ
& labores pſentis eccleſie cottidianos & pre
mia in futuro perennia gaudia que regni cele
ſtis & electionẽ prime dei iſrl' eccleſie & ſalu
tem omniũ genciũ in criſto multimodis oſtẽ
datur inſinuare figuris. Sanctũ aũt qđ velo
ſuſpenſo a ſanctuario ſeparacõnẽ ſignificat pre
ſentẽ eccleſiã que p egrinacõe iſtius mundi
verſat. ſanctũ autẽ ſanctoꝝ illã que in celis ẽ
quia ipſa ſancta eccleſia que ex ſanctis ange
lis & hominib9 cõſtans partim ad huc pegri
natur in infimis partim autẽ inſupna patria
regnat in ſupnis. adhuc ciues ſuos dirimen-
te velo celi habet abinuicem ſegregatos. De
qua paulus apl's ad hebreos ſcribens pleniſſi
me teſtat cum xpm verum pontificẽ aſſerit
non per hircorũ & vituloꝝ. ſed p ꝓpriũ ſang
uinem introiſſe ſemel in ſcã eterna redemp-
cõe inuenta. Deniq; in ſcripturis ſanctis ali
quando tabernaculũ corpus domini ſaluato
ris ſignificat vt in pſalmo. In ſole poſuit ta-
bernaculũ ſuũ. Item tabernaculũ dei ſancta
eſt eccleſia ſiue anima fidelis in pegrinacõne
mundi degens. Vnde legit in pſalmo. Quo-
niã ingrediar in locũ tabernaculi admirabil'
vſq; ad domum dei. & in apl'o tabernaculũ
quod fixit deus & non homo. De hoc taber-
nacl'o in exodo dñm moyſi ita locutum fuiſſe
narratur. Facies mihi ſanctificacõne & inde
videbor a vob. Colũne tabernaculi doctores
ſunt eccleſie vt in apl'o legit iacob9 & ioh'es
& cephas qui videbant columne eſſe. Sere
ſiue vectes que tabulas ſiue columnas cõtine
bant ſcripturã ſacram vel cõcordiã ſcõꝝ pre
dicatoꝝ ſignificant. Vnde robur & firmitas
eorũ demonſtrat. Baſas ſunt columnarũ libri
legis & ꝓphetaꝝ caput colũnaꝝ xps. In apl'o
Caput viri xpus. Cortine tabernaculi multi
tudo fideliũ fidei funib9 atq; ſcripturaꝝ pre
ceptis ſuſpenſe. anſule cortinarũ iacinthine
celeſtia precepta. ſaga cilicina vndecim ſub
peccatoꝝ forma exprimunt. quinquaginta
circuli ſpem future quietis ſignificant. ſcã
ſcõꝝ celeſtis illa patria & in eterna gaudia
regni celorũ. duo cherubin duo teſtamenta

legis. arca teſtamenti eccleſia. Vnde legitur
in pſalmo. Exurge domine in requiem tuã
tu & arca ſanctificacõis tue ꝓpiciatoriũ ſup
arcã xp̃s in capite eccľie. in epľa iohis. aduo
catũ habemus apud patrẽ ihesũ xp̃m iuſtum
& ipe eſt ꝓpiciacõ ꝓ peccatis nr̃is. Quatuor
circľi aurei in quibꝫ arca portabaẗ. quatuor
euangelioꝝ libri quibꝫ eccľia p quatuor mũdi
partes accincta ꝑdicaẗ. Vectes de lignis in
putrebilibꝫ circulis intromiſſis fortes ꝑdica
tores mente incorrupta euãgelice ꝑdicacõni
ſemp intenti. Vrna aurea caro eſt ſaluatoris
munda ꝑpetue diuinitatis dulcedine repleta
Menſa dominus ihesus xp̄us qui eſt refectio
electoꝝ ſiue vnitas fidei. de q̃ dicẗ. pſalmiſta.
Paraſti in cõſpectu meo mẽſam poteſt et mẽ
ſa de lignis ſethim pacta ſcripturã ſacrã ſig-
nificare de fortibꝫ ſanctoꝝ patrũ verbis acti
buſq; cõpacta. que dum nobis que ſint eter-
ne gaudia beatitudinis & quomodo ad hec
ꝑueniaẗ oſtendit cibum ꝓfecto nobis ſalutis
ac vite ſuggerit. Varia vaſa que ea ad offerẽ
da libamina ſunt facta. varie ſunt diſtinctio
nes eloquii diuini pro diſpari capacitate audi
enciũ. Panes ꝓpoſicõis ſuper menſam poſiti
ſemp doctores ſunt ſpiritales qui ĩ lege dñi
die ac nocte meditantes cunctis eccleſiam in
trantibꝫ refectionẽ verbi celeſtis offerũt.
Duodecim ergo panes in menſa tabernaculi
duodecim ſunt apľi et omnes doctrine illoꝝ
ſequaces in eccleſia. Candelabrũ corpus dñi
vel eccleſia ſcã aut diuina ſcriptura. In zach
aria. Vidi a dextris altaris cãdelabra duo ar
gentea. Septẽ lucerne candelabro ſuppoſite
ſeptiforme eccleſie ſacramentũ vel fides. In
exodo Lucerna eccleſie fides vel opa iuſticie
In ſalomone. Propterea non extingueẗ lucer
na p totam noctẽ. Paxilli ærei in tabernacu-
lo patriarcharũ & ꝓphetarũ obtinent ſacra
mentũ paxillus dñs ihesus xp̄us in corda fi-
delium defixus. ſicut in eſaya de eo loquiẗ.
Figam illũ in domo fideli Paxillus cõpuncti
onis ſtimulus ſicut in deutronomio ſcriptũ
eſt Habebis locum extra caſtra ad quẽ egre
dieris ad requiſita nature gerens paxillũ in
balteo. Circulus ſpiritalis in ſcripturis cir-
cuitus. In exodo. Catenule teſtimonia ſcrip
turaꝝ inuicẽ ſe ꝯtinencia. vaſa in tabernacu
lo fideles ĩ eccľia. Vnde dicit apľs. In mag
na autẽ domo non ſolũ ſunt vaſa aurea & ar
gentea ſed & lignea & fictilia. Oſtiũ taber
naculi preſens vita ſiue introitus ad fidẽ vel
inchoacõ bonoꝝ operũ. Vnde in leuitico. Et
adducet eum ad hoſtiũ tabernacľi & ponet
manũ ſuper caput hoſtie ſue Altare aureum
ipſa diuinitas vel altitudo fidei. in exodo.

Non aſcendas per gradus ad altare meũ. Nã
in ueteri teſtamẽto duo altaria facta eſſe le-
guntẽ. vnum erat altare holocauſti in quo vic
time immolabanẗ. aliud altare thimiamatis
in quo incenſũ domino offerebaẗ. Sed altare
holocauſti generaliẗ vitam deſignat iuſtorũ
qui carnẽ ſuam quottidie crucifigere cum vi
tus & cõcupiſcencus atq; in hoſtiam viuentẽ
deo offerre cõſueuerũt. Altare vero thima-
matis qđ in adolẽdum thimiama factũ erat
ſpecialẽ quorundã ꝑfectorũ vitam ſignificat
Neq; fruſtra in illo carnes animaliũ incende
banẗ in hoc adolebaẗ incenſum. quia in illo fi-
gurabanẗ hii qui non ſecundũ deſideria car-
nis ambulant ſed quaſi hec domino immolan-
tes omnes ſui corpis ſenſus p ignẽ ſancti ſpi-
ritus eius voluntati dedicant. in iſto autẽ illo
rũ typus exprimiẗ. qui maiore mẽtis ꝑfecti-
one exſtinctis ꝓrſus ac ſopitis illecebris om-
nibꝫ carnis ſola domino oracionũ vota offerẗ.
nil quidẽ de carne qđ ſe impugnet. nil de cõ
ſciencia peccati vnde conturbenẗ ac paueant
habentes. ſed dulcius ꝓfuſione lacrimarũ op
tantes venire & parere ante faciem dei. Vn-
de apte hoc altare intus in uicinia veli et arce
illud ante tabernaculũ foris poſitum eſt quia
nimirũ illi incõſpectu ſancte eccleſie cunctis
exemplo virtutũ ꝑfulgent. iſti altiores ardo
dore deſiderii cõtemplacõne future beatitu-
dinis eciã corpore detenti non minimũ ꝓpin
quãt Apte illud ere hoc veſtiri auro ꝑcipitur
Es namq; plus aliis metallis ſonorũ ac diu du
rabile eſt. aurum vero quantũ ſono ſuccũbit
tantũ ſplendore ꝑſtat æramento illud docto-
rũ ꝑdicacõnẽ forinſecus ſignificat iſtud inte
rius ſplendorem caritatis diuine intimat vbi
lumine cõtemplacõnis dei habundanter illu-
ſtraẗ. Poteſt & altare miſtice ſignificare cor
da electoꝝ in quibus domino hoſtia laudis et
bone deuocionis offertur. vel altitudinẽ fidei
vt eſt illud in pſalmo. Tunc impones ſup alta
re tuum vitulos Quidã hoc loco dicũt ipſum
dominũ vitulũ qui ſe hoſtiam obtulit ꝓ ſalu-
te cunctorũ. Qua ꝓpter ſiue de adoleſcẽtibꝫ
ſiue de predicatoribꝫ ſiue de martiribꝫ ſencia
tur. Tales tamẽ ꝓpheta vitulos altaribꝫ do
mĩo potuit ꝓmittere quos xp̄iane religioni
nouerat conuenire. Altare corpus ſaluatoris
aſſumptũ. In exodo. Altare de terra facietis
mihi. Altare ſancta eccleſia. In deutronomio
Cum trãſieritis iordanẽ edificate altare de
lapidibus quos ferrum non tetigit id eſt de
ſanctis fidelibus quos nulla ſciſma hereſũ aut
contaminatio peccati maculauit. Item altare
ſignificat paſcua ſcripturarum. vt in pſalmo.
Lauabo int innocẽtes manꝰ meas et circuibo

altare tuum domīe. Ruꝛſū altare corda ſcōꝝ
ſigſicat. In leuitico. Ignis autē in altari ſemꝑ
ardebit. id eſt ardor caritatis. Cornu alta-
ris eſt altitudo celeſtis patrie. vt in pſalmo.
Conſtituite diem ſolemnē in cōfrequentacōi
bus vſqꝫ ad cornu altaris. Altare eneū corda
carnaliū. in quo altari carnes in holocauſtum
cremabanť que opera carnalia deploꝛant in-
cenſū oracōes ſcōꝝ. in pſalmo. Dirigať oracō
mea ſicut incenſū in cōſpectu tuo domīe. Sa
crificiū oblacō iuſticie. in pſalmo. Sacrifica-
te ſacrificiū iuſticie. Holocauſtū. id eſt totū
cōbuſtū totus fidei accenſus ſiue carnis moꝛ
tificacō. Eſt enim quidā ignis caritatis om
nia membra hominis in ꝓprios vſus aſſumēs
vt non ꝑmittat ea militare peccato. Et in pſ
Holocauſta medullata offerā tibi. Hoſtia pa
fica opus miſericoꝛdie. que ideo hoſtia pacifi
ca appellať eo ꝙ hoſtia dyabolo īſiſtat & deo
hominē recōciliet. In pſalmo. Tollite hoſtias
& introite in atria eius. Adipes pacificoꝝ cō
punctio coꝛdis & lacrimarū ꝓfuſio intelligiť
In leuitico. Et impoſitū deſuꝑ holocauſtū ado
lebit. In tauro vero ſupbia que continencie
cultro in ara coꝛdis iugulať. in ariete furoꝛ
In hirco libido. In vitulo carnis voluptas. In
agno laſciuia. in edis peccata diuerſa. per tur
turem & columbā mundicia caſtitatis & ſim
plicitas coꝛdis in ſacrificiū dei offertur. in ſi
mulagine puritas mētis vel opera miſericoꝛ
die. in primiciis inicia bonoꝝ operū vel bona
voluntas. in decimis vero ꝑfectio bonoꝝ ope
rum. Sacerdos domin9 eſt iheſus xp̄s. in pſal
mo Tu es ſacerdos ſecundū oꝛdinē melchiſe
dech. Sacerdotes ſancti. vt in eſaia. Vos ſa-
cerdotes domini vocabimini miniſtri dei no
ſtri. & in malā partē in malachia. Vos ſacer-
dotes qd polluiſtis nomē meum. Veſtimenta
ſacerdotū opa iuſticie. & ī pſalmo. Sacerdo-
tes tui dn̄e induantur iuſticia. Item veſtimē
ta ſacerdotis plebs fidelium. In leuitico. Ca
put ſuū non diſcooꝑiet & veſtimēta non ſcin
det. Tunica iacinthina xp̄i eccleſia eius ſang
uine decorata. In exodo. Et fecerunt tunicā
iacinthinā &c̄. Suꝑ humerale virtus opacō-
nis ab humeris ſignificata. in exodo. Et fece
runt ſuphumerale de auro & iacintho pur-
pura & cocco & biſſo retoꝛta. racōale doctri
na. vel veritas ſeu racōnis a pectoꝛe declara-
tio. in exodo Et fecerunt racōnale opere tex
tili. Duodecim lapides in racōnali quaterno
oꝛdine trini poſiti fidem trinitatis & euāge
licum ſermonē atqꝫ xii. apl'oꝝ doctrinā in pec
toꝛe ſacerdotis ſemꝑ ineſſe monſtrāt. Pode-
ris hoc eſt tunica ſecrecioꝛ. in exodo. Et fece
runt veſtimentum podere ſub vmbone opus
textile totū iacinthinū. Tintinnabula aurea
veſtimentis inſerta ſermo predicacōis opib9
cōiunctis Mala punica tintinnabulis ꝑmixta
vnitas fidei & cōcoꝛdia caritatis. lamminam
auream in fronte crucis ꝓfiguracō vel mani-
feſta iuſticia. in exodo. & fecerunt lamminā
auream & fecerūt in ea litteras deformatas
ſcītatis ſignaculo domini. Sancta ſanctoꝝ mi
ſteria queqꝫ dei vel regna celoꝝ. in apl'o. Nō
enim in manufactis ſanctis iheſus introiuit
exemplaria veroꝝ. ſed in ipſū celū vt appa-
reat nunc vultui dei Templa nomē generale
Pro locis enī quibuſcunqꝫ magnis antiqui tē
pla dicebant. & templa dicta quaſi tecta am
pla ſed & locus deſignatus ad orientē a con-
templacōe templū dicebāť. cuius ꝑtes q̄tuoꝛ
erant antica ad oꝛtū poꝛtica ad occaſum ſini
ſtra ad ſeptentrionē dextra ad meridiē expec
tant. Vnde & quando templum cōſtruebant
oꝛientem expectabant equinoctialē ita vt li-
nea ab oꝛtu ad occidentē miſſa fierent ꝑtes
celi dextra ſiniſtra equales vt qui conſuleret
ac deprecareť rectum aſpiceret oꝛientē. Tē
plum miſtice vl' coꝛpus domini ſignificat de
quo ipſe in euangelio ait. ſoluite templū hoc
dicit dominus & in tribus diebus excitabo il
lud. vel coetum ſanctoꝝ quib9 apl's ait. Vos
eſtis templū dei & ſpiritus dei habitat in vo
bis. ſiquis aūt templū dei violauerit diſꝑdet
illum deus. Templū enī dei ſanctum eſt qđ
eſtis vos. Si ergo ille templū dei per aſſump
tam humanitatē fact9 eſt et nos templū dei
per inhabitantē ſpiritū eius in nobis effici-
mur. conſtat vtiqꝫ quia figura omniū noſtrū
& ipſius videlicꝫ dn̄i & mēbroꝛum eius que
nos ſum9 templū illud materiale tenuit. ſed
ipſius tanqꝫ lapides ſingulariter electi & pre
cioſi in fundamēto fundati. noſtri autē tanqꝫ
lapidum viuorū ſuꝑ edificatorū ſuꝑ fūdamē
tum apl'oꝝ & ꝓphetarum hoc eſt ſuꝑ ipſum
dominū. Domus autē quam edificabat rex
ſalomon dn̄o habebat. lx. cubitos in lōgitudi
ne & xx. cubitos in latitudīe & xxx. cubitos
in altitudine. Longitudo domus longanimi-
tatē deſignat eccleſie qua in exilio ꝑegrinacō
nis huius pacienter aduerſa queqꝫ tollerat
donec ad patriā quā expectat ꝑueniat. latitu
do inſinuat caritatem que nouit dilatato ſinu
mentis non ſolum amicos in deo ſed inimicos
diligere ꝓpter dominū donec veniat tempus
quādo ſiue ad pacem ſuam cōuerſis ſeu fundi
tus omībus extinctis inimicis cū ſolis gaude
at amicis in deo. Altitudo ſpem denūciat fu-
ture retribucōis cuius intuitu libenter infi-
ma queqꝫ ſiue q̄ demulcēt ſeu q̄ aduerſantur
contempnit vſqꝫ dum vtraſqꝫ tranſcenſis ſola

mereat̃ videre bona dñi in terra viuencium
Opera que hyram artifex de tiro fecerat ſa
lomoni ſpiritalē ſignificacōem habent. Mare
fuſile decem cubitoꝝ a labio vſq; ad labium
rotundū in circuitu figurā tenet ſacri baptiſ
matis quo in remiſſionē peccatorū emunda-
mur. Duodecim boues qui illud portabant
duodecim apl̃os ſignificāt & omnes qui vice
eoꝝ regendā in xp̃o ſanctam ſuſceperūt eccle
ſiā. Similiter duodecim luteres in quib; ho
ſtie lauabātur ſignificāt ſacrum baptiſma &
ſanctifficacōem ſpiritusſancti Cetera autem
vaſa que predictus artifex finxit de ære in
argilloſa terra diuerſas ſpēs ſignificāt ſcōꝝ
hominū que in argilloſa terra hoc eſt in ſcrip
tura ſacra formant̃ ad miniſteriū dei.

## De Aditibus. Ca. xxii.

Aditus ab adeundo dictus per quem
ingredimur & admittimur. Veſtibu
lum eſt vel aditus domus priuatē vel
ſpacium adiacēs edibus publicis. & veſtibu-
lum dictū eoq; eo veſtiunt̃ fores aut qđ adi-
tum tecto veſtiat aut ab ſtādo. Veſtibulum
autē aliqñ ſignificat fidem per quam intrat̃
in eccleſiā. aliquando humilitatē quia nemo
poteſt ad gradus ſpiritalium donorū aſcendē
niſi per humilitatis virtutē. Vnde ſcriptum
eſt. Super quem requeſcit ſpūs meus niſi ſup
humilē & quietū & trementē ſermones me
os. Poteſt quoq; ꝑ veſtibulū fides intelligi.
Ipſa quippe eſt ante gradus & portā. quia prius
ad fidem venimus & poſtmodū ꝑ ſpiritaliū
donorū gradus celeſtis vite aditū intramus
Non enim virtutib; venit̃ ad fidem ſed fide
pergitur ad virtutes. per fidem ergo venit̃
ad opera ſed ꝑ opera ſolidatus in fide. Veſti
bulum itaque ante gradus eſt. quia qui prius
crediderit ipſe poſt virtutū gradib; ad por-
te aditum aſcendit. Gradus ſpiritales aſſcen
ſus ſunt. vt in pſalterii titulo. canticū graduū
Gradus eburnei ſunt caſta antiquorū patrū
exempla. A gradibus eburneis ex quibus te
delectauerūt. His quoq; virtutū gradib; rec
te credens ad porte aditū aſcendit. Porticus
qđ tranſitus ſit magis ꝙ vbi ſtādum ſit quaſi
porta. & porticus eo ꝙ ſit aptus. Porticus
aliquādo ſignificat aditū domus. Vnde ſcrip
tum eſt in libro regū. Porticus erat ante tē-
plum xx. cubitoꝝ iuxta menſurā latitudinis
templi &c̃. Porticus que erat ante templum
& ꝓpior lucē ſolis accipere ſolebat quid apci
us ꝙ illam eius ꝑtem que dominice incarna-
cōis tēpora preceſſit tipice denunciat. in qua
ſunt patriarche & ꝓphete qui orientem huic
mūdo ſolem iuſticie primi ſuſceperunt & na
ſcendi in carne domino teſtimoniū ſiue viuen

do ſiue predicādo ſiue naſcendo ſiue eciā mo-
riēdo ꝑhibuerunt. Ianua a iano quodā appellat̃
cui gētiles omnē introitum vel exitum ſacra
uerunt. Vnde lucan9. Ferrea belligeri cōpe
ſcat limina iani. Eſt autē primus domus in-
greſſus. cetera intra ianuā hoſtia vocant̃. Ge
neraliter hoſtium eſt per quod ab aliquo ar-
cemur ingreſſu ab obſtādo dictū. Alii aiunt
hoſtium appellari quia hoſtem morat̃ ibi enī
aduerſariis nos obicimus. Hinc & hoſtia tibe
rina quia hoſtibus ſunt oppoſita. Fores & va
lue clauſtra ſunt. ſed fores dicunt̃ que foras
value que intus reuoluunt̃. & duplices cōpli
cabileſq; ſunt. ſed generaliter vſus vocabula
iſta corrupit. Clauſtra ab eo ꝙ claudāt̃ dicta
Oſtiū ſignificat cogitacōeꝫ mētis ſiue aditū
cordis vt in euangelio. Tu autē cum orabis
intra incubiculū. & clauſo oſtio ſup te ora pa
trem tuum. Introitus ingreſſus per fidem in
eccleſia egreſſus per diſſolutionē carnis ad cō
templacōeꝫ diuinā vt in euangelio. Et ingre
dietur & egredietur et paſcua inueniet et in
pſalmo. Domin9 cuſtodiat introitū tuum &
exitum tuum ex hoc nunc & vſq; in ſeculum
Item hoſtium aliqñ apcionē fidei ſignificat
vt eſt illud in apl̃o. Hoſtiū enim mihi apertū
eſt magnū & euidens. Ianua ergo vel oſtium
templi domini. ſignificat dominū ſaluatorem
quia nemo venit ad patrē niſi per ip̃m. & ſic
ipſe alibi dicit. Ego ſum oſtium ꝑ me ſiquis
introierit ſaluabit̃. Oſtium porticus ſermo
ꝓpheticus. qui quaſi recto calle ingredien-
tes ad oſtium templi ꝑducebat. quia graciā
domini ſaluatoris qua mundū erat redemp-
turus aperte predicabat. Factura ergo por-
ticus tota fideles illius tēporis ſignat. oſtiū
vero in porticu doctores qui ceteris lucē vi-
te ianuāq; intrandi ad dominū pandebat ex-
primit. Et bene vnū oſtiū ꝓpter conſonā in
omnib; ſanctis fidem ac dilectionē veritatis
Que videlicet porticus iuxta latitudinē tem
pli xx. cubitis longa erat. qa nimirū antiqui
iuſti per longanimitatē deuote mētis deſide
rabant venire ad dilatacōem eccleſie in carita
te dei que eſt in xp̃o ihesu domino noſtro. Le
gitur autē in libro regum qđ ſalomon fecerit
in ingreſſu oraculi duo oſtiola quia boni an-
geli & homines ſancti dominum ac ꝓximos
ꝑfecte diligunt. neq; vllus ianuam vite niſi ꝑ
geminā hanc dilectionē poterit intrare. ſeu
quia vtriuſq; ppl̃i fidelibus & iudeis ſcꝫ &
gentibus eadē vite ianua reſerat̃. Poſtes ha-
bent angulos quinq;. quia non ſolum animas
electoꝝ aula celi recipit ſed & corporib; im-
mortali gloria preditis in iudicō ſuas fores
aperit. Cardo eſt locus in quo oſtium vertit̃

& ſemper mouet̃. dictus a potocardian quod
quaſi cor hominẽ totum ita ille cuneus ianuã
regat ac moueat. Vnde ꝓuerbiale eſt in car-
dine rem eſſe. limina oſtiorũ dicta eo ꝙ tran
uerſa ſunt vt limes & per ea ſicut in agro aut
introeat̃ aut foras eat̃. Poſtes & antes quaſi
poſt & ante. Antes quia ante ianuam ſtant
vel quia antea ad eas aſcendimus prius ꝙ̃ ad
domũ ingrediamur. poſtes eo ꝙ poſt oſtium
ſtent. Cardo poteſt ſignificare recte fidei fir
mitatẽ. in hac enĩ oſtia vertunt̃ q̃a extra re-
gulam fidei nullo modo patit̃ dilectionis or-
do ſe ſeparari. Itẽ legit̃ in libro regũ. Et car
dines oſtiorũ templi ex auro erant. Si oſtia
domus interioris ſancti ſanctorũ ãgelica ſũt
miniſteria que nobis de corpore egreſſis in-
troitũ vite celeſtis reſerant & oſtia tẽpli doc
tores ſunt ſancti ac ſacerdotes qui inſtruẽdo
baptiſando dñici corporis & ſanguinis miſte
ria cõmunicãdo prima nobis eccleſie p̃ſentis
limina pandunt. quid cardines vtrorũq; oſti
oꝝ niſi ſenſus & corda ſunt eorundẽ angeloꝝ
ſiue hominũ ſanctoꝝ quibus immobiliter con
tẽplacõni ac dilectioni ſui cõditoris adherent
vt eo miniſteriũ diuinit9 ſibi delegatũ recte
cõpleant. Item in malam partẽ ponit̃ cardo.
vt in ſalomone vbi dicit. Sicut oſtium vertit̃
in cardine ſuo. ita piger in lectulo ſuo. piger
ergo in lecto ſui corporis ſicut oſtium vertit̃
in cardine quia modo exire ad operandũ modo
ad requieſcendũ redire ꝓponit. tamẽ in ſuis
iacere prauitatib9 nunq̃ deſiſtit. Limina enĩ
oſtiorũ humilitas & manſuetudines bonorũ
ſunt morũ. Quia in ipſis perficiunt̃ gradus
virtutum ibiq; patet ingreſſus regni celeſtis
dicente ipſo dño. Qui ſe humiliauerit exalta
bitur. Et alibi. Beati mites quoniã ipſi poſſi
debunt terram. & pſalmiſta. Manſueti inq̃t
poſſidebunt terram & delectabunt̃ in multi
tudine pacis.

De parietibus edificioꝝ. Ca. xxiii.

Fundamentũ dictum q̃d fũdus ſit do
mus idem et cemẽtũ a cedendo dictũ
q̃d groſſo lapide ſurgat. Fundamen-
tum enim allegorice xp̃s intelligit̃ vel fides
eius catholica ſup quã fundata eſt eccleſia.
Vnde ſcriptũ eſt in ap̃lo. Fundamentũ enim
aliud nemo poteſt ponere preter id q̃d poſi-
tum eſt in xp̃o iheſu. Et item. ſupedificamini
Inquit ſup fundamẽtum ap̃loꝝ & ꝓphetarũ
hoc eſt doctrinã eorũ. Item legit̃ in pſalmo
de ciuitate dei. Hoc eſt eccleſia fundamenta
eius in mõtibus ſanctis. id eſt xp̃s dominus.
qui ſic eccleſiam ſuam cõtinet. vt nulla poſſit
quaſſacõe titubare. Merito ergo ab ipſo ſũp
ſit exordiũ quem rerum omnium cõſtat eſſe
principium. Paries nũcupat̃ quia ſemp duo
ſunt pares vel a latere vel a frõte. Siue enim
tetragonũ ſiue exagonũ. ſic qui ſe cõſpiciunt
ex pari erũt. Aliter enim ſtructura facta de
formis eſt. parietinas dicimus quaſi parietũ
tum ruinas. ſũt enĩ parietes ſtãtes ſine tecto
& ſine habitãtibus vel habitatorib9. Angul9
dicit̃ q̃d duos parietes in vnum ꝯiũgat. Pa
ries corpus ſaluatoris ſig̃ficat. vt eſt illud in
pſalmo. Tanq̃ parieti inclinato & macerie in
pulſe. & alibi ecce ſtat poſt parietẽ noſtrum
Paries ſimulacõ. ypocritarũ vt in ezechiel.
Ipſi edificabãt parietẽ illi autẽ liniebãt eum
luto abſq; paleis. Feneſtre audit9 fidei vel cor
dis intellectus. vt in canticis canticoꝝ. Ecce
ipſe ſtat poſt parietem noſtrũ reſpiciens per
cancellos. Feneſtre viſus auditus odoratus
& ceteri ſenſus carnis. vt in iheremia. Intra-
uit mors p feneſtras noſtras. Feneſtra cogi-
tacõ cordis vel ipſa mẽtis intencõ vt in ſopho
nia. Vox cãtãtis infeneſtra coruus i ſuplimi
naribus eius. Pictura in pariete cogitacões
praue in corde hominis. vt in ezechiel. Et
ecce omnia idola dom9 iſrahel depicta erant
in pariete. Parietes enim templi dei fideles
ſunt ex utroq; populo hoc eſt iudaico & gen-
tili ex quib9 xp̃s edificauit eccleſiã ſuam. Vn
de legit̃ in regum de ſalomone. Et edificauit
parietes domus intrinſecus tabulatis cedri-
nis a pauimẽto dom9 vſq; ad ſummitatẽ pari
etum & vſq; ad laquearia operuit lignis cedri-
nis. intrinſecus quidẽ domus cedro erat veſti
ta nã forinſecus tãto nitore lapis ipſe de quo
facta fuerat fulgebat ac ſi calculo eſſet candi
do texta. iuxta ſenſus vero miſticos parietes
templi ſunt fidelium populi ex quibus ſancta
vniuerſalis cõſiſtit eccleſia. quorum dilata-
cõem per orbem latitudo deſignat parietum
ſpem vero & intencõnem omnem ad celeſtia
erectam longitudo. vel certe altitudo parie-
tis q̃ ex ordinib9 lapidũ ſuper inuicẽ poſitis
conſtat preſentis ſtatũ eccleſie ſignificat vbi
electi ſuper fundamentũ xp̃i omnes edificati
ſibi inuicem in ordine p temporũ curricula
ſuccedunt ſeſe ꝙ inuicem portantes legem
xp̃i que eſt caritas adimplẽt. Angulus quod
duos parietes in vnum cõiungit. Angulus
autẽ ſiue lapis angularis in ſcripturis intelli
git̃ xp̃s. eo ꝙ duos parietes cõiungat in vnũ
credẽtes videlicz ex iudeis & gentib9. Vnd̃
ſcriptũ eſt in pſalmo. Lapidem quẽ reꝓbaue
runt edificãtes hic factus eſt in caput anguli
Sub alluſione fabricancium exponit̃. inanis
opa iudeorũ. Soli quippe hominũ adhuc in
mundo vnum colẽtes edificare videbant̃. dũ
cetere nacões ydoloꝝ ſe cultura deſtruerent

Edificātes enī tendunt ſuper vel ſemper ad
angulum vt cōmiſſorum parietum ſoliditas
imp'eat. Iudei vero fidei ſue fabricā minime
pfecerunt. quō ipſum qui erat lapis fortiſſi
mus angularis more demenciū putauerunt
eſſe ɔtemnendū Dominꝰ autē xp̄s p tropolo
giam ſicut innumeris locis cōſtat expoſitum
ideo lapis dicit angularis quia duos ad ſe po
pulos a diuerſo venientes gētilium atqꝫ iude
orū tanquā gemmos parietes in vnā ſolidita
tis graciā colligauit. De hoc lapide ꝓphete
de hoc apl'i de hoc multi diuerſa dixerūt. An
gulos enim tractus eſt ex greco ſermone id ē
a goni quod latine dicit genu eo quia īflexu
ſpeciem anguli cōformi qualitate reſtituit.
Nam apud grecos origīnē ſui nominis in de
riuacōibus omnino cuſtodit vt tetragonus
pentagonus & his ſimilia. Culmīa dicta ſūt
quia apud antiquos tecta culmo tegebantur
vt nunc ruſticani. Hinc tecti ſummitas cul
men dicit. Camere ſunt volumina introrſū
reſpicientia appellate a curuo. Camur enim
grece curuū eſt Laquearia ſunt que camerā
ſubtegunt & ornant que & lacunaria dicunt
pncipaliter autē lacus dicitur vt lucilius re
ſultant edeſqꝫ lacuſqꝫ cuius diminucio lacu
nar facit. vt oracius. neqꝫ aureum mea reni
tet in domo lucanar. Vnde fit alia diminutio
lacunariū & p antiſticō laqueariū facit. Tec
ta enī ſiue laqaria ſcī doctores ītelligi poſſūt
Vn̄ ſpōſa ī cāticocāticoꝝ ait Ligna domoꝝ
nr̄aꝝ cedrina laqaria cipſſina. Domos qppe
ſuas varia per mundū fideliū cōuenticula no
minat. e quibus omnibꝫ ipſa vniuerſalis eccle
ſia conſtat. Ligna autē & laquearia diuerſos
in eiſdem domibꝫ eccleſie fideliū ordines de
ſignant. Nancqꝫ vtraqꝫ in alto ſolent poni. ſed
tigna ad municōnem fiūt laquearia vero ma
gis decori domoꝝ qꝫ municōni ꝓficiunt. Sig
nificant ergo tigna p̄dicatores ſanctos quoꝝ
& verbo & exemplo ſtructura eiuſdē eccl'ie
vt ſubſiſtē poſſit cōtinet. qui ſue robore doc
trine turbines heretice impulſiōis ne eam de
iciant arcent. Aſſimulant laquearia ſimplici
oribus xp̄i famulis qui ꝓpriis eccleſiā virtu
tibus potius exornare qꝫ doctrine verbis dif
fundere & contra dogmatū impetus norunt
munire. Dependunt autē affixa tignis laque
aria. quia neceſſe eſt vt quicunqꝫ in ſancta ec
cleſia ſublimes virtutibꝫ ſplendere deſperant
ſummoꝝ patrum dictis atqꝫ exemplis quibꝫ
a terrenorum ambitu ſuſpendant tota mente
inhereant. Et bene tigna hec cedrina & laq
aria dicunt eſſe cipreſſina. quia vtranqꝫ hanc
arborem imputribilis omnino nature altitu
dinis eximie & odoris conſtat eſſe precipui

Quod eis apte conuenit qui cum aplo dicere
poſſunt. Xp̄i bonus odor ſumꝰ deo & noſtra
in aliã partẽ. vt in euangelio legitur. quia ſi
in tyro & ſidone facte fuiſſent virtutes que
facte ſunt vobis olim in cilicio & cinere peni
tentiam egiſſent. Saraceni dicti vel ꝙ ex ſar
ra geniti ſepe dicunť. vel ſicut gentiles aiunt
qđ origines ſyrorum ſint quaſi ſirigine. Hii
per amplam habitant ſolitudinẽ. ipſi ſunt iſ-
mahelite vt liber geneſeos docet ꝙ ſunt ex
iſmahel geniti ipſi cedar a filio iſrahelis ipſi

agareni ab agar qui vt diximus peruerſo no-
mine ſarraceni vocant̃. quia ex ſarra ſe geni-
tos gloriant̃. Iſmahelite obedientes ſibi inter
pretant̃. i. peccatores. qui cū ꝯcupiſcūt faci
unt. Vnde legit̃ in pſalmo. Tabernacula idu-
meorum & iſmahelite.
Agareni interpretant̃ proſeliti hoc eſt pecca
tores a cōuentu eccleſie alieni. Vnde ſcriptū
eſt in pſalmo. Moab & agareni iebal & am-
mon amalech & alienigene cum habitantibꝫ
tyrū. Edom a quo idumei rubeus ſiue ſang-
uineus interpretatur. ſignificat populum iu
deorum ob necem xp̄i & ꝓphetarum ſangui
nolentū. vnde in abdia ſcriptum eſt. Hoc di-
cit dominus ad edom. Ecce paruulum dedi
te in gentibus cōtemptibilis tu es valde. ſu-
perbia cordis tui extulit te. Idumei ſangui-
nei ſiue terra interpretantur. id eſt demones
ſiue peccatores vt in pſalmo legit̃. Memora
re domine filiorum edon in die iheruſalem.
qui dicunt exinanite exinanite vſꝫ ad funda
mentum in ea. Item idumeus populus eſt gē
tiū. vnde in deutronomio ſcriptum eſt. Non
abhominaueris idumeū. quia frater tuus eſt
nec egiptum quia aduena fuiſti in terra eius
qui nati fuerint ex eis tercia generacione in
trabunt eccleſiā domini. id eſt ꝑ fidem trini-
tatis & lauacrum regeneracōis.
Seir qui hiſpidus vel hirſutꝯ interpretatur.
populum iudeorum ſignificat. Vnde in canti
co deutronomii legit̃. Dominus de ſina veni
et & de ſeir ortus eſt nobis.
Amalech interpretatur. lābens id eſt diabo-
lus. Vnde legitur in exodo. In manu abſcon-
dita vel valida expugnat dominus amalech a
generacōne in generacōem.
Amalechite interpretantur populus lambēs
id eſt peccatores terrena ambientes. Vnde
ſcriptū eſt ī pſalmo. Gabal & ammon & ama
lech & alienigene cum habitantibus tyrum.
Filiſtei ipſi ſunt paleſtini quia ꝑ litteram ſer
mo hebreꝯ non habet ſed pro eo ph grece vti
tur. inde filiſtei pro paleſtinis dicunt̃. a ciui-
tate vtiꝗ ſua idem & allofilis idem & alieni
gene ob hoc quia ſemper fuerint inimici iſrl̃
& longe ab eorum genere ac ſocietate ſepara
ti. Philiſtiim interpretant̃ cadentes poculo.
id eſt inimici eccleſie de ſua ſe extollentes ſci
entia. Vnde legitur in ꝓpheta. Verum quid
mihi & vobis tyrus & ſydon & omnis termi
nus paleſtinoꝝ. Cito velociter reddam viciſ-
ſitudinem vobis ſuper caput veſtrum. Itē in
bonam partem intelligūtur. Vnde legitur in
pſalmo. Hii allophili ſubditi ſunt.
Chananei appellati de chanaan filio cham.
quorum terram iudei poſſederunt. Cuius ex
origine fuit emor frater ſichem a quo amor-
rei ſunt nuncupati. Chananei interpretantur
inſtabiles ſiue immobiles et ſignificant pecca
tores fundamentum fidei non habentes. Vn
de legitur in cantico exodi. Tabuerunt om-
nes inhabitantes chanaan.
Egyptii ab egypto quodam rege vocati ſūt
nam ante aerei dicebant̃. Interpretant̃ autē
lingua hebraica egyptii affligētes eoꝝ afflix
erunt dei populū priuſquā diuino auxilio libe
rarentur. Egyptii interpretātur affligentes
id eſt impii vel demones eccleſie fideles op-
primentes. vnde legit̃ in exodo. Affligebant
egyptii operibꝫ duris.
Armeniꝯ ex theſſalia vnus de numero ducū
iaſonis qui ad colchos ꝓfecti ſunt recollecta
mlt̃itudine que amiſſo rege iaſone paſſim va
gabatur armeniam condidit gētiꝗ ex ſuo vo
cabulo nomen dedit. limes eſt ꝑſicus qui ſci-
tas ab eis diuidit. ſcitas cognominatos a quo
limite ſcite a quibuſdam perhibentur vocati
gens antiquiſſima ſemꝑ habita. Hii parthos
bactrianoſꝗ femīe etiam eorum amazonum
regna cōdiderunt.
Maſſagete ex ſcitarum origine ſunt. & dicti
maſſagete quaſi graues id eſt fortegete. Nā
ſic lingua argētum graue dicit. id eſt maſſas
Hii ſunt qui inter ſcithas atꝗ albanos ſepten
trionalibus locis inhabitant.
Amazones dicte ſunt ſeu ꝙ ſimul viuerent
ſine viris quaſi amazoni ſiue ꝙ aduſtis dex-
terioribꝫ māmis eſſent ne ſagittarum iactus
impediret̃. quaſi aneſmazoſin. nudabāt enim
quā aduſſerant mammam. Has tacianus vni
mammas dicit. Nam hoc ē amazon ꝗſi anes
mazoſin id eſt ſine māma. Has iam non eſſe
ꝙ earum partim ab hercule partim ab achil-
le. vel alexandro vſꝫ ad internicionē delete
ſunt. Albani ſunt partes & aſie aſiatice gen-
tis que poſteros ſe aſonis credunt albo crine
naſcuntur. ab aſſiduis niuibus & ipſius capil
li color genti nomen dedit. & inde dicuntur
albani. horum glauca oculis id eſt picta ineſt
pupilla adeo vt nocte pluſꝗ die cernant. Al-
bani autem vicini amazonibus fuerunt.
Vngros ante a vrnos vocatos poſtremo a rge
ſuo auares appellatos qui prius in vltima me
otide inter glacialem canaim & maſſagetarū
immanes populos habitauerunt. Deinde per
nicibus equis caucaſi rupibꝫ feras gētes alex
andri clauſtra ꝓhibentes eruperūt & orien-
tem viginti annis tenuerūt captiuum & ab
egiptiis atꝗ ethiopibus annuum vectigal ex
egerūt. Troianorum gens antea dardanii a
dardano nominata. Nam dardanus & iaſius
fratres e grecia ꝓfecti ſunt. Ex his iaſius ad

traciā dardanus ad frigiam ꝑuenit. ibiq; pri
mus regnauit. poſt quē filius erictoni9 dein
de nepos eius tros a quo troiani nūcupati ſūt
Galate galli eſſe noſcuntur. qui in auxilium
a rege bithinie euocati rēgnum cum eo pacta
victoria diuiſerunt. ſic quidem grecis admix
ti primū gallogreci nunc ex antiquo gallorū
nomine galathe nuncupant.
Greci ante theſſali a theſſalo poſtea a greco
rege greci ſunt nuncupati. Nam greci ꝓprie
theſſali ſunt.
Lapitas autē gentē theſſalie fuiſſe aiunt cir
ca penion amnem olim inhabitantē a lapita
apollinis filia nuncupatos.
Sicionii greci ſunt nuncupati a ſicionio rege
Hii primium agialei vocabantur a rege agia
leo qui ꝑmus ſicioniis imperauit a quo & agi
alea ciuitas nūcupata eſt que nunc peloponē
ſis vocatur a pelope rēge ſuo. ipſi ſūt ab archa
de rege iouis & caliſte filio dicti.
Danai a danao rege vocati. idē & argiui ab
argo conditore cognominati. poſtq; autē rex
grecorum apis mortuus eſt. huic fili9 argus
ſucceſſit in regnum & ex eo argiui appellati
ſunt qui etiam ab eis poſt obitum deus habe
ri cepit templo & ſacrificiō honoratus.
Achei qui & achiui ab acheo filio iouis dicti
Pelaſgi nominati quia cum velis paſſim ver
no tēpore aduenisſe italiam viſi ſunt vt aues
Primo enim eos varro italiam appuliſſe com
memorat greci vero pelaſgos iouis & lariſſe
filios ꝓhibent dictos.
Mirmidones fuerunt achillis ſocii. dolopes
pirri. dicti ſunt autem mirmidones propter
aſtuciā quaſi mirmice id eſt formice. oſtenes
autem dicunt dictos mirmidones a mirmido
ne duce iouis & corunoſe filio q cecropi athe
nienſium regi ſucceſſit. granus cuius filia at
tis nomen & regionis & gētis dedit & ex ea
attici cognominati qui ſunt athenienſes.
Ion vir fortis ex ſuo nomine eoſdem athenie
ſes vocauit iones.
Macedones a nomine macionis regis antea
emarci nūcupati ſūt poſtea macedones dicti.
Epirrote a pirro achillis filio prius pirride.
poſtea vero cum pirro rege duce ad italiam
tranſire ꝓſumpſerunt.
Dorus neptum & ellepis filius fuit vnde do
ri originem & nomen ducunt. Sunt autem
pars grecie gentis ex quibus etiam cognomi
nata eſt tercia lingua grecorum que dorica
appellatur Lacedemones a lacedemone ſeme
le filio dicti Hii diu ꝑſeuerātes in bello cōtra
meſſenios veriti ne diuturnitate prelii ſpem
pro his amitterent. preceperunt vt virgines
eorum cum iuuenibus domi relictis concūbe
rent. ſicq; ex ꝓmiſcuo virginum concubitu iu
uenes de incertis parentibus nati ex nota ma
terni pudoris ſpartani vocati ſunt Nam ipſos
eſſe ſpartanos quos & lacedomones.
Traces ex thira filio iafeth qui vocat9 eſt ti
ras exorti & cognominati. vt ſuperius dictū
eſt ꝓhibentur. licet gentiles eos moribus ita
dictos exiſtiment qđ ſint truces ſeuiſſimi enī
omnium gentium fuerunt. Vnde & multa fa
buloſa de eis memorant qđ captiuos diis ſuis
litarent & humanum ſanguinē in oſſib9 cap
tum portare ſoliti eſſent de quibus virgilius
Heu fuge crudeles terras. fuge lit9 auarum
quaſi crudelium & auarorum.
Hiſtriorum gens originem a locis ducit. qui
miſſi ab argo nautas ꝑſequendos vt a ponto
intrauerunt hiſtrum fluuium a vocabulo am
nis quo a mari receſſerunt appellati ſunt.
Romani a romuli nomine nuncupati qui vr
bem romā condidit. gentiq; & ciuitati nomē
dedit. Hii ante a ſaturno ſaturnii a latino lati
ni vocati ſunt. Nam latin9 italie rex fuit qui
ex ſuo nomīe latinos appellauit qui poſtea ro
mani nūcupati ſunt. Hii & quirites dicti qa
quirinus dictus eſt romulus quia ſemper ha
ſta vtebatur. que ſabinorū lingua qris dicit
Italus quoq; & ſabinus & ſicanus fratres fu
erunt ex quibus nomina populis impoſita &
regionibus ſunt. Nam ab italo italia. a ſabino
ſabinia. a ſicano ſicanii cognomīati ſūt iidem
& ſicilienſes. Tuſci italie ſunt populi. Et eſt
a frequentia ſacrorum vt turis vocata id eſt
a pototuſciaſim.
Ymbri italie gens ſed gallorum veterum ꝓ
pago qui appenninū montē incolūt de quib9
hiſtorie perhibent eoq; tempore a quo ſecla
dis imbrib9 ſuperfuerint & ob hoc ymbrios
grece nominatos.
Marſi gens italie dicta a comite liberi marſia
qui vſum illis vitiū oſtendit & ob hoc illi ſta
tuam fecerunt q̄ꝙ poſtea romani victis mar
ſis tulerūt marſos autem greci truſcos vocāt
quaſi. .quia multos ſerpētes ha
beant. & ob hoc eis. ſerpens dicatur illeſos
autem eſſe carminum maleficiis inhabitant
autē plagā appēnini mōtis ſimul cum ymbris
Gothi a magog filio iafeth nominati putant
de ſimilitudine vltime ſillabe quos veteres
magis getas quā gothos vocauerūt. gens for
tis & potentiſſima corpoꝝ mole ardua armo
rum genere terribilis. De quibus lucanus.
Hinc dacus ꝑmat inde getes occurrat hibe
ris. Daci autem gotorum ſoboles fuerunt &
dictos putant dacos q̄ſi dagos quia de gotho
rum ſtirpe creati ſunt. de quib9 ille ibis acre
tos procul vſq; daros.

Beſſi barbari fuerunt qui a multitudine boū
ſic vocati creduntur. De quibus quidam qui
colit tire medio vel ille diuitis mľto boue pil
leatus accola ripe.
Bipedes pedeſtri ꝓlio magis ꝗ̃ equeſtri ſunt
vſi ex hac cauſa vocati.
Sarmate patentibus campis armati inequi-
tabāt priuſqꝫ eos lentulus danubio ꝓhiberet
atqꝫ inde ob ſtudium armorum ſarmate nun-
cupati exiſtimantur.
Alanus fluuius fertur vltra danubium a quo
alani dicti ſunt. ſicut & populi inhabitantes
iuxta lemannum fluuium alemanni vocantur
de quibus lucanus. deſeruere cauo tentoria
fixa lemāno. Languebardos vulgo fertur no
minaſſe ꝓlixa barba & nunquā tonſa.
Vuādalicus amnis ab extremitate gallie erū
pens iuxta quem fluuiū inhabitaſſe & ex eo
tranſiſſe nomen guandali perhibentur.
Germanie gentes dicti ꝙ ſint immania corpa
immaneſqꝫ nationes ſeuiſſimis durate frigo-
ribus qui mores ex ipſo celi rigore traxerūt
feroces animi & ſemp indomiti raptu vena-
tuqꝫ viuentes. Horum plurime gentes varie
armis: diſcolores habitu: linguis diſſone &
origine vocabulorū incerte. vt tollerances am
ſiuari quadi tungri marcomanni. bruteri. ca
maſi. blangioni. & vbantes quorum immani
tas barbarie etiam in ipſis vocabulis horrorē
quendam ſignificat.
Sueui pars germanoꝝ fuerunt in fine ſepten
trionis de quibus lucanus. Fundit ab extre
mo flauos. ab aquilone ſueuos quorū fuiſſe cē
tum pagos & populos. mľti ꝓdiderūt. dicti
autem ſueui putantur a monte ſueuo qui ab
ortu ſolis inicium germanie facit cuius loca
incoluerunt.
Burgūdiones quondam a romanis ſubacta in
teriori germania p caſtrorum limites poſiti
a tiberio ceſare magnam coluerunt gentem
atqꝫ ita nomen ex locis ſumpſerunt quia cre
bra per limites habitacula cōſtituta burgos
vulgo vocant. Hii poſtea rebelles romanis ef
fecti pluſquā octoginta milia armatorum ri-
pe reni fluuii inſederūt & nomen gentis ob-
tinuerunt. Saxonum gens in occeanum li
toribus & paludibꝫ inuiis virtute atqꝫ agili-
tate habilis. vnde & appellata qꝺ ſit durum
& validiſſimum genus hominum & preſtans
ceteris piraticis.
Franci a quodam proprio duce vocari putan
tur alii eos a feritate morum nuncupatos ex
iſtimant. Sunt enim in illis mores inconditi
naturalis ferocitas animorum.
Britones quidam latine nominatos ſuſpican
tur eoqꝫ bruti ſint. gens intra occeanum iter
fuſo mari quaſi extra orbem poſita de quibꝫ
virgilius. Toto diuiſos orbe britannos.
Scoti ꝓpria lingua nomen habēt a picto cor
pore eoqꝫ aculeis ferreis cum atramēto varia
rum figurarum ſtigmate adnotentur.
Galli a candore corporis nuncupati ſunt. ga
le enim grece lac dicitur. vnde & ſibilla ſic
eos appellat cū ait de eis. Tunc lactea colla
auro innectuntur. ſecundum diuerſitatē enī
celi & facies hominum & colores & corporū
quātitates & animorum diuerſitates exiſtūt
Inde romanos graues. grecos leues. afros ver
ſipelles gallos natura feroces. acriores inge-
nio puidemus ꝙ natura climatū facit.
Galli autem ſenones antiquitus zenones dice
bātur qꝺ liberum hoſpicō recepiſſent. poſtea
z in ſ literam commutatata eſt.
Vacca opidum fuit iuxta pireneū a quo ſunt
cognominati vaccei de quibus creditur dix-
iſſe poeta. Itaqꝫ vagantes vaccei. Hii pirinei
iugis per amplam montis habitant ſolitudinē
idem & vaſcones quaſi vaccones c in ſ literā
demutata. quos gneus pompeius edomita hi
ſpania ad triumphum venire feſtinans de pi
rinei iugis depoſuit & in vnum opidum con
gregauit. vnā & cōuenaꝝ vrbs nomē accepit
Hiſpani ab ibero amne primum iberi poſtea
ab hiſpalo hiſpani cognominati ſunt.
Galathe a candore dicti. vnde & galli reliqs
enim hiſpanie populis candidiores exiſtunt.
Hii grecam ſibi originem aſſerunt. vnde &
naturali ingenio callent ſiquidem poſt finem
troiani belli teucrum morte mediacis fratris
inuiſum patri telamoni dum non reciperetur
in regnum ciprum conceſſiſſe ibiqꝫ vrbem no
mine antique patrie ſalaminam condidiſſe in
de ad gallatiam ꝓfectus expoſitis ſedibꝫ ex
loco genti nomen dediſſe.
Aſtures gens hiſpanie vocati eo quia circa
aſturē flumen ſepti montibus ſiluiſqꝫ crebris
inhabitent.
Cantabri gens hiſpanie a vocabulo vrbis &
iberi amnis cui inſidunt appellati horum ani
mus pertinax magis ad latrocinandum &
ad bellandum. vel ad perpetiendum verbera
ſemper parati.
Celtiberi ex gallis celticis fuerūt quorum
ex nomine appellata eſt regio celtiberia. Nā
ex flumine hiſpanie ibero vbi conſederunt et
ex gallie qui celtici dicebantur mixto vtroqꝫ
vocabulo celtiberi nuncupati ſunt.
Afri appellati ab vno ex poſteris abrahe qui
vocabat̄ affer qui dicitur duxiſſe aduerſus li-
biam exercitum & ibi victis hoſtibus cōſediſ
ſe eiuſqꝫ poſteros ex nomīe atauī & afros afri
cam nuncupaſſe.

Peni autē cartaginenſes ſunt a fenicibus nun
cupati qui cum didone ꝓfecti ſunt. tirios ve
ro a tiro vrbe fenicum nominatos de qua prō
fecti ſunt & in affrice litus venerunt.
Getuli gete dicūtur fuiſſe qui ingenti agmī
ne a locis ſuis nauibus cōſcendentes loca ſirti
um in libia occupauerunt. & quia ex getis vē
nerant inde deriuato nomine getuli cognomi
nati ſunt. vnde & opinio eſt apud gothos ab
antiqua cognacōe mauros cōſanguinitate ꝓ
pinquos ſibi vocaē. Affricā aūt ī inicō nomē
habuē libies deiñ affri p9 hoc getuli poſtre
mo mauri & numides. Mauri & numide vt
affri putant ſic ſumpſerūt exordium & voca
bulum. Nam poſtquā in hiſpania hercoles in
teriit & exercitus eius compoſitus ex variis
gentibus amiſſo duce paſſim ſibi ſedes quere
bant & ex eo numero medi perſi & armeni
nauibus in affricam tranſuecti ꝓxima mari
loca occupauere. ſed perſe dum materiam in
agris pro cōſtruendis domiciliis non inueni
rent & ignota lingua cōmercium prohiberet
per patētes agros & diuerſas ſolitudines va
gabantur. & a pambulationibus vagabūdis
ſemetipſos propria lingua numidas appella
uerunt id eſt ſine opido vagos & errantes.
Medi autem cum libiis ſe miſcuerūt qui ꝓx
imam hiſpaniam inhabitant quorum nomen
paulatim libies cōrupte barbara lingua mau
ros propter medos appellātes licet mauri ob
colorem a grecis vocentur. greci enim nigrū
mauron vocant. Eſtifero quippe calore affla
ti ſpeciem atri coloris ducunt.
Maſſilia ciuitas affrice eſt non longe ab ath
lante & ortis heſperidum. a qua ciuitate maſ
ſili vocati ſūt quos nos corrupte maſſulas vo
camus. de quibus virgilius. Hic mihi maſſi
le gentis monſtrare ſacerdos.
Gaudali gētes ſunt a meridie vſqꝫ occeanum
heſperidum puagantes. hiis nomen gaulo in
inſula dedit que eſt iuxta ethiopiam vbi nec
ſerpens naſcitur neqꝫ viuit.
Garamantes populi affrice prope cirenas in
habitantes a garamante rege apollinis filio
nominati qui ibi ex ſuo nomine garama opi
dum condidit. ſunt autem proximi gentibus
ethiopum. De quib9 virgilius extremi gara
mantes. Extremi autem quia ſeuitia a conſor
tio humanitatis remoti.
Heſperii vero ſunt qui circa hiſpaniā commo
rantur. nam hiſpania heſperia dicitur.
Ethiopes dicti a filio cham qui vocatus eſt
chus ex quo originē trahunt. chus enī hebra
ica lingua ethiops interpretatur. Hii quodā
ab indo flumine cōſurgentes iuxta egyptum
Inter nilum & occeanum in meridie ſub ipſa
ſolis vicinitate inſiderunt. quorum tres ſunt
ppl'i heſperi garamātes & indi. heſperi ſunt
occidentis. garamantes tripolis indi oriētis
Ethiopes interpretantur tenebre vel caligo
id eſt impii quibus dyabolus velut tenebris
circumſeptus incedit.
Trogodite gens ethiopū ideo nuncupati ſūt
ꝙ tanta celeritate pollent vt feras curſu pe
dum aſſequantur.
Panfagii & hini in ethiopia ſunt qb9 eſca eſt
quicqd mandi poteſt. & omnia fortuitu gig
nentia. vnde & appellati ictiofagii ꝙ venan
do in mari valeant & piſcib9 tantum alantur
Hii poſt indos mōtanas regiones tenēt quos
ſubactos alexander magnus piſcibus veſci ꝓ
hibuit. Antropofagi gens aſpērima ſub regi
one ſiri conſita. quia humanis carnibus veſcū
tur ideo antropofagi nominantur. Itaqꝫ ſicut
hus ita ceteris gentibus p ſecula aut a regi
bus aut a locis aut a moribus aut ex quibuſ
libet aliis cauſis immutata vocabula ſunt ita
vt prima origo nominis eorum tempoꝝ vetu
ſtate non pateat. Iam vero hii qui antipode di
cuntur eoqꝫ cōtrarii eſſe veſtigiis noſtris pu
tantur. vel quaſi ſub terris poſiti aduerſa pe
dibus noſtris calcent veſtigia nulla racōe cre
dēdum. quia nec ſoliditas patitur nec centrū
terre. ſed neqꝫ vlla hoc hiſtorie cognicōe fir
mat ſed hoc poete quaſi ratiocinādo cōiectāt
Titanes autem quoſdam in grecia ferunt fu
iſſe robuſtos & excellentes viribus pupulos
quos ferunt fabule ab irata contra deos ter
ra ad eius vltionē creatos vnde titanes dicti
ſunt apototithon · id eſt ab vltione ꝙ quaſi
vlciſcende matris terre cauſa in deos armati
exiſterēt quos fabule a ioue bello fuiſſe ſupa
tos atqꝫ extinctos fingunt ꝓpter qđ de celo
iactis fulminibus interierunt.

## ¶ De Regib9 & milicie vocabulis. Ca. iii.

Regnum a regibus dictum nam ſicut
reges a regnando vocati ita regnum
a regibus. regnum vniuerſe natōnes
ſuis queqꝫ temporibus habuerūt vt aſſirii me
di. perſi egypcii. greci. quorum vices ſors tē
porum ita volutauit vt alterum ab altero ſol
ueretur. inter omnia autem regna terrarum
duo regna ceteris glorioſiora traduntur. aſſi
riorum primo deinde romanorum tempibus
& locis inter ſe ordinata atqꝫ diſtincta. Nam
ſicut illud prius & hoc poſterius. ita illud in
oriente hoc in occidēte exortum eſt deniqꝫ in
illius fine huius inicium cōfeſtim fuit. regna
cetera ceteriqꝫ reges velut appendices iſtoꝝ
habentur. Sed inter omnia regna illud maxi
me appetēdum eſt regnum qđ ſtabile & fir
mum permanet. atqꝫ in eterna pace conſiſtens

nullum habebit finem cui9 regni rex eſt xp̄s
de quo ꝓpheta ait. Multiplicabitur eius im
perium & pacis non erit finis ſuper ſoliū da
uid & ſuper regnum eius vt confirmet illud
& corroboret in iudicio eius iuſticia amodo
& vſq; in ſempiternum. De quo etiam ange
lus ad mariam ait. Dabit illi dominus deus
ſedem dauid patris ſui. & regnabit in domo
iacob in eternum & regni eius non erit finis
Ad cuius regni poſſeſſionem ipſe nos quoti
die vocat per ſcripturas ſacras & predicato-
res euangelii vt ſperemus & deſideremus ce
leſtia illucq; ꝑuenire per rectam fidem & bo
na opera contendamus. ad qđ in die iudicii
ipſe rex regum cum ſederit in ſede maieſta-
tis ſue & congregabuntur ante eum omnes
gētes & electos ſuos qui a dextris eius erūt
inuitat dicens. Venite benedicti patris mei
percipite regnum quod vobis paratū eſt ab
origine mundi. Ceterum in hoc mundo illa
regna laudabilia ſunt que ſubiciūtur regi ve
ro domino videlicet xp̄o. qui in toto orbe ter
rarum in gentibus & locis diuerſis dilatans
eccleſiam gubernat ac regit ſecundum volun
tatem ſuam. Ad que regna loquitur ꝓpheta
in pſalmo dicens. Regna terre cantate deo
pſallite domino pſallite deo qui aſcendit ſup
celos celorum ad orientem Dicens enim reg
na terre omne genus humanū ſignificare vo
luit. quia licet ſint gentes que non habeāt re-
ges tamen hoc verbo concluditur. quicquid
gentium eſſe ſentitur. qđ dicitur cantate ad
anime īſpicit puritatē. pſallite ad opa ſanctiſ
ſimo queq; domīo probanē accepta. qui aſcē-
dit ſuper celos celorum. Dominus vtiq; qui
de celo deſcendit ad liberandū infirmitatis
noſtre naturam. ipſe etiam ſuper celoꝝ celos
aſcendit. quia ſedet ad dexteram patris. Ab
oriente velud qđ dixit iheroſolimam euiden
ter oſtendit que eſt in orientis partibus col-
locata. Vnde dominus apoſtolis videntibus
aſcendit ad celos. Reges a regendo vocati.
ſicut enim ſacerdos a ſanctificādo ita & rex
a regendo Non autem regit qui non corrigit
Recte igitur faciendo nomen tenetur peccā
do amittitur Vnde & apud veteres tale erat
prouerbium. rex eris ſi recte facias. ſi non fa
cias non eris. Regie virtutes precipue iuſti-
cia & pietas. plus autem in regibus laudatur
pietas. nam iuſticia per ſe ſeuera eſt. Reges
autem ob hanc cauſam apud grecos baſile
vocantur. quia tanquam baſes populum ſuſti
nent. vnde & baſes coronas habent. quanto
enim quiſq; magis preponitur tanto amplı9
pondere laborum grauatur. Tiranni grece
dicuntur id eſt latine & reges. nam apud ve

teres inter regem & tyrannū nulla diſcretio
eſt. vt mihi pars pacis erit dexterā tetigiſſe
tyranni vel tyrones vocabantur. Nam tyro
fortis de qualibus dominus loquitur dicens.
per me reges regnant. & tyranni obtinent
terram Iam poſtea in vſum accedit tyrannos
vocari peſſimos atq; improbos reges luxurio
ſe dominacōis cupiditatē & crudeliſſimā do
minacōem in populis exercentes. Rex miſti
ce deus intelligitur. vt eſt illud in pſal'. De
us autem rex noſter ante ſecula. Regina eſt
autem ſancta eccleſia vt eſt illud in pſal' Aſti
tit regina a dextris tuis Item reges apoſtoli
ſiue ſancti ceteri ſunt vt legitur in pſal'. De9
qui das vindictas & in regnum potēs eſt &
dat virtutem regib9 noſtris. Item regine ſūt
anime perfectorum que non ſunt ancille pec
cati vt in canticis canticorum dicitur. ſexa-
ginta ſunt regine. Reges enim recte ſancti
homines dicuntur qui ſpiritus auctoritate
ſecundum voluntatem dei animas ſuas regūt
& regi regum domino videlicet xp̄o obediē-
do ſubiciūt. qui iuxta pſalmiſte vocem domi
nabitur a mari vſq; ad mare & a flumine vſq;
ad terminos orbis terre. cui reges tharſis &
inſule munera offerunt. reges arabū & ſaba
dona adducent & adorabunt eum omnes re-
ges terre. omnes gentes ſeruient ei. Domina
bitur dicit cultu religionis latius innoteſcet.
vtique dominus xp̄s de quo ſuperiora canūt
& inferiora dictura ſunt. Iſtud autem ad ſa-
lomonē filiū dauid omnimodis non poteſt ꝑ
tinere qui tantum in gente iudea rex fuiſſe
cognoſcitur Nam ſi maria iſta noſtra velis in
telligere. totius mundi ambitum quem ver-
ſus iſte ſignificat non preualebis aduertere.
Reges ergo arabie ſunt qui blandimenta cor
porum rigide ſubiciunt diſcipline. ſimiliter
ſaba vnde ſabei dicti ſunt quamuis corporali
delectacōe preualeat & iocundis odoribus ſit
refecta ſuauiora tamen conuerſi eius populi
offerunt dona virtutum. ꝙ autē ait & adora
bunt eum omnes reges terre. per omnes re-
ges nos voluit cunctas intelligere nationes.
quia nulla gens eſt que in parte populi ſui ꝓ
prium non adoret auctorem. Item reges pra
ui doctores intelliguntur. vt eſt illud ꝓphe
te. Ipſi regnabūt & non ex me. Tyranus aūt
vel dyabolum typice poteſt figurare vel an-
thixp̄m qui cōtraria ſemper xp̄i imperio agē
moliuntur. & hos ſecuntur peruerſi homines
qui cupiditatem terrenam ſectantes crudeli
ter magis premere populum xp̄ianum eligūt
quam modeſta diſpoſicōne regere & rite ac
conſulte illi preeſſe. Conſules appellant a cō
ſulendo ſicut reges a regendo ſiue a legando

nam cum romani regum ſuperbam dominati
onem non ferrent. annua imperia binoſq͡ȝ con
ſules ſibi fecerunt. Nam faſtus regius non be
niuolentia conſulentis ſed ſuperbia dominan
tis erat. Hi ergo conſules appellati vel a con
ſulendo ciuibus vel a regendo cuncta conſilio
quos tamen ideo mutandos per annos ſingu-
los elegerunt vt nec inſolens diu maneret &
moderatior cito ſuccurrēt. Inde autem duo
pares quia vnus rem ciuilem alter rem mili-
tarem miniſtrabat. regnauerūt autem annis
cccc. lxiiii. Cōſules autem recte dici poſſunt
magiſtri eccleſie hoc eſt epiſcopi atq̄ p̄ſpiteri
& ceteri qui conſilus ſecundum ſanctaꝝ ſcrip
turarum traditionem plebem ſibi ſubiectam
adiuuant atq̄ gubernant. Hoc autem nomen
poteſtatis ex gentilium traditione inuentū
ideo poſuit quia cōuenit eccleſiaſtice dignita
ti vt interiora et exteriora omnia agant cum
cōſilio prudenter ſecundum illuc quod ſcrip
tum eſt. Omnia fac cum cōſilio & poſt factū
non penitebis. Nam ceſaris nomē aut auguſti
non aliter domino noſtro conuenire arbitror
niſi ſub ſignificacōne monarchie quia ſolus
regnat in celis & in terris & quia ſub eiꝰ im
perio conſiſtunt vniuerſa. Monarchi ſunt qui
ſingularem poſſident principatum qualis fu-
it alexander apud grecos. iulius apud roma-
nos. hinc & monarchia dicitur. monos quip-
pe ſingularis greco nomine archia principa-
tus eſt. thetrache ſūt quartam partem regni
tenentes. Nam thetra quatuor ſunt qualis
fuit apud iudeam philippus Princeps & dig
nitatis nomē vel modum ſignificat & ordinis.
ſicut eſt illud virgilianū princeps ardentem
cōterit lampada turnus pro primus. Dictus
autem princeps a capiendo figurate eoq̄ pri
mus capiat. ſicut municeps ab eo qd̄ munia
accipiat. Legitur ergo in ꝓpheta de xp̄o q̄
ipſe ſit princeps pacis cuius principatus eſt
ſuper humerum eius. qui in cruce omīa tra-
hit ad ſeipſum. & ideo illi curuatur omne ge
nu & confitebitur omnis lingua quia ipſe in
gloria dei patris viuit & regnat in ſecula. de
quo principe ita legitur in ezechiele. Prin-
ceps ſedebit in ea hoc eſt in porta clauſa & co
medet panem ſuum. Dicuntur & apoſtoli pri
cipes & doctores eccleſie dei. de quibꝰ ſcrip
tum eſt in pſalmo. Principes populi conuene
runt cum deo abraham. et itē. Conſtituas in
quit eos pricipes ſuper omnem terram. quo
rum principatus nimis confōratus eſt. quia
hii ſuis monitis vſq͡ȝ ad finem mundi regunt
eccleſiam. & in die iudicii futuri ſunt iudi
ces cum xp̄o. ad quos ipſe ait. cum ſederit fi
lius hominis in ſede maieſtatis ſue ſedebitis
& vos ſuper ſedes duodecim indicantes duo
decim tribus iſrabel. Rurſum principes ſūt
ſancti. vt in ſalomone. Vidi ſeruos in eqs. id
eſt peccatores in carnali potentia & pricipes
q̄ſi ſeruos ambulantes ſup terrā. Item in con
trariam partem principes accipiunt vt ꝓphe
ta dicit. Principes extiterunt & non cog-
noui. Item princeps dyabolus ſiue anthicri-
ſtus ſicut in ezechiele dominus de eo loquit̄
dicens. Fili hominis leua planctū ſuper prin
cipem thyri. id eſt ſuper principem tribula-
tionis. Dux dictus eoq̄ ſit ductor exercitus
ſed non ſtatim quicunq̄ȝ principes vel duces
ſunt et reges dici poſſunt. In bello autem me
lius ducem nominari q̄ȝ regem. Nam hoc no
men exprimit in prelio ducentem. Vnde &
virgiliꝰ ducis euandri. ſaluſtius quo cupidi-
nis more ducis ſeſe quiſq͡ȝ bonum non dicit
more conſulis. Dux enim ille vere dici poteſt
qui in calle iuſticie incedens ſequentes ducit
per fidē rectam & bona opera in vitam eter
nam. Vnde propheta dominum deprecat̄ di-
cens. Deduc me in via tua & ambulabo in ve
ritate tua. & alibi. Spiritus inquit tuus bonꝰ
deducet me in viam rectam. Vnde & ipſe ſal
uator dux a propheta legit̄ in euangelio vbi
ſcriptum eſt. Et tu bethleem terra iuda ne-
quaquam minima es in principibus iuda ex
te enim exiet dux qui regat populum meum
iſrabel. Item dux dominus ihesus criſtus in-
telligitur in illo eſaie. Ecce teſtem populis
dedi eum ducem ac preceptorem gentium.
& alibi ſeruus meus dauid princeps in medio
eorum. Duces ſunt ſancti predicatores eoq̄
trahunt fidelium greges poſt ſe. Item in con
trariam partem duces heretici ſunt & iudei
ſiue doctores improbi vt in euangelio Dimit
tite eos ceci ſunt duces cecorum. ſi cecus ce-
cum duxerit ambo in foueam cadunt. Fortis
dominus eſt vt in pſalmo legitur. Dominus
fortis & patiens. & in iob. Sapiens corde et
fortis robore. Fortes ſancti ſunt. vt in canti-
cis canticorum. Ecce lectum ſalomonis ſexa-
ginta fortes ambiunt ex fortiſſimis iſrabel.
Fortis dyabolus vt in euangelio. cum fortis
armatus cuſtodit atrium ſuum in pace ſunt
omnia que poſſidet. Patricii inde vocati ſūt
pro eo quod ſicut patres filiis ita prouident
reipublice. Prefecti dicti eoq̄ pretoria pote-
ſtate preſint. pretores. idem qui & prefecti
quaſi prepoſitores. Preſides vero dicti quia
alius loci tutelam preſidialiter tenent. preto
res autem quaſi preceptores ciuitatis et prin
cipes. idem & queſtores quaſi queſitores eo-
q̄ queſtionibus preſunt. Conſilium enim &
cauſa apud eos eſt. Proceres ſunt principes

ciuitatis quaſi precedētes ꝙ omnes honores
precedunt. Tribuni vocati quia militibꝫ ſiue
plebibꝫ iura tribuūt Ciliarche ſunt qui mille
preſunt. quos nos millenarios nuncupamus
& eſt grecum nomen. Centuriones dicti eoꝙ
preſunt centū militibus. ſicut quinquagena-
rii quia ī capite ſunt quinquaginta militum
ſicut decani eoꝙ decē militibus preferuntur
He autem ſpecies prelatorum in eccleſia rite
tenentur. ꝙ vnuſquiſqꝫ prepoſitus iuxta ri-
tum & ordinem ſuum curam habet ſubditoꝝ
ne per deuia erroris pergant. neqꝫ iniuſtis
operibus inſiſtant. necnon & caueant ne ali9
alterum noceat ne per violentiam opprimat
ſed concordes inuicem & pacifici vitam mo
deſtam ducāt. Vnde & in veteri lege iethro
cognatus moyſi dedit illi conſilium vt conſti
tueret in plebe tribunos et centuriones & qui
quagenarios & decanos. quatinus ipſi mino
ra decernerent atqꝫ diiudicarent. Ipſe vero ea
que ad dominum pertinēt ſubditis ſuis diſpē
ſaret. Hinc & apoſtolus hebreis precepit di
cens Obedite prepoſitis veſtris in domino et
ſubiacete eis. ipſi enim peruigilant quaſi pro
animabus veſtris domino reddituri rationē.
vt cum gaudio hoc faciant & non gemētes
hoc enim non expedit vobis. & iterū. memen
tote inquit prepoſitorū veſtrorum qui locu-
ti ſunt verbum dei quorum intuentes exitū
conuerſacōis imitamini fidem. Miles dictus
quia mille erant ante in numero vno. vel quia
vnus eſt ex mille electus. Romulus autē pri
mus ex populo milites ſumpſit & appellauit
Liber primus milicie ordinem docuit. Mi-
les autem ordinarius dicitur aut extra ordi-
narius. Ordinarius eſt qui per ordinem mili
tat nec adhuc aliquem conſecutus eſt gradū
honoris. eſt enim gregari9 id eſt humilis mi
licie. extraordinarius vero qui ob virtutem
promouetur ex ordine. Emeriti dicuntur ve
terani ſolutiqꝫ milicie. qui iam in vſu ꝑlii non
ſunt. & quia mereri militare dicitur ab ſtipē
dus ſcilicet que merentur. Idem & veterani
dicuntur. quia iam in vſu prelii non ſunt ſed
poſt milicie labores quietis ſuffragium conſe
cuntur. Equeſtres milites dicti quia equo ſe
deant & militant in equeſtri ordine. Tirones
dicuntur fortes pueri qui ad miliciam dele-
guntur atqꝫ armis gerendis habiles exiſtunt
Hii enim nō ſola profeſſione natiuitatis. ſed
ab aſpectu & valitudine corporis exiſtimanē
Vnde & tirones dicti quiqꝫ antequam ſacra-
mento probati ſint milites non ſunt. Romane
autem milicie mos fuit puberes primos exer
ceri armis. Nam ſextodecimo āno tirones mi
litabant. quo etiam ſolo ſub cuſtodibus age-

bant. Conſcripti milicia dicuntur. quia in ta
bulis cōferuntur ab eo qui eos ducturus eſt
ſicut tranſcripti vocantur cum de alia in aliā
legionem tranſeunt & inde tranſcripti quia
nomina dant vt tranſcribantur. & optiones
dicti ꝙ ſint electi nam optare eligere eſt ſicut
eſt illud. optauitqꝫ locum regno. id eſt elegit
Excubitores dicuntur. pro eo quod excubias
ſemper agunt. ſunt enim ex numero militum
& in porticibus excubant propter regalem
cuſtodiam. excubie autem diurne ſunt. vigi
lie nocturne vnde & vigiles. Velites erant
apud romanos. genus milicie a volitando vo-
cati. Lecti enim agilitate iuuenes cum armis
ſuis poſt terga equitum conſedebant & mox
cum ad hoſtes ventum eſſet equis deſiliebāt
& continuo pedites ipſi ex alia parte equiti-
bus per quos aduecti fuerant dimicantibus
hoſtem perturbabant. ab his velitibus elephā
ti quondam hannibalis retroacti cum regi iā
a ſuis non poſſent fabrili ſcalpro inter aures
adacto necabantur. Militia autem a milibus
dicta aut a multis quaſi multicia. quaſi nego
tium multorum aut a mole rerum quaſi moli
tia. Legio ſex milium armatorum eſt ab elec
to vocata quaſi lecti id eſt armis electi. ꝓprie
autem macedonum falanx. gallorum caterua
noſtra legio dicitur. Legio habet ſexaginta
centurias manipulos triginta cohortes duo-
decim. turmas ducentas. Centuria eſt pars
exercitus in centenos milites diuiſa. Vnde &
qui his preſunt centuriones dicuntur. Sub
centuriati vero ſunt. non qui in ꝑma. ſed qui
in ſecunda centuria ſunt quaſi ſub prima cētu
ria tamen ſtricti etiam ipſi & in ſpiculis poſi
ti in bello ſunt. vt ſi prima defecerit iſti quos
ſub ſcđa diximus. laborantibus primis ſubue
niant. Vnde ad inſinuandū ponitur ſubcentu
riatus quaſi armis doloſis inſtructus. Mani-
pulus ducētorum eſt militum. Manipuli aūt
dicti ſunt milites ſiue quia bellum primi ma
nu incipiebāt. ſiue qđ antequam ſigna eſſent
manipulos ſibi id eſt faſcicl'os ſtipule vel her
be alicui9 ꝓ ſignis faciebāt a quo ſigno mani
pulares milites cognominati ſunt. De quibꝫ
lucanus Conuocat armatos extemplo ad ſigna
manipulos. Turme xxx. equites ſunt. roma-
ni enim equites in vna tribu ccc. fuerunt de
ſingulis enim centuriis x. dabantur & fiebat
turma. Cohors quingentos milites habet.
Tria ſunt milicie genera. ſacramentum. euo-
catio. coniuratio. Sacramentum in quo poſt
electionem iurauit vnuſquiſqꝫ miles ſe non re
cedere a milicia niſi poſt completa ſtipendia
id eſt milicie tempora & hii ſunt qui habent
plenam miliciam. nam xx. & v. annis tenenē

Euocatio dum ad ſubitum bellum. non ſolū
miles ſed ceteri euocantur. Vnde etiam con
ſul ſolebat dicere. qui rempublicam ſaluam
vult eſſe me ſequatur. Coniuratio que fit in
tumultu quando vicinum vrbis periculū ſin-
gulos iurare non patitur ſed repente colligit̃
multitudo & tumultuoſa in ira conflatur hec
& tumultuacō dicitur. In acie autem iſte fere
forme ſunt exercitus. claſſis. nodus. cuneus
ale. cornua agmen que formas & nomina ab
ipſis rebus de quibus trāſlata ſunt mutuant̃
Acies dicta quia ferro armata ſit & acumine
gladiorum. Exercitus multitudo ex vno ge
nere ab exercitacōne vocata. Cuneus eſt col
lecta in vnum militum multitudo. vnde prop
ter qđ in vnum coit ipſa coitio in vnum cune
us nominatus eſt quaſi cōmeus quia in vnum
omnes cogunt̃. Claſſes dicte ꝑpter diuiſionē
exercit⁹ quā romul⁹ īſtituit. Nā claſſen gre
ci diuidē dicūt qui poſtea manipuli dicti ſunt
vnde & virgilius. Claſſibus hic locus hic acie
certare ſolebant. iam poſtea & claſſita nauiū
dicta. Nodus proprie denſa peditum multi-
tudo. ſicut equitum turma Nodum enim dic
tum pro difficultate quia vix poſſit reſolui.
Ale in exercitu xxx. equites eſſe dicunt̃ Ale
autem equites ab hoc dicti quia tegunt pedi
tes alarum vice. Cornua dicunt̃ extremitas
exercitus. quia intorta ſit. Agmen dicitur
quia in longitudīe directum quale ſolet eſſe
cum exercitus iter facit ab agendo vocatum
id eſt eundo. plautus quo te agis & ipſe eſt
autem exercitus ambulantis. Nam agmen di
citur qđ in longitudine directum ſit quale ſo
let eſſe cum exercitus portis procedit. quic
quid fuerit aliud abuſiue dicitur Milites aūt
xp̄i illi eſſe dicuntur qui contra dyabolū pug
nant. & contra vicia fortiter dimicant quib⁹
cum conſummauerit & expleuerint agonē
ſuum non merces terrena ſed vita promittit̃
eterna. Nam de talibus apoſtolus ad corinthi
os ſcripſit dicens In carne enim ambulantes
non ſecundum carnem militam⁹. Nam arma
milicie noſtre non carnalia ſed potēcia deo ad
deſtructionem. inimicorum cōſilia deſtruen-
tes. & omnem altitudinem extollētem ſe ad
uerſus ſcientiam dei. & in captiuitatem re-
digentes omnem intellectum in obſequiū xp̄i
& in promptu habētes vlciſci omnem in obe
dientiam.

## De Ciuibus. Ca. iiii.

De imperiis miliciequ vocabulis ex
parte dictum eſt. Deinceps ciuiū
nomina ſummatim ſubigimus. Ci
ues vocati ꝙ in vnum coeuntes iu-
uant vt vita communis & ornatior fiat et tu
tior. Ciues autem miſtice in bonam partem
ponuntur vt eſt illud in apoſtolo. vos autem
eſtis ciues ſanctorum & domeſtici dei. Item
in malā partem quando ad babiloniam ſpiri
talem hoc eſt in partem diaboli deputantur.
Domus vnius familie habitaculum eſt ſicut
vrbs vnius populi. ſicut orbis domicilium to
tius generis humani. eſt autem domus gen⁹
Vnde in pſalmo ſcriptum eſt Domus iſrahel
benedicite dominum. domus aaron benedici
te dominum. domus leui benedicite dominū
qui timetis dominum benedicite dominum.
Poſtquam gentiliū ſimulachra deriſit in ter
cio ingreſſu laudes dominicas ſanctorum di-
cit ore celebrandas. ſed in his duobus verſi-
bus per officia diuerſa diſcurrens ammonet
vt vero domino laus fidelium debeat perſo-
nare. in iſrahel omnis ponitur iuſtus qui di-
uina contemplacōne gratulatur. quos poſtea
numerat ſpecialiter. In aaron enim ſacerdo-
tes. in leui reliqui miniſtri. ad poſtremū qui
domino in qualibet probabili conuerſacōe fa
mulātur. ſic omnis populus per diuerſas par
tes deuotus dominū laudare precipitur. Ge
nus a gignendo & progenerando dictū. aut
a diffinitione certorum progenitorum. natio
nes que propriis cognationib⁹ terminate gē-
tes appellantur. Populus humane multitudi
nis iuris conſenſu concordi communione ſoci
atus. Populus autem in eo diſtat a plebibus
quia populus vniuerſi ciues ſunt connumera
tis ſenioribus. Plebs autem reliquum vulg⁹
ſine ſenioribus ciuitatis. Populus ergo tota
ciuitas eſt. vulgus vero plebs eſt. plebs autē
dicta a pluralitate. Maior enim eſt numer⁹
iuniorum ꝙ̄ ſeniorum a potopolis id eſt ciui-
tas vel pluralitas. Vnde & populus dictus
eſt. grece autem populus laos dicitur a lapi-
dibus. Vulgus eſt paſſim inhabitans multi-
tudo quaſi quiſq̄ quo vult. Populi autem no
men in ſcripturis ſacris aut gentem iudeo-
rum ſignificat vnius dei cultu mancipatā &
legis domini preceptis inſtitutam. vel etiam
xp̄ianum populū qui magis deo deuotus eſſe
dinoſcitur. Vnde in pſalmo ſcriptum eſt. Sci
tote qđ dominus ipſe eſt deus ipſe fecit nos
& non ipſi nos. nos autem populus eius &
oues paſcue eius. Nam quamuis natiuitatis
noſtre miniſterium prebeat carnalis operacō
tamen ille in hunc mundum nos probatur ad
ducere. qui cuncta fecit ad exiſtentiam per-
uenire. Sequitur. Nos autem populus eius
& oues paſcue eius. Venit ad populum fide
lem per comperacōnes pulcerimas. quid ſit
oſtendens oues quia ſimplices ſunt & ipſe ea
rum paſtor eſt verus. paſcue eius id eſt diui-

narum ſcripturarũ copioſa & dulcis epulatio
Ipſa ſunt enim paſcua quibus fidelis anima
ſaginatur & ad future beatitudinis amena
perducitur. Tribus dicũtur tanquam curie
& congregacões diſtincte populorum. & vo
cate tribus ꝙ in principio romani trifarie fu
erunt a romulo diſpertiti in ſenatoribus mi-
litibus & plebibus que tamen tribꝰ nunc mł
tiplicate nomen priſtinum retinent. Tribus
ſimiliter miſtice ſignificant. aut duodecim
tribus iſrabelitici generis aut conuenticula
ſanctorum in eccleſia. Nam cum de iheruſa-
lem miſtica propheta cõmemoraret addidit
illuc enĩ aſcenderũt tribꝰ tribus domini teſti
monium iſrabel ad confitendum nomini tuo
domine. Dicendo illuc ſignificat ciuitatem
iheruſalem quam ſuperius dixit. cuius parti
cipacõ eius in idipſum. & vt celeſtem eſſe
cognoſceres addidit aſcenderunt ad quam
beati ſemper aſcendunt. quoniam iugi exer-
citacione proficiunt. ſubiunxit tribus in qui
bus erat iſrabeliticus populus diſtributus.
ſic enim illi gẽti ad numerum filiorum iacob
duodecim tribus fuerunt ſicut romano popu
lo xxxv. curie in iſtis ergo tribubus ſignifi-
cat ſanctos qui dominum ſaluatorem eſſe de-
um confeſſi ſunt. Nam vt ab infidelibus tri-
bus iſtas fidelium ſegregaret addidit. tribus
domini. que vtique eius eſſe non poterãt niſi
ei pura mente credidiſſent. Alias enim tribꝰ
conſtat fuiſſe dyaboli que ex xp̄o maluerunt
impia voluntate ſeparari quibus ipſe in euan
gelio dixit. Vos a patre dyabolo eſtis. verum
quales eſſent iſte tribus domini breuiter in-
dicauerint teſtimoniũ iſrabel. id eſt qui te-
ſtimoniũ prebeant ſanctitati. Cenſores apud
veteres romanos erant. eſt enim nomen cen-
ſoris dignitas iudicialis. cenſere enim iudica
re eſt. Item cenſores ſunt patrimoniorum iu
dices a cẽſu eris appellati. Iudices dicti quaſi
ius dicentes populo. ſiue quod iure diſceptẽt
Iure enim diſputare eſt iuſte iudicare. nõ eſt
autem iudex ſi in eo non eſt iuſticia. Legun
tur enim in ſcripturis ſacris. Iniqui pro cen-
ſoribus equitatis poſiti. Similiter & iudices
iniqui qui iniquitatem in iudicando magis ſe
cuti ſunt quã equitatem. cuius rei exempla
inueniuntur plurima. Senatui nomen etas
dedit quod ſeniores eſſent. Alii a ſinendo dic
tos accipiunt ſenatores. ipſi enim agendi fa-
cultatem dabant. Senatuſconſultus a conſu
lendo & tractando eſt dictus. quod ſic fit vt
conſulat & nocere non poſſit. Patres autem
vt ſaluſtius dicit a cure ſimilitudine vocati
ſunt. Nam ſicut patres filios. ita illi rempu-
blicam alebant. Patres conſcripti. quia dum

romulus decem curias ſenatorum elegiſſet
nomina eorum preſenti populo in tabulas au-
reas contulit atꝙ inde patres conſcripti voca
ti. Municipes ſunt in eodem municipio nati
ab offitio munerum dicti eoꝙ publica munia
accipiunt. Munia enim officia ſunt. vnde &
immunes dicuntur qui nullum gerunt offi-
cium municipales originales ciues & in loco
officium gerentes. Legitur etiam in ſcriptu
ris. municipatꝰ ſanctorum eſſe in celis. quia
ibi munera capiunt ſempiterna. Priuati ſunt
extranei ab officiis publicis. eſt enim nomen
magiſtratum habenti contrarium. & dicti
priuati ꝙ ſint ab officiis curie abſoluti. Mer
cenarii ſunt qui ſeruiunt accepta mercede.
idem & barones greco nomine ꝙ ſint fortes
in laboribus. Mercenarii miſtice illos ſigni
ficant qui ſeruiunt domino non pro amore di
uino tantum ſed pro temporali retributione
de quibus ſcriptum eſt in euangelio. Q pro
fugus filius penitendo dixerit. quanti mercẽ
narii in domo patris mei abundant panibus
ego autem hic fame pereo. & alibi ipſa veri-
tas ait. mercennarius & qui non eſt paſtor
cuius non ſunt oues proprie videt lupum ve-
nientem & dimittit oues & fugit. Publicani
appellantur cõductores vectigalium fiſci vel
rerumpublicarum quia vectigalia publica ex
igunt vel quia per negocia ſeculi lucra ſectan
tur. vnde & cognominati ſunt. Hii etiam in
euangelio cum peccatoribus ſimul leguntur
veniſſe ad ſaluatorem. quia qui publica nego
cia in terrenis actibus exercent difficile pec
catorum ſarcina carent. ſed cum per peniten
tiam ad dominum veraciter conuertuntur.
ex peccatoribus iuſti fiunt. Villicus proprie
ville gubernator eſt. vnde & a villa villicus
nomẽ accepit. interdum autem villicus non
gubernationem ville ſed diſpenſationem vni
uerſe domus tullio interpretante ſignificat
quod eſt vniuerſarum poſſeſſionum & villaꝝ
diſpenſatorem. Villicus ergo in euangelica
parabola comparatur illi qui in terrenis ne-
gociis ſe reum facit. ſed per elemoſinam ſe
abſoluere certat. Vnde ſcriptum eſt quod vil
licus accuſatꝰ apud dominum ſuum quaſi diſ
ſipaſſet bona ipſius per pecuniam dimiſſam
conſeruis ſuis prouidebat ſibi in futurum Vn
de ipſe dominus explicita parabola diſcipulis
ſuis ait. Facite vobis amicos de mammona
iniquitatis. vt cum defeceritis recipiant vos
in eterna tabernacula. Actores idem & cura
tores ab agendo & curando vocati. Procura
tores vero eoꝙ vice curatoris finguntur qua
ſi pro curatore ſicut pro conſul pro conſule.
Myſtice autem procuratores ſiue tutores et

actores poſſunt prophete accipi . quorum ver
bis quotidie in aduentu ſaluatoris erudieba
mur. Vnde apoſtolus ſub exemplo ait. quan
to tempore heres paruulus eſt. nihil differt
a ſeruo cum ſit dominus omnium ſed ſub tu
toribus & actoribus eſt vſq; ad prefinitum
tempus a patre. Recte hii ſub tutoribus eſſe
dicuntur. qui habentes ſpiritum timoris. nec
dum meruerunt ſpiritum libertatis & adop
tionis accipere. Etas enim infantie & pecca
ta formidat. & pedagogum metuit. nec con
fidit eſſe ſe liberam. licet per naturam domi
na ſit . & ſecundum vtranq; intelligentiam
quam tutores & actores et prophetas vel an
gelos diximus. paruulus iſte tam diu ſub ac
toribus eſt atq; tutoribus donec legittimum
perfecti viri tempus impleuerit. Legittimū
autem tempus eſt ſicut romanis legibꝰ xxv.
annorum ſpacō terminatur ita ad humani ge
neris perfectionem criſti reputatur aduentꝰ
ſtatim vt ille venerit & omnes in virum per
fectum creuerimus. pedagogus a nobis tu
torq; diſcedunt. tunc auctoritate domini &
hereditatis poſſeſſione perfruimur ī qua pri
us nati quodammodo putabamur alieni. Co
loni ſunt cultores aduene dicti a cultura agri
ſunt enim aliunde veniētes atq; alienum agrū
locatum colentes ac debentes cōditionem ge
nitali ſolo ꝓpter agriculturam ſub dominio
poſſeſſoris pro eo quod his locatus eſt fun
dus. Coloni autem quatuor modis dicuntur
Nam coloni aut romani ſūt. aut coloni latini
aut auxiliares coloni. aut coloni ruris priua
ti . Inquilini vocati quaſi incolentes aliena.
non enim habent propriam ſedem ſed in ter
ra aliena inhabitant Differt autē inter inqui
linum & aduenam . Inquilini enim ſunt qui
emigrant & non perpetuo permanent. Ad
uene autem vel incole aduenticii perhibentē
ſed permanentes . & inde incole quia iam
habitatores ſunt ab incolendo. Aduene enim
ſunt ſancti qui de errore mundano tranſlati
ad ſanctam eccleſiam tranſmigrant. de quibꝰ
propheta ait , Dominus cuſtodit aduenā et
pupillum id eſt qui de babilonia ciuitate dya
boli ad hieruſalem ciuitatem domini ſaluato
ris aduenerit. Hunc cuſtodit. ſi tamen in elec
torum habitatione permāſerit. Indigene ſūt
inde geniti & in eodem loco nati vbi in habi
tant. Incola autem non indigenam ſed adue
nam indicat. Peregrini eoq; ignorantur eoꝝ
parentes a quibus orti exiſtunt . ſunt enim
de longinqua regione. Legitur enim ita in
pſalmiſta. Ne ſileas a me quoniam incola ego
ſum apud te & peregrinus ſicut omnes pa
tres mei. Incola vero dicitur qui terram co
lit ad tempus ſuperueniens extraneus. non
qui in patrie ſue regione conſiſtit. quod om
ni ſancto euenit qui in diuina ciuitate recipi
tur. Omnes enim nos peccatum fecit extra
neos et in nefaria tenuit regione captiuos ſed
quando nos miſericordia eius ſuſcepit. Inco
le ſumus. quoniam illuc aduenimus id eſt de
babilonia ad hieruſalem ipſo attrahente trāſ
ponimur. Ideo enim apud te vt non in dya
boli ſed in domini ciuitate incolam eum fuiſ
ſe ſentires ſubiunxit & peregrinus quia inci
pit eſſe vbi non erat . Peregrinus enim dici
tur quaſi pergens longius. & vt generalem
hanc cognoſceres fuiſſe ſentenciam dicit. Si
cut omnes patres mei. Vrbani vocantur qui
rome habitant . qui vero inceteris opidani .
Nam ſola vrbs roma. cetera opida . Famuli
ſunt ex propria familia ſeruorum exorti Ser
ui autem vocabulum inde traxerunt quia hii
qui iure belli poſſent occidi a victoribus con
ſeruabantur. ſerui fiebant a ſeruando ſcilicet
ſerui vocati. Seruus miſtice criſtus in abiec
tione carnis. ſicut in eſaia de eo dicitur Ecce
ſeruus meus ſuſcipiam eum. Item ſeruus doc
tor fidelis in eccleſia vt in euangelio legitur
Quiſputas eſt fidelis ſeruus & prudens. &
in aliam partem de prauo doctore vbi & ſu
pra. quod ſi dixerit ille ſeruus malus in cor
de ſuo. Seruus eſt homo peccator vt in ſalo
mone. Seruus verbis non corrigitur. quia qđ
dicis intelligit & reſpondere dedignatur .
Item ſerui ſancti ſūt vt in iohel. ſed & ſuper
ſeruos & ancillas meas effundam de ſpiritu
meo. Famuli autem ſiue ſerui & in bonam &
in malam partem vt diximus accipi poſſunt
quia ſerui dicūtur iuſticie. ſerui peccati ſcrip
tura teſte que ait. Cui quis ſeruit eius & ſer
uus additus eſt. & apoſtolus . Liberati in
quit a ſeruitute peccati ſerui facti eſtis iuſti
cie. ſimiliter & ancille. Ancille a ſuſtentacu
lo vocate. ancon enim grece cubitus dicitur
vnde & anconem dicimus. . Ancille enim dei
iuxta allegoriam anime ſancte que prompta
deuotione eius deſeruiunt voluntati. Vnde
pſalmiſta ait Ecce ſicut oculi ſeruorum in ma
nibus dominorum ſuorum. Et ſicut oculi an
cille in manibus domine ſue ita oculi noſtri
ad dominum deum noſtrum donec miſerea
tur nobis Item ancille apoſtoli propter carnis
infirmitatem ſicut pro dyabulo dicitur. &
alligabis eum ancillis tuis . Rurſum ancille
anime peccatorum ſunt. vt in naū. miles cap
tiuus adductus eſt. & ancille eius minabantē
gementes . Pauper criſtus eſt ſiue populus
fidelis vt in apoſtolo Propter nos paup factꝰ
eſt cum eſſet diues. & in pſalmo. Iſte paup

clamauit & dominus exaudiuit eum . Pau-
peres ſancti qui humiles ſpiritu ſunt . vt in
euangelio. Beati pauperes ſpiritu & in pſal-
terio. Non ſpreuit neqꝫ deſpexit preces pau-
perum. Aliter pauperes diuites ſeculi huiꝰ
virtutibus vacui vt eſt illud in apocalipſi Di
cis quia diues ſum & ditatus. & neſcis quia
tu es pauper & mendicus. Inops populus gē
tium humilis. vt in pſalterio. Suſcitans a ter
ra inopem. & alibi. Eripiens inopem de ma-
nu fortioris. hoc eſt de poteſtate dyaboli .
Mancipium eſt quicquid manu capi aut ſub-
di poteſt . vt homo . equus ouis. Nec enim ani
malia ſtatim vt nata ſunt. mancipium eſſe pu
tantur . Nam & ea que in beſtiarum numero
ſunt . tunc videntur mancipium eſſe . quando
capi ſiue domari ceperint. Ingenui dicti quia
in genere habent libertatem nō in facto ſicut
liberti . vnde & eos greci eugenos vocant q̄d
ſnt boni generis . Libertus autem vocatus
quaſi liberatus . erat enim prius iugo ſerui-
tutis addictus libertorum filii apud anti-
quos libertini appellabantur. quaſi de liber-
tis nati. Nunc vero libertinus aut a liberto
factus aut poſſeſſus. Liberti enim ſpiritali-
ter illi dicuntur. qui criſtiana libertate bene
vtuntur . Vnde apoſtolus ait . Qui enim in
domino vocatus eſt ſeruus libertus eſt domi
ni. Similiter qui liber vocatus eſt ſeruus eſt
criſti. Hic enim omnino ſeruus eſt qui impru
denter agit . ſicut & veteribus placuit . qui
omnes ſapientes liberos appellauerūt. impru
dentes autem omnes ſeruos. Vnde ſalomon
Seruo inquit ſapienti liberi ſeruient . Hic er
go qui credit ac ſi ſeruus ſit ad tempus quia
rem facit prudenter vt credat in criſtam li-
bertus ſit domini. Si ergo peccata ſeruos fa
ciunt ſicut cham filius noe peccati & impru-
dentie cauſa factus eſt ſeruus. Cum accepe-
rit remiſſionem peccatorum libertus effici-
tur. Similiter inquit qui liber vocatus eſt ſer
uus eſt criſti. profectus eſt ex libero ſeruum
fieri criſti. liber enim a deo quod maximum
crimen eſt ideo amiſſa amara & contraria li-
bertate ſeruilem cōditionem ſortitus eſt que
prodeſſet. ſicut dicit dominus. Tollite iugū
meum ſuper vos. quia ſuaue eſt. & onus me-
um leue eſt. Manumiſſus dicitur quaſi ma-
nu emiſſus Apud veteres enim quotiens ma
nu mittebant alapa percuſſos circumagebāt
vnde & manumiſſi dicti eoꝝ manu mitterē
tur . Ciues romani poſtea dicti ſub conſuli-
bus per teſtamenta in vrbe romana ſunt ef-
fecti . dicti autem ciues romani quia teſta-
mento liberi effecti in numero romanorum
ciuium rediguntur. His primum aditus erat

in vrbe roma commorari . Ceteris autem li-
bertis prohibebatur ne vel in vrbe roma vel
infra ſeptimum ab vrbe miliarium comma-
nerent. licet legamus paulum apoſtolum ne
ceſſitate compulſum propter ſedicionem ex-
ortam ciuem romanum ſe appellaſſe. multo
glorioſius eſt quod ſe cum ceteris fidelibus
ciuem celeſtis hieruſalem nuncupauit. vnde
ad ephesios ſcribens ait . Ergo iam non eſtis
hoſpites & aduene ſed eſtis ciues ſanctorum
& domeſtici dei ſuperedificati ſuper funda-
mentum apoſtolorum & prophetarum. hoc
eſt ſuper nouum & vetus teſtamentum collo
cati. que enim apoſtoli predicauerunt. ꝓphe
te futura dixerunt. hoc eſt non ſolum nos ſed
& celeſtes poteſtates pariter fieri habitacu-
lum dei in ſpirituſancto. Heredis nomen im
poſuit cenſus eris. conſoluit enim tributum
actoris in hoc enim vocabulo prima ſucceſſio
eſt hereditatis & generis vt ſunt filii vel ne
potes. Proheres qui loco heredis fungitur .
quaſi pro herede. Eſt enim aut inſtitutꝰ aut
ſubſtitutus . Heredes autem miſtice ſancti
dei poſſunt intelligi . & qui celeſtis patrie poſ
ſeſſores futuri ſunt Vnde apoſtolus ad roma
nos ſcribens ait . Ipſe ſpiritus teſtimonium
reddet ſpiritui noſtro quod ſumus filii dei.
Si autem filii & heredes . Heredes quidem
dei coheredes autē xp̄i. Vt ergo promptos
ad obediendum deo patri faceret hac ſpe ex
hortatur. dicens. dei nos futuros heredes.
coheredes autē xp̄i. vt quia magna ſpes pre
mii eſt tantomagis in dei rebus properſiores
eſſemus poſtponentes curam mundanorum
quid ſit autem coheredem eſſe filii dei ab apo
ſtolo iohanne docemur. inter cetera enim ait
Scimus quoniam cum apparuerit ſimiles ei
erimus.

¶ Explicit liber ſedecimus.

Incipiunt capitula libri xvii.

De Pulueribus & glebis terre. Ca. i.
De Gleuis & aquis. ii.
De Lapidibus vulgaribus. iii.
De Lapidibus insignioribus. iiii.
De Marmoribus. v.
De Ebore. vi.
De Gemmis. vii.
De Margaritis. viii.
De Criſtallis. ix.
De Vitro. x.
De Metallis. xi.
De Auro. xii.
De Argento. xiii.
De Ere. xiiii.
De Electro. xv.
De Stagno. xvi.
De Plumbo. xvii.
De Ferro. xviii.

## Incipit liber xvii de pul‑
## uere & glebis terre.

PVluis dictus quod viuenti pellatur:
tollitur enĩ eius flatu nec reſiſtit nec
ſtare nouit ſicut ait ꝓpheta. tãquam
pulius quẽ proicit uent⁹ a facie terre. Lim⁹
vocatus quod leuis ſit. Cenũ eſt vorago luti
Cinis ex incendio dicit̃. Ab eo enĩ fit fauilla
quod ꝑ ignẽ effecta ſit: nã fos ignis ẽ. Gleba
quod ſit glob⁹ pulueris enĩ collectione ꝯpin‑
gitur & ĩ vno glomere adunat̃: terra autem
ligata gleba eſt. ſoluta puluis. lutum vocatũ
quidã per antifraſin putant quod nõ ſit lotũ
hoc eſt mundũ. Nam omne lutũ inmundũ eſt
Volutabra appellata q̃ ibi porci volutẽtur
Vligo ſordes limi vl̃ aque limoſe ſũt. Puluis
ſignificat corrupcionem humane nature vel
leuitatẽ humane mentis. vt eſt illud in pſal‑
mis quod de peccatore ſcriptũ eſt: & erit tã
quam puluis quẽ ꝓicit ventus a facie terre.
Puluis enim vt ſupra diximus. eſt reſolucio
terre: & homo terrenus quãdo inflat̃ ſeduc‑
torio vẽto ſuphie de ſoliditate terre viuẽciũ
quaſi puluis abicit̃. quia ſua leuitate ad fir‑
mamentũ mandatorum ſe tenere non potuit
Limus aũt terrenã materiam humani corpis
ſignificat vt ẽ illud: formauit ergo hominẽ
dominus de limo terre & inſpirauit in faciẽ
eius ſpiraculũ uite & factus eſt homo in ani‑
mam viuentem: cum ei ſubſtãciam anime ac
ſpiritus ĩ qua viueret creauit. Aliter limus
cenũ & ſordes exprimit viciorum in quibus
polluit̃ homo. ſimiliter & lutũ duplicem ſig‑
nificacõem habet: hoc eſt carnis humane: &
pollucionẽ vicioꝝ. Vnde dominus legitur in
euangelio lutum ex ſputo feciſſe & ceci nati
oculos apuiſſe expuit enĩ in terrã & fecit de
ſaliua lutum quia verbũ caro factum fide in
carnacionis eius imbuit gen⁹ humanũ quod
cecũ erat a natiuitate hoc eſt ab origine pri‑
mi hominis: & ſic ad piſcinam ſiloe hoc ẽ ad
baptiſmi ſacramentũ illud miſit: econtrario
vero lutũ ponitur quando ſordes ſignificat
vicioꝝ. Vnde eſt illud pet̃ quod de peccatori
bus ait. contigit enĩ eis illud veri ꝓuerbium
canis reuerſus ad ſuũ vomitũ. & ſuſlota ĩ vo
lutabro luti. Argilla ab argis vocata apđ q̃s
primum ex ea vaſa confecta ſũt: & ſignificat
ſanctã ſcripturam: vnde legit̃ ĩ libro regum
quod omnia vaſa que fecit hiram ſalomoni ĩ
domo dñi de auricalco erant ĩ regione iorda
nis vidit ea rex inargillos a terra: Apte ĩ re‑
gione iordanis fuſa ſũt vaſa domus domini ĩ
quo videlicet flumine dominus noſter bapti
zari dignatus eſt & tinctus aquaꝝ vndis noƀ
elementũ aquarum in ablucionẽ peccatorum
conuertit. Argilloſa autẽ terra de qua facte
ſũt forme ad fundenda vaſa domini que me
li⁹ quã ſcriptura ſacra de qua regulam bene
uiuendi accipimus valet intellegi. quaſi enĩ
argilla ignibus durata formã vaſis dñi quã‑
ta & qualia fieri debeant exhibet cum nobis
ſcripturã regulam iuſticie quã ſequamur oſ
tendit. ſanctorũq; nobis exempla qui in igne
tribulacionũ inuincibiles pſeuerauerut ĩ om‑
nibus ſequentia premonſtrat. Creta ab inſu
la creta vbi melior ẽ nomẽ traxit creta imo‑
lia cãdida eſt: Acunea italie ĩſula dicta q̃rũ
altera veſtimentoꝝ ꝓcioſos colores emolliet
cõtriſtatus ſulphure quodam nitore exilarat
altera gemmis nitorem preſtat. Creta argẽ
taria & ipſa cãdida appellata eo quod nitorẽ
argẽto reddat. Terra ſamia a ſamo inſula dic
ta glutinoſa & candida & lingue lenis medi
camẽtis & vaſculis neceſſaria. Sulphur vo‑
catũ quia igne accendit̃ vt enim ignis eſt nã
vis ex aquis feruentibus ſentit. neq; alia res
facilius accendit̃ naſcitur ĩ inſulis eolus int̃
ſiciliam & italiam quas ardere dicunt. Inue‑
nitur & in aliis locis effoſſum. huius genera
quatuor: vnum quod fodit̃ tranſluceteq; & ui
ret quo ſolo ex oĩbꝰ generibus medici vtunt̃
alterum quod appellant glebã: vſibus tantũ
fullonum familiare. terciũ liquor ẽ vſus eius
ad lanas ſulfindas quo candorẽ molliciemq;
preſtat. Quartũ ad licinia maxime ꝯficiẽda
aptũ. Sulfuris tanta vis eſt vt morbos comi
tiales deprehendat nitore ſuo inpoſitus igni
bus ardeſcens in calice vini prunaq; ſubdita
circũferens exardeus centibus repcuſſo pal
lorem dirũ velut defunctorũ effundit. quid
in ſulphure niſi fetor carnis: & quid ꝑ ignem
niſi ardor deſiderii carnalis exprimit̃: cũ er‑
go habitantium ſodomis vel gomorra carnis
celera punire dominus decreuiſſet: in ipſa q̃
litate vltionis innotuit maculã criminis: ſul‑
phur quippe fetorẽ habet ignis ardorẽ qui
itaq; ad puerſa deſideria ex carnis fetore ar‑
ſerant. dignũ fuit vt ſil̃ ſulphure perirẽt &
igne: q̃ten⁹ ex iuſta pena diſcerẽt ex iniuſto
deſiderio quid feciſſent.

## De glebis & aquis

BItumẽ ĩ iudee lacu aſſaltide emergit
cuius glebas ſupnatantes naute ſca‑
fis appropinquantes colligunt. In ſy
ria aũt limus eſt paſſim a terra eſtuãs: ſpiſſa
tura aũt vtraq; & denſitate coeunt & vtraq;
greci ſpiſſa aſſalton appellant: natura ei⁹ ar‑
dens & ignũ cognata. & neq; aqua nec ferro
rũpitur: niſi ſolis mulieribus inquinamentis
vtilis ad cõpages nauium. Myſtice aut̃ bitu
men quod eſt feruentiſſimũ & violentiſſimũ

glutē ſignificat dilectionis ardorē vi magna
fortitudinis ad tenēdā ſocietatē ſpiritalē oīa
tolerantē vnde de arce ſtructura quā dn̄o iu
bente edificauit noe ita legiṫ ī libro geneſi.
fac tibi arcā de lignis leuigatis māſſinculas
in arca facies & bitumine linies eam intrinſe
cus & extrīſecucus & ſic facies eam. Arcam
inſtruxit noe de lignis non putreſcendibꝰ:&
eccleſia cōſtruiṫ a xp̄o ex hominibꝰ uicturis
in eternū. Arca enim eccl'am demonſtrabat
que natat ī fluctibus mundi huius quod aūt
eadem arca de lignis quadratis fieri iubeṫ
vndiqꝫ ſtabilem vitam ſanctoꝝ ſignificat. ad
omne opus bonum paratā quacūqꝫ enī verte
ris quadratū firmiter ſtabit. quod bitumi-
ne glutinanṫ arce ligna intrinſecus & extrī
ſecꝰ vt ī cōpagīe vnitatis ſignificaṫ tolerātia
caritatis ne ſcādalis eccleſiā tēptantibus ſiue
ab his qui intus ſunt ſiue ab his qui foris ſūt
cedat fraterna iunctura & ſoluatur vinculū
pacis. Alumē vocatum a lumine quod lumen
coloribus preſtat tinguendis:ē autē ſalſugo
t̄re efficiturqꝫ hieme ex aqua et limo & eſtiuis
ſolibus maturatur. huius ſpecies due ſūt liq
dum & ſpiſſum. Sal quidā dictū putāt quod
ī igne exiliat:fugit enī ignem dum ſit igneū
ſed naturā ſequitur quia ignis & aqua ſemp
inter ſe inimica ſunt. Alii ſal a ſalo & ſole vo
catū exiſtimant nā aquis maris ſpōte gigniṫ
ſpuma in extremis litoribus vel ſcopulis de
relicta & ſole decocta ſūt & lacus & flumina
& putei e quibus hauriṫ de hinc in ſalinis ī-
geſtus ſole ſiccatur. ſed & flumina denſanṫ ī
ſalem:amne reliquo ſub gelu fluente. Alibi
quoqꝫ detractis harenis colligiṫ creſcens cū
lune noctibus. Nam in cirenea ammoniacus
ſub harenis inueniṫ:ſūt & mōtes natiui ſalis
in quibus ferro cediṫ vt lapis renaſcēs maiꝰ
tāti alicubi duricie vt muros domuſqꝫ maſſis
ſalis faciant ſicῑ ī arabia. In natura quoqꝫ ſalis
differentie ſūt. Nā alibi ſuauis:alibi ſalſiſſi-
mus:cōmune ſal in igne crepitat:tragaſeum
nec crepitat ī igne nec exilit. Agrigentinū
ſicilie flammis patiens in aqua exilit in igne
fluet. Sal myſtice ſignificat condimētum ſa-
pientie:vnde dn̄s ad apoſtolos ī euāgelio ait
Vos eſtis ſal terre:quod ſi ſal euanuerit in q̄
ſallietur:ad nichilū valet vltra niſi vt mittaṫ
foras & cōculceṫ ab hominibus. Sic appel-
lantur ap̄l'i qa per ipſos vniuerſū hominum
cōditur genus terre enī nomine. humana na
tura ſignificaṫ. In ſalis vero verbi ſapientia:
quod aūt ap̄l'os ſuos celeſti ac diuina ſapien-
cia plenos ſal terre:ſaluator nominat oſtēdit
fatuos eſſe indicandos qui terrena tātum ſa-
piunt q̄ temporaliū bonorū velut copiam ſec

tantes vl' inopiam metuentes amittūt eterna
que nec dari poſſunt ab hominibꝰ nec auferi-
ri. Notandū aūt quod ſalis natura īfecūditate
tem terre facit. vnde & in pſalmo ſcriptū ē:
poſuit terram fructiferā in ſalſuginem:& q̄ſ
dam vrbes legimꝰ ira victorū ſale ſeminatas
vt nullū ī eis germē oriretur. Allegorie aūt
hoc & cōuenit doctrine ap̄lice vt diſtructis
aduerſarioꝝ municionibus & peccati regno
deiecto. ſale ſapiētie compeſcat vltra ī carnis
humane terre ſcl'i luxum atqꝫ feditatem ger
minare viciorū. Item quia ſal ad cōdiendos
cibos carneſqꝫ ſiccandas aptū eſt. rite demon
ſtrat quod per p̄dicacōem euāgelium fluxꝰ
reſtrīgitur voluptatū:& humana natura ex
cluſis vermibꝰ & putredine peccatoꝝ. Illeſa
ſeruatur ſuo ꝯditori p̄ eius cuſtodiā mādato
rum. Bonū quippe eſt dei verbū audire fre-
quentius. ſale ſapiētie ſpiritalis cordis archa
na cōdiri immo ipſū cum ap̄l'is ſal terre fieri
id ē eorū quoqꝫ qui adhuc terrena ſapiūt:im
buendis mentibus ſufficere. At ſi quis ſemel
cōdimēto veritatis illuminatus ad apoſtaſiā
redierit quo alio doctore corrigiṫ qui eā q̄
ipſe guſtauit ſapientie dulcedinem vl' aduer
ſis ſcl'i perterritus vl' illecebris illectus ab-
iecit. Sicut ergo ſal ī fatuatum cum ad con
diendos cibos carneſque ſiccandas valere de
ſierit nullo iam vſui aptum erit neque enim
vt alius teſtatur euangeliſta in terram vti-
le eſt cuius iniectu germinare prohibetur:
neqꝫ ī ſterquiliniū agriculture profuturum
quod uiuacibus licet glebis inmixtū nō feta
re ſemina frugum ſed extinguere naturaliṫ
ſolet. Sic hominis qui poſt agnicionem veri
tatis retro redierit. Neqꝫ ipſe fructum boni
operis ferre. neqꝫ alios excolere valet ſed fo-
ras mittendus hoc eſt ab eccl'ie eſt vnitate ſe
cernendus vt iuxta aliā parabolā irridentes
eum inimici dicāt. Quia hic homo cepit edi
ficare. & nō potuit conſūmare. Nitrū a loco
ſūpſit vocabulū naſcitur enim ī oppido vl' re
gione egypti vitra ex quo & medicine fiunt
& ſordes corporū veſtiūqꝫ lauātur. Huiꝰ na
tura nō multum a ſale diſtat. Habet enī vir
tutem ſalis & ſimiliter oriṫ caneſcentibus ſic
citate litoribꝰ. Nam ſicut ſalem ī littore ma
ris feruor cōficit ſolis durādo ī petrā aquas
marinas q̄s maior vis ventoꝝ vl' ipſius mariſ
feruor ī litora vlteriora p̄ecerit:ita ī nitria
vbi eſtate pluuie prolixiores tellurem infun
dunt aderit ardor ſideris tantus q̄ ipſas aq̄s
pluuiales per latitudinem harenarū ꝯcoquat
in petrā ſali quidē vl' glaciei aſpectui ſimilli
mum. ſ nil gelidi rigoris nil ſalis ſaporis ha-
bentem que tamē iuxta naturā ſalis ī cauma

te durare aut innubiloſo aere fluere ac lique
fieri ſolet . Hanc indigne ſumentes ſeruant
& vbi opus extiterit pro lomento vtunt̄. Vñ
iudee peccāti dicit ꝓpheta . ſi laueris te nitro
& multiplicaueris tibi herbam borith: macu
lata es ī iniquitate tua dicit domins deus .
Crepitat aūt ī aqua quomō calx uiua: & ipa
quidē diſpit: ſed aquā lauationi habilē red-
dit. Cuius natura cui ſit apta figure cernens
ſalomon ait . Acetum ī nitro & qui cātat car
mina corde peſſ.mo . Acetū quippe ſi mittat̄
in nitrum ferueſcit nitrū protin9 & ebullit
& ꝑuerſa mens quādo per increpacōe corri-
pit̄: de correpcōe fit deterior & inde ī mur-
muracōis iniquitatē ſuccēditur . vnde debu
it ab in quitate cōpeſci . Quod aūt de ꝓphe-
tica ſententia ſupra cōmemoraui vbi ſcriptū
eſt. ſi laueris te nitro & multiplicaueris tibi
herbam borith & reliqua . pro herba borith
ſeptuaginta trāſtulerūt
vt ſignificarēt herbam fullonū que iuxta ri-
tum prouincie paleſtine ī virentib9 & hume
ctis naſcit̄ locis & ad lauandas ſordes eādē
vim habet quam & nitrū . Nitrum aūt noſ-
trum & herba fullonis penitēcia eſt: ecclesi-
aſticus quoq; ſermo qui arguit & īcrepat &
corripit delinquētem moderacioris nitri ha
bet ſimilitudinē. qui vero leui peccatoꝝ ſor-
de maculatus eſt leuioribus purgat̄ monitis
porro peccata grauia que ad mortē trahunt
nec nitro nec herba borich dilui poſſunt ſed
grauioribus tormētis indigent. Vnius cuiuſq;
enim op9 quale ſit ignis probabit & igne re
uelabit̄. pulchreq; addidit maculata es ī iniq
tate tua in cōſpectu meo quod etiā ſi homini
bus mūda uidearis mihi munda non es qui
noui conſcientias ſingulorum.
Affronitum grece . latine ſpuma nitri eſt: de
quo quidē ait. Ruſticus es neſcis quid greco
nomine dicat . ſpuma vocor nitri : grecus es
a fronito: colligit̄ in aſia ī ſpeluncis diſtillās
de hinc ſiccatur ſole optimū putat̄ ſi minime
fuerit pōderoſū· & maxime fricabile, colore
pene purpureo.

## De lapidibus vulgaribus.

LApides terra tāquam denſior etiam
uulgo diſcernit̄. lapis aūt dictus q̄d
ledat pedem: lapiſ mollis eſt & ſpar-
ſus. ſaxa herēt & a montibus excidūtur. Pe
tra grecum eſt . Silex eſt dur9 lapis eo quod
exiliat ignis ab eo dictus ſcopulus a ſaxo emi
nenti quaſi ab ſpeculādo dict9 ſiue a tegimē
to nauium apoto . Lapis vł petra multiplicē
ſignificacōes habet. Aliquādo enī ſignificat
criſtum propter firmitatem fidei atq; ſolidi
tatem veritatis vt eſt illud in pſalmo. lapidē
quem reprobauerūt edificantes . hic factus
eſt ī capud anguli a dn̄o factum eſt & eſt mi
rabile in oculis noſtris & apl̄s bibebāt īquit
de ſpirituali ɔſequenti eos petra: petra autē
erat xp̄s. Aliquādo vero lapidis nomine ſig
nificātur apl̄i aut ſancti uiri: ſiue ipſa opera
virtutū: vnde ſcriptum eſt in apocalipſi fun-
damenta muri ciuitatis omnia lapide precio
ſo ornata. & ī pſalmo de ſanctis ſcriptum eſt
beneplacitū habuerūt ſerui tui lapides ei9 &
terre eius miſerebūtur: & alibi lapides inq̄t
ſancti voluunt̄ ſuper terram . Itē lapides ali-
quādo ſignificāt ordinem ꝑpoſitoꝝ in eccl̄ia
de quibus iheremias diſperſi ſūt inquit lapi
des ſanctuarii ī capite omnium plateарū idē
in latorum ſpacioſarumque uiarū que ducūt
ad perdicōem. Aliquādo ppl̄m iudeorum de
quib9 ī propheta dicit̄. tollite lapides de via
& redigite ī aceruos : ſimiliter autē lapides
ſignificāt duriciam cordis gentilium de qui
bus dn̄s ait . Potens ē deus de lapidibus iſtis
ſuſcitare filios abrahe: ſignificat autē & pe-
troſa terra ſterilitatem cordium reproborū
vnde ī euāgelio ſcriptum eſt quod ſemē illd̄
quod ī terram petroſam cecidit radicem non
haberet: quia reꝓboꝝ corda oportunū fruc-
tum afferre non poſſunt: eo quod ad tempus
credūt & ī tempore tēptacōis a ſtatu iuſticie
recedūt. Item de duricia diaboli in libro iob
ſcriptum eſt . cor eius indurabitur tanquam
lapis quia nulla vnquam conuerſionis penitē
cia mollitur . Gypſus cognatus calci eſt & ē
grecum nomen . plura eius genera : omnium
aūt optimum de lapide ſpeculari . Calx uiua
dicta quia dum ſit tractu frigida intus occul
tum continet ignem . natura eius mirū aliq̄d
facit: poſtquam enī arſerit aquis incenditur
quib9 ſolet ignis extingui oleo extinguitur
quo ſolet ignis incēdi vſus ei9 ſtructuris fa
brice neceſſarius . Nam lapis lapidi non poſt̄
adherere forci9 niſi ad calce coniūctus. calx
e lapide albo & duro melior: quod ſignifica-
re poteſt glutinum caritatis quo copulātur
inuicem electi pertinētes ad ſpūtale edificiū
dei quia cādore virtutum nitēt . & pulchri-
tudinem bonorum operū ī ſe oſtendūt . Are
na ab ariditate dicta non ab adherendo ī fa
bricis vt quidam volūt Huius probacō eſt ſi
manu impreſſa ſtridet aut ſi ī veſtē candidā
ſparſa nihil ſordis relinquat. Arena aūt myſ
tice ſignificat īſtabilitatem hominum terre
norum vł īfertilitatem iudaici ppl̄i qui ter
renis cōcupiſcentiis īhiantes ſpūtales fruc
tus gignere neglexerūt: de quibus ſcriptum
eſt: dinumerabo eos & ſuper arenam multi-
plicabūtur. & ī euāgelio legitur viꝝ ſapiētē

edificare domū ſuam ſuper petram: ſtultum
vero ſuper arenā ponere fundamētum quod
apl's paulus architectus poſuit. vnus eſt dn̄s
noſter ihesus xp̄s. ſuper hoc fundamentum
ſtabile & firmum & per ſe robuſta mole fun
datum edificatur criſti eccl'ia: ſuper arenam
vero que fluida ē & coaugmētari non poteſt
nec ī vnam copulā redegi omnis hereticorū
ſermo eſt qui ad hoc edificat̄ vt corruat.

## De lapidibus inſigniorib⁹.

Magnes lapis indicus ab inuentore vo
catus. Fuit aūt ī india primū reptus
grauis crepedarum baculiq; cuſpide
herens cum armēta idē magnes paſceret. po
ſtea paſſim inuentus. eſt autem colore ferru
gineus ſed probatur cum ferro adiunctus.
eius fecerit raptum: nam adeo apprehendit
ferrum vt catenā faciat anulorum. vnde &
eum vulgus ferrū viuū appellat. Galates la
pis primum inuentus eſt ī ſicilia galatis flu
minis fluore reiectus. vnde & nominat̄ licet
in brittānia ſie plurimus. eſt aūt niger. plan⁹
leuis. ſed ardens igni admotus fictilia ex eo
ſcripta non deleñt: incenſus ſerpentis fugat
demoniacos prodit virginitatem deprehēdit
mirūq; ī modum accēditur aqua oleo exting
uitur. Abeſtō archadie lapis ferri coloris ab
igne nomen ſortitus eo quod accenſus ſemel
nūquā extinguat̄: de quo lapide mechana cū
aliquid ars humana molita eſt quo gentiles
capti ſacrilegio mirarentur: deniq; ī templo
quodam fuiſſe feneris fanū ibiq; cādelabrū
& ī eo lucernam ſub diuo ſic ardentem vt eā
nulla tempeſtas: nullus imber extingueret.
Selinitis qui latine lunaris interp̄tat̄: eo qd̄
interiorem eius cādorem cum luna creſcere
atq; deficere aiunt. gignit̄ in perſide.

## De marmoribus.

Marmor ſermone greco a viriditate
vocatus. & quāuis poſtea & alii colo
res inueniātur: nomē tātum priſtinū
a viriditate retinuerūt. Marmorum coloris
& genera innumerabilia ſūt. non tamem oīa
e rupib⁹ excidūtur. ſed multa ſub terra ſpar
ſa ſūt & precioſiſſini generis ſicut lacedemo
niū viridiorē cūctis repertū prius apud lace
demonios. vñ & vocabulū traxit: Parius cā
doris eximii ligdinis cognomēto. Hic apud
paron inſulam naſcitur: vnde & parius nun
cupatur: magnitudo eius qua lances non cra
teraſq; non excedat vnguentis & ipſe aptus
Parius enī marmor caloris cādidi eſt. & ſig
nificat mūdiciā electoꝝ. Vnde ī templo ſalo
monis ex ipo lapide legitur parietes templi
edificatos eſſe. q̄ ſignificat ex munda ſancto
rū uita & cōuerſacōe probatis ſimaſanctam
eccl'iam edificatā eſſe. Alabaſtrū lapis cādi
dus inter diſtinctus variis coloribus: ex quo
euāgelici illius vnguēti vaſculū fuit. Cauāt
enī hūc ad vaſa vnguentaria quoniā optime
ſeruare ea incorrupta dicit̄. naſcit̄ circa the
baſ egyptias & damaſcum ſirie. ceteris cādi
dior: probatiſſimus vero ī india. Alabaſtrum
myſtice poteſt ſignificare ſanctam ſcripturā
que cōtinet vnguentū precioſū hoc eſt ſcien
ciam ſpiritalē que odore ſuo totū mundū re
plet. Vnde legitur ī euāgelio mulier habens
alabaſtrū vnguēti precioſi effudiſſe ipſū vng
uentū ſuper capud ihesu recūbētis. quod ſig
nificat eccl'iam diuinitatē criſti predicare ī
toto mundo. Vnxit & ipſa mulier pedes dn̄i
ex eodem vnguēto. quia illa eius naturā qua
terrā cōtingere hoc eſt inter homines cōuer
ſari dignatus eſt pia predicacōe cōmedat ac
deuotis veneratur obſequiis.

## De ebore.

Ebur a varro id eſt elefanto dictum:
oratius. Quid tibi vis mulier nigris
digniſſima barris? ſignificat autem
ebur pudicicie cōtinentiam. vnde ſcriptū eſt
in pſalmo de eccl'ia: myrra & gūtta & caſia a
veſtimentis tuis a domibus eburneis & cete
ra. Dixit enī p̄pheta vnde veniat ſponſe glo
rioſiſſima pulchritudo que ad dn̄i dextrā lo
cata conſiſtit id eſt a domibus eburneis. qd̄
ſignificat ornamēta palacioꝝq; copioſo ebore
veſtiunt̄. ſed ebar non ad ſolas diuicias ītel
ligamus aptatum: ſed quoniā elephās cuius
hec oſſa ſūt nimie caſtitatis aſſerit̄. qui inter
quadrupedia & ſenſu plurimū valet & tēpe
ranter miſcet̄ femine ſue. & cōiuge ſecunda
non vtitur. hoc pudicis feminis decent apta
tum eſt: quia ille in domibus eburneis man
ſiſſe noſcātur que per caſtitatem xp̄i domini
precepta ſecute ſūt. Hanc enim translacōem
probauerūt doctiſſimi patres auguſtin⁹ atq;
iheronimus.

## De gemmis.

Poſt marmorū genera gemme ſecun
tur que multum auri decorem tribu
unt venuſtate colorū. Genera gem
maꝝ īnumerabilia eſſe tradūtur e quib⁹ nos
ea tantū que principalia ſunt ſiue notiſſima
annotabim⁹. Gemme vocate quod inſtar gu
mi translucenat: precioſi lapides ideo dicti
ſūt quia care valēt ſiue vt a uilib⁹ diſcerni
poſſunt ſeu quod rari ſint: omne enī quod ra
rum ē magnum & precioſū vocatur. ſicut &
in ſamuelis volumine legitur. & ſermo dn̄i
precioſus erat ī iſrl' hoc eſt rarus. Lapides
precioſi intelliguntur ſancti apoſtoli & om
nes ſancti de quib⁹ ī apocalipſi ciuitas regis

magni conſtituitur. Item in ezechiele legunt̃
nouem nomina lapidum precioſoꝝ. ĩ quibus
nouẽ ordines angeloꝝ exprimuntur. Vnd ꝑ
ꝓphetam contra diabolũ dicitur. Omnis la-
pis precioſus operimentum tuum. ſarduis.
topazius. iaſpis. chriſolitus. onix. berillus.
ſaphirus carbunculus. & ſmaragdus. Et pꝰ
pauca ĩ medio lapidum ignitorũ. ambulaſti
perfectus decore a die cõdicõis tue. Precio
ſiſſimi aũt lapides ĩ exodo numerãtur. hoc ẽ
in racionabili põtificis poſiti & ĩ apocalipſi ĩ
conſtructione ſpiritalis ciuitatis. Nã ĩ exo-
do ita ſcriptũ eſt ĩ primo verſu. erit lapis ſa-
ridius. topaſius & ſmaragdus. In ſecũdo car
bunculus. ſaphyrus & iaſpis. In tercõ lygu-
rius achates. & amecbiſtus. In quarto chriſo
litus. onix & berillus. In apocalipſi quoque
ita legitur. Fundamẽtum muri ciuitatis om
ni lapide precioſo ornata. Fundamentũ ꝑmũ
iaſpis. ſecũdus ſaphirus. tercius calcedonius
Quartus ſmaragdus. Quintus onix Sextus
ſardonius. Septimus chriſolitus. Octauus
berillus. Nonus tophaſius. Decimus chriſo
praſſus. Vndecimus iacinctus. Duodecimꝰ
amethiſtus. Et duodecim porte duodecim
margatite ſũt ꝑ ſingula & ſingule porte erãt
ex ſingulis margaritis. Varioꝝ nominibꝫ
lapidũ vl̃ ſpecies virtutũ vel odor vl̃ diuerſi
tas indicatur. quibus tota iheruſalẽ celeſtis
exſtruitur. Difficile eſt enĩ ſingulos cũctis
florere virtutibus. Deniqꝫ eſaias cũ eiuſdem
ornatũ deſcriberet ciuitatis dicẽs. ecce ego
ſternã per ordinem lapides tuos & fundabo
te inſaphiris & reliqua. ſtatim ſubiecit. Vni
uerſos filios tuos doctos a dño. Fundamẽtũ
inquit primũ iaſpis. Iaſpidum multa ſũt ge-
nera. Alius enĩ viridis coloris & tinctus q̃ſi
floribus apparet. Alius ſmaragdi habens ſi-
militudinẽ ſed craſſi coloris quo omnia fan-
taſmata fugari autumãt. Alius niuei & ſpu
me marmorũ fluctuũ quaſi mixto cruore ob
rutulũs. Per iaſpidem ergo fidei uiror ĩmar
ceſcribilis indicatur. que dominice paſſionis
ſacramẽto per vndã baptiſmatis inbuit̃ atqꝫ
ad omnes ſpiritalium graciarũ flores profi-
cientibus meritis inſtruit̃. Hanc enĩ qui ha-
burit vanos timores fugat. monẽte beato pe
tro aplo. Aduerſarius veſter diabolus tanqꝫ
leo rugiens circuit querẽs quẽ deuoret. cui
reſiſtite fortes ĩ fide. & poteſt cũ ſponſa di-
cere dilectus meus cãdidus. & rubicundus.
Vñ merito ex hoc lapide inapocalipſi ſtuctu
tura muri & apud eſaiã ꝓpugnacula eiuſdẽ
ciuitatis munitur pariter & ornãtur. Duo
aũt lapides id ẽ iaſpis & ſardius duoꝝ iudici
orum dei primum per aquã diluuii: ſecundũ

per ignem figurã habere dicũtur. Vnde le-
gitur ĩ apocalapſi qui ſedebat ſuper thronũ
ſimil̃ erat lapidi iaſpidi & ſardini. Itẽ iaſpis
teſtimonia ſcripruraꝝ ſignificat. vt eſt illud
in eſaia. Iaſpidepropugnacula tua. Secũdus
ſaphirus. Huius lapidis colorem pariter
& ſacramentũ moyſes expoſuit: cum dei ha-
bitum deſcribens diceret. ſub pedibus eius
quaſi lapidis opus ſaphiri. & quaſi celum cũ
ſerenũ eſt. Ezechiel quoqꝫ dicit quod locus
in quo thronus dei ſit ſaphiri habeat ſimilitu
tudinem. & gl̃ia dñi ĩ colore conſiſtat. Qui
portat imaginẽ ſuper celeſtẽ vt qui talis eſt
cum apoſtolo poſſit dicere. Noſtra aũt ↄuer-
ſacio ĩ celis eſt: qui radiis percuſſus ſolis ful
gorem ardentẽ ex ſe emittit. q̃a celeſtibus
ſemꝑ intẽtus ſanctoꝝ animus diuini luminis
cottidie radiis innouatus. cõpunctior quodã
modo atqꝫ ardentior eterna ꝑquirit: aliuſqꝫ ĩ
querenda perſuadet. Nam quod ĩ rubro ma
ri reperiri dicit̃. ſignificat ꝑ domini paſſionẽ
& ſacri baptiſmatis lauachrũ. mẽtes morta
lium ad preſumẽda celeſtia ſublimiter erigi.
Tercius calcedoniꝰ. Calcedoniꝰ quaſi ignis
lucerne pallentis ſpecie renitet. & habet ful
gorẽ ſub diuo non ĩ domo: quo demonſtrant̃
hi qui celeſti deſiderio ſubnixi hominibꝫ tñ
latent. & quaſi ĩ abſcõdito ici uniũ elemoſinã
preceſqꝫ ſuas agũt. ſed cũ doctrine vl̃ aliis
ſanctoꝝ vſibus inſeruituti ad publicũ proce-
dere iubent̃ mox quid fulgoris intꝰ geſſerit
oſtendũt. Nam quod ſculpturis reſiſtere. ra-
diis aũt ſolis vel digitoꝝ attrita ſi excandeat
paleas ad ſe rapere dicit̃. Talibꝫ merito con-
gruit q̃ in nullo ſuam fortitudinẽ vinci ꝑmit
tentes ipſi potiꝰ fragiliores quoſqꝫ ĩ ſui lumi
nis ardoriſqꝫ iura coniungũt. De quorũ vno
dicit̃. Ille erat lucerna ardens & lucens. Ar
dens uidei amore. lucens ſermone: lumẽ enĩ
virtutũ ſuaꝝ interne caritatis oleo ne defici
at ſemper renouant. Et quod apud naſamo-
nas que eſt ethiopie pronincia naſcit̃ indicat
eos ſub ardente feruore dilectionis. fama tñ
obſcura quaſi uigrãte cute ſordere. Quartꝰ
ſmaragdus. ſmaragdꝰ nimie viriditatis eſt.
adeo vt herbas virentes frondeſqꝫ geminas
etiam ſupet omnes. inficiẽs circa ſe viridita
te repercuſſum aerẽ. Qui mero & viridi pro
ficit oleo. quãuis natura imbuat̃. Cuiꝰ gene
ra plurima. ſed nobiliores ſcytici ſecundũ lo
cum tenent bactriani. Tercium egyptii. Sig
nificat animas fide ſemꝑ virentes. que q̃ ma
magis aduerſitate ſcl̃i que figuram ſcythie.
deſignat attemptant̃ eo ampliꝰ hereditatem
in marceſcibilem & eternã conſeruatam ĩ ce
lis. & mente cõcipere ſperando & ĩ ꝓximos

ſatagũt ſpargere predicãdo. Que etiã calice
dominice paſſionis & interne pinguedine ca
ritatis que ꝑ ſpiritum ſanctũ dat̃. ad cõtemp
tum mũdi proficiũt. His eiꝰdem quoq̃ lapi
dis patria tellus pulcherrima ratione ꝯgruit
Tellus locuples ſed inhabitabilis. Nam cum
auro & gemmis affluat. Griphes tenent vni
uerſa alites ferociſſime vł potius fere volan
tes. Sũt enĩ quadrupedes. & corpore quidẽ
leonibꝫ capite vero & alis aquilis ſimillime.
Arimaſpi cũ his dimicãt qui vno oculo ĩ frõ
te media ferũtur. inſignes vt accipiant hos
lapides mira cupiditate . & feris capientibꝫ
& arimaſpis cuſtodientibus. Hanc enĩ terrã
virtutũ theſauris abũdantem audierat pſal
miſta cum dicebat . Ecce elongaui fugiens
& mãſi ĩ ſolitudine. id ẽ a mũdi illecebris ani
mos elongando ſubtraxi . In hac contrarias
ſibi beſtias offenderat cũ increpãs ait. muta
efficiant̃ labia doloſa que locuntur aduerſus
iuſtum iniquitatem ĩ ſupbia & contemptu .
In hac quoq̃ gazas deſiderabiles inuenire ſe
maĩfeſtabat cũ admiracõe delectabili ſecutꝰ
adiũgere dicẽs. Quã magna multitudo dul
cedinis tue dñe: quã abſcondiſti timentibus
te. & cetera vſq̃ ad finem pſalmi. Cont̃ huiꝰ
modi alites ſemẽ diuini verbi nobis precipẽ
anhelãtes quiq̃ ſanctorũ inuigilãt. ſimplici
per celeſte deſideriũ ĩtencõe quaſi vno oculo
admirãdi vt gemmã fidei ceterarũq̃ virtu-
tum ĩveſtigare & effodere queãt. Quo enim
quecq̃ virtꝰ celſior eſt. eo pauciores habet cul
tores grauiorẽq̃ ab ĩmundis ſpiritibꝫ ꝑſecu
cõez tollerat qui velut grippes horrendi me
ritoꝝ deiectõe terreſtres. ſed ſuperbia men
tis altitudine volucres diuicias ſpiritales nõ
ſibi ad vſũ poſſidere ſꝫ hoĩbꝫ auferre ĩdifeſſo
labore decertant Et qa tãta fidei ſublimitas
per euangeliũ mũdo innotuit. apte propter
quatuor euãgelii libros quarto loco ſmarag
dus ponit̃. Quintꝰ ſardonix. Hic exonice cã
dorem. ex ſardio rubrorẽ trahens: ab vtraq̃
ſardonici nomen accepit ſunt enim eius ge-
nera plurima. Alius enim terre rubre ſimi-
litudinem tenet . Alius quaſi per humanam
vnguẽ ſanguis eniteat bicolor apparet. Aliꝰ
tribus coloribus ſubterius nigro medio can
dido ſuperius niueo cõſiſtit. Cui cõparãtur
homines corpis paſſioni rubicũdi. ſpiritꝰ pu
ritate cãdidi . ſed mentis ſibimet humilitate
diſpecti cũ apoſtolo ꝓteſtãtes . & ſi exterior
homo noſter corrũpitur. ſed tamen interior
renouatur de die ĩ diẽ. & iterũ . Nihil mihi
conſtiꝰ ſũ. ſed non ĩ hoc iuſtificatus ſũ. Iteq̃
pſalmiſta. Quãquam ĩ imagine dei homo am
bulet. id ẽ de virtute mentis: tamẽ vane cõ
turbabit̃. id ẽ de infirmitate carnis. Que q̃ni
am paſſio ĩ corpis infirmitate verſat̃: qui enĩ
occidũt corpus animã aũt nõ poſſunt occidẽ
& humilitas de eiuſdem corporis fragilitate
deſcendit cũ dicit̃. infelix ego homo quis me
liberabit de corpore mortis huiꝰ. Recte ſar
donix quinto fundamẽto inſerit̃. Nam corpꝰ
noſtrũ quinq̃ ſenſibus ſubſiſtere certum eſt.
Sextus ſardius qui ex integro ſanguinei co-
loris eſt. martirũ gloriam ſignificat: de qua
dicitur. Precioſa ĩ conſpectu dñi mors ſanct
orum eius : merito ſexto loco poſitus cũ dñs
noſter & ſexta etate ſeculi incarnatus. & ſex
ta feria ſit pro totius mũdi ſalute crucifixꝰ
Septimus criſolitꝰ. Criſolitus lapis quaſi au
rum fulget. ſcintillas habens ardentes. Cuiꝰ
ſpecie figurant̃ hi q̃ intellectu ſupne vereq̃
ſapientie fulgentes verba exhortacõis ĩ ꝓx
imos vł etiã virtutũ ſigna quaſi ſcintillas ig
nis effundũt. Quoꝝ & arator ait. Mentibꝫ
inſtat amor. ſermonibus eſtuat ardor. Quod
quia ſolo ſpiritalis gracie munere geritur de
centiſſime ſeptimo fundamento cryſolitus ĩ
ſeptiformi enĩ ſepe numero ſolet ſpiritꝰ ſanc
ti gr̃a figurari. De quo ſupra dicit̃. & a ſep
tem ſpiritibus qui ĩ conſpectu throni eius
ſũt. Cui ſenſui conſonat etiam hoc quod eiꝰ
dem lapidis genꝰ quoddã cerulei viridãtiſq̃
coloris inuenit̃. Vnde & apud hebreos a ma
rini coloris ſimilitudine tharſis appellatur .
Viror quippe ad ĩtegritatẽ fidei quo iniciũ
ſapientie dicit̃. aqua vero tropice ad ſpiritũ
ſanctum pertinet dño anteſtãte qui ait. Qui
credit ĩ me flumina de vẽtre eiꝰ fluẽt aque
viue. Hoc aũt dicebat de ſpiritu quẽ accep-
turi erãt credentes ĩ eum. Octauꝰ berillus .
Berillus eſt quaſi conſideres aquam ſolis ful
gore percuſſam rubicundũ ac decorũ reddi
dere colorem. ſed nõ fulget niſi ĩ ſex angulã
formam poliendo figuret̃. Repercuſſu enim
anguloꝝ ſplẽdor illius acuit̃. Significat aũt
homines quidẽ ĩgenio ſagaces. ſꝫ amplius ſu-
perne gracie lumine refulgẽtes. Nam quod
aqua ſenſus altitudinem deſignet. ſalomõ te-
ſtis eſt qui ait. Aqua profunda verba ex ore
uiri. ſed non eſt perfecti fulgoris vł humana
vel etiam diuina ſapientia niſi operum quoq̃
conſũmacõe ſubuertatur. Nam ſenario ſepe
numero perfectõ deſignatur actionis. maxi-
me cum ĩ hoc numero mundi huius ſit opus
conſũmatum. Quodq̃ tenentis manũ adure
re dicitur proculdubio patet quia quiſquis
ſanctꝫ viro coniungitur eius nimirum bone
conuerſacõis igne recreatur. Nonus topaziꝰ
Topazius lapis quantũ inuencõe rarus: tan
tum mercium quantitate precioſus eſt . qui

duos ferẽ habere colores vnũ auri puriſſimi
& alterum etherea claritate relucentẽ ping
uedo roſea verecũdaq; puritas vicinꝰ lapidi
criſopraſſo magnitudine vl' colore qa maxi-
me lapat. cum ſolis ſplendore percutiẽ omni
um gēmarum ſupans precioſiſſimas clarita-
tes. ĩ aſpectum ſuũ ſingulariẽ prouocās ocu
lorum cupidiſſimā voluptatẽ. Quem ſi poli-
re velis obſcuras. ſi nature proprie relinquas
irradiat. Hic regibꝰ ipſis ferẽ eſſe mirabilis
vt iter diuicias ſuas nihil ſe ſimile poſſidere
cognoſcant. Cuiꝰ pulcherrima nature quali
tas cōtemplatiue vite decori digniſſime cō
paratur. Hanc enĩ reges ſancti quoꝝ cor eſt
in manu dei cũctis bonorum operũ diuiciis
vniuerſiſq; virtutũ gemmis merito ꝑferũt
in eā maxime pure ſue mẽtis intuitũ aereq;
dirigentes tāto ardẽcius celeſtis vite dulce
dinem animo cōplectentes. quanto frequen
cius ſuperne gr̃e fuerũt ſplendore percuſſi.
Habent ergo ſancti viri aureũ colorẽ ex flā-
mina inẽni caritatis habẽt etheriũ ex ſupne
contēplacione dulcedinis. qui ſepe preſentis
ſeculi turbine velut attritus vileſcit. Nō enĩ
facile poteſt animus vno eodemq; momento
terrenis laboribus erumnis curiſq; & dolori
bus agi. & illa celeſtis vite gaudia trāquille
mentis ſtatu delectatus intueri. Quin potiꝰ
ingemeſcendo proclamat. Turbatꝰ ẽ ingẽs
pre ira oculus meus inueteraui inter omnes
inimicos meos. Quod vero ĩ inſula thebaide
que copazion appellatur( vnde & ipſe nomẽ
accepit) inueniri dicit. dupliciter intelligen
dum eſt. quia & ille precipue id eſt egycioꝝ
regiones monachorũ gregibus habundẽt &
quicũq; ſol iuſticie vicinꝰ habitauerit. ethe
rei nimiꝝ luminis fulgore coronet. & pulch
re ſicut in octauo ordine actiue vite ꝑfectio
ſic ĩ nono ſpeculatiue ſuauitatis gemma po-
nitur: ſiue quia nouem ordines angelorũ qrũ
vitam imitatur ĩ ſcriptura ſancta reperiantẽ
ſiue quia a ꝑfecte beatitudinis denario vno
tātũ vt ita dicā gradu mortis abeſt. cui ſũ-
mo deſiderio propheta ſuſpirās aiebat. Ideo
dilexi mandata tua ſuper aurũ & topazion
id eſt ſuper omnem probate actionis clari-
tatem ſuperq; omnem que in hoc ſeculo fieri
poteſt contemplatiui gaudii ſublimitatem
dulciſſimo mandatoꝝ tuorũ delectabar amo
re. quorum primũ & maximum eſt. diligẽs
dñm deum tuum. ex toto corde. tota anima.
tota virtute. Quod nō niſi ĩ illo celeſtis reg
ni culmine. ad integrũ perfici poſſe certiſſi-
mum eſt. Decimus criſopraſſus. Criſopraſ-
ſus eſt viridis aureeq; mixture quidā etiam
purpureum iubar trahens aureis interueni

entibus guttis: naſcitur aũt ĩ india. Qui ſig
nificat eos qui viriditatẽ eterne patrie ꝑfec
te caritatis fulgore promerẽtes eam etiam
ceteris purpurea martirii ſui luce patefaci-
unt. Qui quoniam in eo quod preſentem vi-
tam deſpiciunt eternam gloriam preferunt
domini in carne apparentis exempla. ſecunẽ
iam velud ĩ india. i. prope ſolis ortum meri
torum ſuorũ. fulgur oſtendũt. & qui velud
ſol ĩ regno patris fulgere regiq; ſuo cui nũc
cōpatiuntur. tunc conregnare deſiderantes
expectant. iure ĩ decimo loco ſũt poſiti. Per
denarium enĩ quo dominice vinee cultores
remunerātur. eterni regis ꝑcipienda imago
figuratur. vbi quod in nono gradu non pote
rat. perfecta dilectione dei & proximi ꝑ om
nia decalogis implebiẽ. Vndecimus iacinctus
Iacinctus ĩ ethiopia repperitur ceruleũ colo
rem habẽs. optimus qui nec rarus eſt nec dẽ
ſitate obtunſus. ſed ex vtroq; temperamẽto
lucet & purificatum ſuauiter florem trahit
hic aũt nō rutilat equaliter: ſed cũ celi facie
mutatur. ſereno aũt perſpicuus atq; gratus
eſt. nubilo coram oculis euaneſcit atq; mar-
ceſcit. Indicat aũt animas celeſti ſemꝑ intẽ
cioni deditas atq; angelice quodāmodo quā
tum mortalibus fas eſt conuerſacōni propin
quantes: quibus omni cuſtodia virtus diſcre
cionis ſeruare precipitur. ne vel omnia ſenſꝰ
ſubtilitate callẽtes alciora ſe querere & for
ciora ſe ſcrutari audeant. Gloria enĩ domini
celare verbum id eſt caute de deo vel homi-
ne xp̃i philoſophari: vel rurſũ deſidia torpẽ
te ad ĩ firma fidei inicia atq; elementa exor
dii ſermonũ dei relabantur. Quin potius via
regia gradientes a dextris & a ſiniſtris per
arma iuſticie procurati ꝓcedant. aptaq; tem
poris obſeruancia cum celo faciem mutātes
ſuis in ſpectoribus dicant. Siue enim mente
excedimus deo. ſiue ſobrii ſumꝰ vobis. Quaſi
enim iacinctus nubulo circũdatus loquitur
& ne anguſtiamini ĩ nob̃. anguſtiamini autẽ
in viſceribus veſtris & iterum. Nihil enim
indicaui me ſcire ĩter vos niſi iheſũ criſtum
& hunc crucifixum & quaſi in ſerena luce vi
ſus ait. Sapienciam autem loquimur inter ꝑ
fectos. Duodecimꝰ amethiſtus. Amethiſtꝰ Amethiſtꝰ
purpureus eſt permixto violatico colore &
quaſi roſe nitore quaſdāq; leuiter flāmulas
fundẽs. Sꝫ & qdā illiꝰ nō ex toto ĩ purpura
igneus ſed quaſi vinum rubens apparet. pur
pureus ergo decor celeſtis regni habitum.
roſeus vero atq; violatius humilem ſanctorũ
verecundiā precioſamq; mortem deſignat.
quorum fidei. mens principaliter ĩ ſummis
erigitur. etiam cũ extremis perpeti abiecta

cernuntur. dominici ſemp inter aduerſa me
mor promiſſi. Nolite timere puſillꝰ grex qa
complacuit patri veſtro dare vobis regnum
quiq; flammam caritatis non ad ſe tantum
inuicem. ſed ad ipſos etiā perſecutores ſpar
gentes poſitis genibus implorant. Domine
ne ſtatuas illis hoc peccatum: atq; inter cali
cem paſſionis bibendum illius potius vini ꝙ
letificat cor hominis iugi recordacōne debri
antur. quod dominus ſe nouum cum diſcipu
lis ſuis ī regno patris bibiturum eſſe promi
ſit. Sicq; fit vt ī iaſpide fidei viriditas: ī ſa-
phiro ſpei celeſtis altitudo: ī calcedone fla-
mma caritatis interne figuretur. In ſmarag
do autem eiuſdem fidei fortis īter aduerſa
conuerſio. In ſardonice ſanctorum īter virtu
tes humilitas. In ſardis reuerendus marti-
rum cruor exprimiẗ. In criſolito vero ſpiri-
talis īter miracula predicacō. In berillo pre
dicācium perfecta operacō. In topazio corū
dem ardens cōtemplacō monſtratur. Porro
in criſopraſſo beatorum martirum opus pari
ter & premium. In iacincto doctorū celeſtis
ad alta ſubleuacō & propter īfirmos humi-
lis ad humana deſcēſio. In amethiſto celeſtis
ſemper regni ī humiliū animo memoria de
ſignetur. Onix appellata quod habeat ī ſe ꝑ
mixtum candorem ī ſimilitudinem vnguis
humane. grece enī vnguē onice dicunt. hanc
india vel arabia gignunt. Diſtant autē īuicē
nam india igniculos haber albis cingentibus
zonis. Arabica autem nigra eſt cum cādidis
zonis: genera eius quinq;. Legitur ī exodo
quod domino iubente moyſes faceret aaron
fratri ſuo ſuper humerale ex auro iacintho
& purpura coccoq; biſtincto & biſſo retorco
duoſq; lapides onichinos ſculpens nominibus
filiorum iſrahel. īſeret ipſos ſuper humerali
incluſos auro atq; circūdatos. Cuius ſignifi
cacio miſtica ī promptu eſt: lapides quippe
precioſa opera ſūt virtutum ſpiritalium: ha
betq; ſacerdos in humeris lapides precioſos
& ī eis nomina patrum īſcripta. cum & ipſe
claritate bonorum operum cunctis ad miran
dus extiterit & eandem claritatem non a ſe
nouiter inuentam: ſed antiqua ſibi patrum
auctoritatem traditam eſſe docuerit. Dupli
ci autem racione hec ī humeris portat: vt &
ipſe preceptis dominicis humiliter ſubditus
incedat & auditoribus ſuis ſemper celeſtia
ſiue ſua ſiue patrum exempla que ſequantur
proponat. Carbunculus dictus quod ſit igni
tus vt carbo cuius fulgor nec nocte vincitur
lucet enim ī tenebris adeo vt flāmas ad ocu
los iuberet. genera eiꝰ duodecī ſūt Sȝ ꝑſtāci
ores ſūt qui videnẗ fulgere & velud ignem
fundere. Hic enī lapis poteſt ſignificare ver
bū dei qđ ꝑ apoſtolicū ordinē & ꝑdicatores
euangelii īluceſcit nobiſ ī obſcuro huiꝰ mūdi
& effugat noctis tenebras & caliginē pecca
toꝝ. vnde ſcriptum eſt. Lux intenebris lucet
& tenebre eam non comprehenderūt. Ligu
rius vocatus ꝙ fiat exurina lincis beſtie tē
pore indurata: ē autem ſicut eſucinum fulua
adtrahens ſpiritu folia propinquancia. Hec
gēma quia de rubris gemmis eſt poteſt mar
tirum paſſionem ſignificare qui quos ſpiritu
diuino incitati folia verborū adtrahunt. per
ea perſecutores ſuos orando ſiue predicādo
ſibi conciliant. & ad vnitatem fidei ꝑducunt
Achates nanq; lapis de nigris gemmis vna
eſt reperta primū inſicilia iuxta flumen eiuſ
dem nominis. poſtea plurimis in terris: ē au
tem nigra habens in medio circulos nigros.
& albos iunctos & variatos. ſimiẗ ematbiti
ſi creditur tēpeſtates auertit flumina ſiſtit
Hic etiam illos ſignificare poteſt qui ꝓpter
celeſtis vite deſiderium deſpectū mundi ha-
bent & coronam vite expectant eterne. Co-
rallius gignitur ī mari. forma ramoſꝰ colore
viridis & maxime rubēs vie eiꝰ candide ſub
aqua. & mollis detractꝰ confeſtim durātur
& rubeſcunt. tractaq; protinus lapideſcunt
Itaq; occupari euelliq; retibus ſolet aut acri
ferramento precidi qua de cauſa corallꝰ vo
catus. Quantum apud nos margaritum īdi
cum precioſum eſt, tantū apud indos coralli
um. Hūc magis fluminibꝰ reſiſtere affirmāt
ſi creditur. Hic ergo lapis eorum figurā me
rito exprimit qui de maris fluctibus hoc eſt
de mollicia ſecularis cōuerſacionis abſtracti
per robur continencie dureſcunt. & ſolidita
tem recte fidei ac bonorū operum decorem
in ſe oſtendunt. ita vt ſanctiſſimis viris meri
to inde cōplacare poſſunt. Alabandina dicta
ab alabanda aſie regione purpure aſpectu ſi
milis. Iſte ī oriente igne liquatur atq; ī vſū
uitri funditur. Cuius color prope ad calce-
doniū ſimilatur. ſed magis rubeus ē: & ſang
uinem martirū ꝑ figuram oſtendit.

## De margaritis. C viii.

Margarita prima candidarū gemma
rum quam inde margaritā aiunt vo
catam quod ī conculis maris hoc ge
nus lapidū īueniaẗ. In eſt enim ī carne coclee
calculus natus ſicut ī cerebro piſcis lapillus
gignitur autem de celeſti rore quem certo
anni tēpore coclee hauriunt. ex quibus mar
garitis quidam vniones vocantur. Aptū no
men habentes quod tantum vnus nunquam
duo vel plures ſimul reperiantur. Meliores
autem cādide margarite quāque flaueſcūt

Illas enim iuuentus aut matutini roris con-
cepcio reddit candidas. Illas ſenectꝰ vel veſ
pertinus aer gignit obſcuras. Margaritū
miſtice ſignificat euāgelicam doctrinā ſiue
ſpem regni celoꝝ vel caritatem & dulcedinē
celeſtis vite. Vnde legiē in euangelica para
bola de homine querenti bonas margaritas
quod inuenta vna ꝑcioſa margarita abierit
& vēdiderit omnia que habuerat & emerit
agrum illū: quia qui celeſtis vite dulcedinē ī
quantum poſſilitas admittit perfecte cogno
uerit ea que ī terris amauerat libenter cūc-
ta derelinquit. In comparacōe eius vileſcūt
omnia. deſerit habita. congregata diſpergit
Inardeſcit ī celeſtibus animus. nil ī terrenis
libet. deforme deſpicitur quicquid de terre
na placebat ſpecie quia ſola precioſa caritas
fulget ī mente.

De criſtallis. Cviiii.

Criſtallus reſplendens & aquoſus co
lore. traditur ꝙ nix ſit glacie durata
per annos vnde & nomen ei greci de
derūt. Gignitur autem ī aſia & cipro. maxi-
me ī ſeptentrionū alpibus vbi nec eſtate ſol
feruentiſſimus inuenitur: ideoqꝫ ipſa diutur
na & annoſa duricia reddit hāc ſpeciē que
criſtallus dicitur. hic oppoſitus radiis ſolis a
deo rapit flammā vt aridis ſpungiis vel fo-
liis ignem prebeat. vſus eius etiā ad pocula
deſtinatur. nihil autem aliud quam frigidū
pati poteſt. Criſtallus aliquando ſignificat
baptiſmi ſacramentū. aliquando firmitatem
ſanctorum angeloꝝ: aliquando etiā īcarnaci
onem dominicam. Baptiſmum enī ſignificat
in illo quod ī apocalipſi ſcriptum eſt. In con
ſpectu ſedis tanquam mare uitreum ſimile
criſtallo. Propter fidē veritatis baptiſma re
fertur ad uitrū ī quo non aliud videtur exte
rius quam ꝙ geſtat īterius. Criſtallū quoqꝫ
quod de aqua ī glaciem & lapidē precioſum
efficitur. baptiſmi gracia figuratur. Quod
autem criſtallus ſignificet ſoliditatem ange
lorum vł īcarnacionē dominicam ī illo teſti
monio ezechielis ꝓphete probatur quo ait.
Et ſimilitudo ſuper capita animalium firma
menti quaſi aſpectus criſtalli horribilis & ex
tenti ſuper capita eoꝝ deſuper. Poſſunt enī
firmamenti nomine celeſtes poteſtates intel
ligi. Quod firmamētum recte quaſi aſpectꝰ
diciē criſtalli: quia viꝫ criſtallum forte qui
dem nimis eſt. ſed ex aqua ſolidatum: & na-
tura angelica quando creata liberum arbitri
um accepit: vt vtrum vellet in humilitate ꝑ
ſiſtere. & in omnipotētis dei aſpectu perma
nere. an ad ſuperbiam laberetur & a beati-
tudine caderet per ſimilitudinem aqua fuit

Sed quia cadentibus aliis angeli ſancti ī ſua
beatitudine perſtiterūt. atqꝫ hoc acceperūt
in munere vt iā cadere omnino non poſſunt
In eis natura ſua quia iam duci mutabiliter
non poteſt quaſi ad imaginem criſtalli dura
ta eſt. Item humana natura priuſquā a crea-
tore omnium ſuſciperetur terra erat. Nam
firmamentum nō erat. peccāti quippe homi
ni dictum eſt terra es & in terram ibis. At
poſtquam aſſumpta eſt ab auctore omnium
atqꝫ ī celis ſubleuata & ſuper angelos ducta:
firmamentum facta eſt que terra fuit. Sed
firmamētum ꝙ aſpicitur cuius habebat ſimi
litudinem ſubinfertur cum diciē: quaſi aſpec
tus criſtalli horribilis. Criſtallū ſicut dictū
eſt ex aqua congelaſcit & robuſtum fit. Sci
mus ergo quanta ſit aque mobilitas. Corpꝰ
autem redemptoris noſtri quia vſqꝫ ad mor-
tem paſſioni ſubiacuit. aque ſimile iuxta ali
quid fuit: quia naſcēdo creſcēdo laſceſcendo
& eſuriendo. ſiciendo. moriendo. vſqꝫ ad paſ
ſionem ꝑ momenta temporum mutabiliter
decurrit. Aqua ergo ī criſtallū vēſa eſt: quā
do corrupcōis eius infirmitas per reſurrec-
cionem ſuam ad incorrupcionis firmitatem
ē īmutata. Adamans indicus lapis paruus
& indecorus ferrugineum habens colorē. &
ſplendorem criſtalli. Nunquam autem vltra
magnitudinem nuclei auellani reptus. Hic
nulli cedet materie. nec ferro quidē nec igni
nec vnquam incaleſcit. Vnde & nomen inter
pretacione greca indomita uis accepit. Sed
dum ſit inuictus ferri igniſqꝫ cōtemptor hir
cino rumpitur ſanguine recēti & calido ma
ceratur ſicqꝫ multis ictibus ferri ꝑ frāgitur
Cuius fragmenta ſculptores pro gemmis ī
ſigniendis perforandiſqꝫ vtuntur. Hic autē
diſſidet cum magnete lapide ī tātum vt iux
ta poſitus ferrum non paciaē abſtrahi a mag
nete: aut ſi admotus magnes comprehende
rit rapit atqꝫ aufert. fertur quoqꝫ ī electri ſi
militudine venena deprehendere: metus va
nos expellere: maleficiis reſiſtere artibus. ge
nera eius ſex. Significat autem iſte lapis du
riciā cordis iudeoꝝ qđ indomabilis & ītrac
tabilis ſemper ad penitenciam erat. Vnde
ita legitur in iheremia propheta. peccatum
iude ſcriptum ē ſtilo ferreo ī vngue adamā
tino exaratum ſuper latitudinem cordis eo
rum. Peccatū autē ius indelebile atqꝫ vt ita
dicam nulla racione abolendum: ſcriptum ē
ſtilo ferreo vngue adamantino. Per ſtilū er
go ferreum fortis ſentencia. ꝑ vnguem vero
adamantinum ſignatur finis eternus. Pecca
tum vero inde ſtilo ferreo ī vngue adaman-
tino ſcriptum diciē. quia culpa iudeorum ꝑ

forte͂ dei ſentenciā ī finē ſernat̄ īfinito. qui ī
paſſione ſaluatoris dixer̄t. ſanguis eius ſup
nos & ſup filios noſtros. Aliť de iuda ꝓdito
re & cōſortib⁊ eius dictū accipi poteſt. de q̄
veritas ait. filiꝰ hoīs vadit ſic̄ ſcriptū ē de
illo: ve autē homini illi ꝑ quē tradet̄. melius
erat ei ſi natus non fuiſſet homo ille.

## De vitro. x.

Vitrum dictū quod ĩſui perſpicuitate
tranſluceat. In aliis enī metalľ quic
quid intrinſecus continet̄ abſcondit̄:
in vitro vero quilibet liquor vel ſpecies q̄lis
eſt interius talis exterius declarat̄ & quodā
modo clauſus patet cuius origo hec fuit. In
parte ſirie que pheniris vocatur finitima iu
dee circa radicem montis carmeli palus eſt.
ex qua naſcitur belus amnis quinq̧ milium
paſſuum ſpacio in mare fluens iuxta pholo‑
maidem. cuius arene decurrente fluctu a ſor
dibus eluuntur. Hinc fama ē pulſa naue mer
catorum vitri cum ſparſim ꝑ litus epulas pa
rarent nec eſſent ꝓ attollendis vaſis lapides
glebis vitri naui ſubdiderūt. quibus accēſis
permixta harena litoris tranſlucentes noui
liqueris fluxiſſe riuos & hanc fuiſſe originē
vitri. Mox vt eſt īgenioſa ſollercia non fuit
contenta ſolo vitro ſed aliis mixturis hāc ar
tem ſtuduit: leuibus enim aridiſq̧ lignis co‑
quitur abiecto cypro ac vitro continuiſque‑
fornacibus vt es liquatur maſſeq̧ fiunt. Poſ
tea ex maſſis rurſꝰ fundit̄ ī officinis & aliud
flatu figurat̄. Aliud torno teritur. aliud ar
genti modo celat̄. tinguitur etiā multis mo
dis ita vt iacinctos ſaphiroſq̧ & virides imi
tetur et onices vľ aliaꝝ gēmarū colores. neq̧
eſt alia ſpeculis aptior. Maximꝰ tamē honor
in candido vitro ꝓximaq̧ ī criſtalli ſimilitu‑
dine. Vn̄ & ad optādū argēti metalla & au
ri repulit: vitrū olī fiebat & ī itali & ꝑ galli
as & hiſpaniā harena alba molliſſima pila mo
laq̧ terebatur. Vitrū aūt q̄d baptiſmatis ſac̄
mētū ſignificet ī q̄ abluimur ab oī ſorde pec
catoꝝ & puritati reſtituimur iā ſupiꝰ dictū
ē. Vn̄ in apocalipſi ita ſcriptū ē de ſtructura
ciuitatis ſupne: ipſa vero ciuitas auꝝ mūdū
ſimiľ vitro mūdo. Eccleſia ī auro figurat̄ q̄ ī
cādelabris aureis & fiaľ ꝓpť ſapiēcie cultū
ſepe cōpta deſcribit̄ vitꝝ aūt ad fidē verā re
tulit. qa q̄d foris videt̄ hoc ē & ītꝰ. & nihil
ſimulatū ē & nō ꝑſpicuū ī ſanctis eccľie Po
teſt & ad illđ tēpus referri q̄ ſibi īuicē cogi
tacōes ī alterutrū perſpiciant̄ & declarant̄.

## De metallis. xi.

Metallū dictū grece rapatometā ꝙ na
tura eius ea ſit vt vbi vna vena appa
ruerit ibi ſpes ſit alteriꝰ ingrēdi. ſep
tē aūt ſūt genera metellorū. auꝝ. argētū. es
electꝝ. ſtagnū. blūbū. & ꝙ domat oīa ferꝝ.

## De auro. xii.

Aurum ab aura dictū id ē a ſplendore
eo quod ꝑcuſſo aere pl9 fulgeat. Vn̄
& virgilius: diſcolor inde auri per ra
mos aura refulſit. hoc eſt ſplendor auri: natu
rale enī eſt vt metelloꝝ ſplendor plus fulge
at luce alia repcuſſus. Hinc & aurarii dicti
quoꝝ fulgor ſplendidos reddit. Aurū ſplen
dorē ſapiencie vel intellectū ſpiritalem ſacra
rum ſcripturarū vel caritatis eminenciā ſig‑
nificare poteſt. vt eſt illud ī pſaľ. Aſtitit re
gina a dextris tuis ī veſtitu de aurato. Ideo
ſupra virtutes alias gracia caritatis apparu
it: quia omnia eiꝰ fulgor excellit & ſapiēcie
lumē ſplendidiſſimū ē. ꝙ maxime ī ſcriptura
rū meditacōe ꝑcipiet̄. Obrizū aurū dictum
quod obradiet ſplēdore: eſt enī coloris opti‑
mi quod hebrei ofaꝝ greci auꝝ vocāt. De au
ro autē obrizo ī iob vbi de ſapiencia diuina
ſcriptura cōmemorat ita legit̄. Nō dabit̄ au
rū obrizū ꝓ ea: quid naq̧ ꝑ aurū obrizū niſi
ſancti angeli deſignantur: q recte & aurū vo
cant̄ obrizū auꝝ qa fulgent claritate iuſticie
obrizū qa nullū habuer̄t vnq̧ cōtagiū culpe
Homines vero iuſti quādiu ī hac carne cor‑
ruptibili mortalit̄ viuunt. aurum quidē eſſe
poſſunt. obrizū eſſe omnino nō poſſunt. qa
corpꝰ quod corrūpit̄ aggrauat animā. & de
ꝑmit terrena īhabitacō ſenſū multa cogitan
tē. Nam quāuis ī hac vita ex magna iuſticie
claritate reſplēdebāt: nequaq̧ tamē ad puꝝ
peccatoꝝ ſordib⁊ carēt. Itē ī eodē libro legit̄
Si putaui auꝝ robur meū. & obrizo dixi fi
ducia mea. Quid ī hoc loco auꝝ accipimus.
niſi preclari intellectꝰ īgeniū. Quid obrizū
niſi mētē. que dū igne amoris excoq̄t ſemp ī
ſe ſeruat claritatē pulchritudinis cottidiana
īnouacōe feruoris. Neſcit enī mēs ꝑ torporē
veteraſcē q̄ ſtudet ꝑ deſideriū ſemp īchoare
Sācti aūt viri robur ſuū auꝝ n̄ de putāt: qa
quātolibet īgenio fulgeāt. nihil ſe eſſe ex ſui
is virib⁊ pēſant: & cum ſentire cūa valent po
ſint. priꝰ ītelligē ſemetipſos cupiūt: q̄tenus
lumē īgenii more ſolis priꝰ illuſtret locū ī q̄
orit̄. & poſtmodū cetera ad q̄ ꝓcedēdo dila
tat̄: ne ſi ītendēdo cognoſcēdis aliis ſemetip
ſos neſciāt. ibi ſoľ radiꝰ vbi orit̄ tenebreſcat
Itē ī auro deꝰ ītelligit̄. ſic̄ ī cāticis cāticorū
ꝓ xp̄o dr̄. Caput aūt eiꝰ aurum optimū. In
apľo. caput aūt xp̄i deꝰ. Auꝝ ſpiritaľ ē ſen‑
ſꝰ ī ſcriptura diuina vt ī pſalmo: poſteriora
dorſi eiꝰ in virore auri. Aurum ſancti de q̄ in
iob legitur. Ab aquilone aurum veniet id eſt
apľo genciū credentes in criſto & in pſalmo.

Viuet & dabitur ei de auro arabie. Aurum
ſapientia ſicut ĩ exodo ĩornamẽto ſacerdotis
hoc ipſũ priore ĩ loco habere precipit̃. Aurũ
reprobi quiq; apud dñi reiecti & apud homi
nes electi de quibus ĩ iob pro diabolo dicitur
ſternet ſibi aurũ quaſi lutum. & ĩ abacuc. eſ
ca eius electa

## De argento. C xiii.

Argentũ non longe a greca apellacõe
diſtat. hoc enĩ illi argirum vocant.
Cui mirũ ĩmodum illud dũ cãdidũ
ſit ĩpreſſum corpori lineas nigras reddit. Ar
gentũ viuũ dictũ qđ excidat materias ĩqbus
inicitur hoc & liquidũ quia percurrit. Inue-
nitur ſpecialiter ĩ metallis ſiue ĩ argentariis
fornacibus guttarum concrecione tectis in-
here9. ſepe etiã & ĩ ſtercore vetuſtiſſimo clo
acarum vl' puteoꝝ limo. Myſtice ĩ argento
eloquia diuina ſiue intellectus litterre vel hiſ
torie exprimitur. vt eſt illud ĩ prphẽta ꝯtra
hereticos. Argentũ meũ & auꝝ meum tuliſ
tis & poſuiſtis in delubris veſtris. & ĩ pſal-
mo. eloquia inquit domini eloquia caſta argẽ
tum igne examinatũ terre purgatũ ſeptuplũ
definiuit per ſimilitudinẽ metalli candidi qđ
ſint eloquia caſta argentũ terre igne exani-
matum ꝙ ſolet eſſe puriſſimũ quãdo frequẽ
ti fuerit decoctione mundatũ. examinatum
quippe vel purgatũ ꝯtra illud ponitur quod
de peccatoribus ait. Labia doloſa ĩ corde &
corde locuti ſũt & vt quam plurimum diſta
ret agnoſceret addidit. purgatum ſeptuplũ.
q numer9 da ſeptiformẽ ſpiritũ videt̃ perti
nere. i. timorem dei pietatẽ. ſcientiam forti
tudinẽ conſiliũ. intellegentiã ſapientiã. Per
que verbum diuinũ tãquam ĩ ſuccenſis forna
cibus manens veritatis rutula coruſcacione
Item argentũ oris confeſſio ſiue mũdicia caſ
titatis. In exodo. omnis qui pcipit corde of-
ferat inicia dño auꝝ & argentũ & eramẽtũ
Rurſũ argentũ popul9 iudeoꝝ ihieremia: ar-
gentũ reprobũ vocate eos quia dñs proiecit
eos. Item argentũ ſermonẽ predicacõis ſig-
nificat. Vnde ĩ exodo colũpe tabernaculi de
argentate eſſe perhibentur.

## De ere. C xiiii.

Es ab ſplẽdore eris vocatũ ſicut auꝝ
& argẽtum. Apud antiquos aũt pri
or eris quam ferri cognit9 vſus. Ere
quippe primi proſcindebãt terrã. ere certa-
mina belli gerebant. eratq; ĩ precio magis
es. Aurũ vero & argentum propter inutili-
tatem reiciebant̃. nũc verſe vice iacet es. au
rum ſũmo ceſſit honore. ſic voluenda etas cõ
mutat tẽpora rerũ. & ꝙ fuit ĩ precio fit nul
lo deniq; honori. vſus eris poſtea tranſit in

ſimulacris in vaſis. ĩ edificiorum ſtructuris
maxime. & ad ꝑpetuitatẽ monumentorum.
etiam publice ĩ eis conſtitucões ſcripte ſunt.
In ere aũt vanitas. vel ĩanitas fidei exprimi
tur. vt eſt illud ĩ apoſtolo. factus ſũ velut
es ſonãs cymbalum tynniens. Item aliã ſigni
ficacõem habet ĩ illo pſalmiſte. poſuiſti in-
quit vt arcũ ereum brachia mea. Hic ergo
propheta demonſtrat qualiter contra diabo
lum oportet dimicari brachia vero criſti pro
phete ſũt & apoſtoli. ꝑ quos deſiderum ſue
voluntatis opatus eſt His comparat ereũ ar
cum quia neſciunt ſerui dei predicando mol
leſcere. ſed ĩ celeſti fortidudine ꝑmanentes
verbis ſalutaribus emiſſis tanquam ſagittis
emin9 iaculatis deuotoꝝ hominũ corda com
pũgũt. Item es ſũt ſcripture diuine. vnde ĩ
yſaia. ꝓ ere inquit aufferam auꝝ. & ꝓ ferro
afferã argentũ. & pro lignis es. & ĩ deutro-
nomino ꝓpter terram repromiſſionis que ẽ
eccleſia ait. Cui9 lapides ferrũ ſũt & de cui9
montibus id ẽ doctoribus eris metalla fodi-
untur. Es penitẽcie ẽ fortitudo vl' ſonus ꝑdi
cacõis. vt ĩ ex.do. Omnis inquit & q pcipit
corde offerat dño auꝝ & argẽtum & eramẽ
tum. Itẽ es fortitudinẽ eccl'ie ĩ longanimita
te patientie ſignificat. vnde eſt illud ĩ iob. la
pis ſolutus calore ĩ es vertitur. Item de anti
xpo in eodem libro legit̃. reputauit ferrũ vt
paleas & es vt lignum putridũ. In quo deno
tatur eius pertinatie rigor. rurſũ es murmu
ratores ĩ flagellis dei ſignificat. vt ĩ ꝓpheta
omnes inquit iſti conuerſi ſũt in ſcoriã argen
ti ĩ medio fornacis es ſtagnũ & plumbũ. Au
ricalcũ dictum quod & ſplendorem auri &
duriciam eris poſſideat. eſt aũt nomen cõpo
ſitũ ex ligua latina & greca. es enĩ ſermone
grecorum calco vocatur. fit aũt ex ere & ig
ne multo ac medicaminibus perducit̃ ad au-
reum colorem. Corintheũ eſt conmixtio om
nium metalloꝝ quod caſus primum miſcuit
corintho cum caperet̃ incenſa. Nam dũ hãc
ciuitatẽ hannibal cepiſſet. omnes ſtatuas ene
as ĩ vnũ rogum conceſſit. & eas incendit. Ita
ex hac cõmixtione fabri ſuſtuler̃t: & feceř̃t
paraſſides ſic corinthea nota ſũt ex omni-
bus ĩ vnum nec hoc nec illud. Vnde & vſ ꝑ ĩ
hodiernum d ẽ: ſiue ex ipſo ſiue ex imitacõe
eius es corintheũ vel corinthea vaſa dicũtur
Legitur enĩ ĩ apocalipſi de ſimilitudine filii
hominis: quod caput eius & capilli erant cã
didi tanquam lana alba. & tanq; nix. & oculi
eius velut flãma ignis. & pedes eius ſimiles
auricalco ſicut ĩ camino ignis ardentes. Pe-
des ignitos nouiſſimi tẽporis eccl'iam dicit
que vehemẽtibus ẽ examinanda & ꝓbanda

preſſuris. Auricalcũ quippe ẽ es multo igne
& medicamine pductũ ad aureum colorem.
Alia translacõ que dicit ſimiles auricalco ly
bani ſignificat ĩ iudea. cuius libanus mons ẽ
eccliaꝝ eſſe pſequendã pcipue nouiſſimis di
ebus. In ſcoria aũt poteſt ĩtelligi populus iu
deoꝝ vł reprobi omnes a naturali metallo p
vicium peccati reprobati ac proiecti. In pro
pheta. Omnes iſti conuerſi ſũt in ſcoriam ar
genti. & cetera.

## De electro. Cxv.

Electꝝ vocatum quod ad radiũ ſolis
clariꝰ auro argẽtoq; relucecat. ſol enĩ
a poetis elector vocatur. defecatius
eſt enim hoc metallum omĩbꝰ metallis. Huiꝰ
tria ſũt genera vnum quod ex pini arboribꝰ
fluit quod ſucinum dicit. Alterum metallũ
quod naturaliter inuenitur & in pcio habet.
Terciũ quod fit de tribus partibus auri &
argenti vna quas partes etiã ſi naturale ſol
uas inuenies inde nihil intereſſe natũ an fa
ctum vtrũq; enĩ eiuſdem nature eſt electrũ
quod eſt naturale eiꝰmodi nature eſt. vt in
cõuiuio & ad lumina clarius cũctis metallis
fulgeat. & venenũ prodat. Nam ſi eo infun
dis venenũ ſtridores edit & colores varios ĩ
modũ arcus celeſtis emittit. De electro aũt
ĩ viſione eſt ezechielis prophete ita ſcriptum
eſt. & vidi quaſi ſpeciẽ electri velut aſpectũ
ignis intrinſecus p circuitũ a lumbis eius &
deſup: & a lũbis eius vſq; deorſũ vidi q̃i ſpe
ciem ignis ſplendentis ĩ circuitu velut aſpe
ctum arcus cum fuerit ĩ nube in die pluuie.
Quid eſt q aſpectus hominis videt ĩ throno
quaſi ſpecies electri. niſi quod in electro auꝝ
& argẽtum miſcet vt res vna ex metallis du
obus fiat. ĩ qui & p argentum auri claritas
tẽperatur. & p claritatem auri ſpecies clare
ſcit argẽti. In redemptore aũt noſtro vtraq;
nature id eſt diuinitatis & humanitatis ĩcõ
fuſe atq; inſeperabiliter ſibimet ſũt vnite. vt
p humanitatẽ diuinitatis eius claritas nr̃is
poſſet oculis tẽperari. & p diuinitatem hu
mana in eo natura clareſcere: atq; exaltata
fulgorem vltra hoc quod creata fuerat ha
bere.

## De ſtagno. Cxvi

Stagni ethimologia apoxupizion id
eſt ſeparãs & ſecernens. mixta enim
& adulterata inter ſe p ignem metal
li diſſolpat & ab auro & argento es plũbũq;
ſecernit. Alia quoq; metalla ab igne defendit
& cũ ſit natura eris ferriq; duriſſima ſi abſq;
ſtagno fuerit vritur & crematur. Stagnũ illitũ
ereis vaſis ſaporẽ facit graciorem & cõpeſcit
virus eruginis. ſpecula etiã ex eo tẽperatur
ceruſa quoq; ex eo ſicut ex plumbo conficit.
Stagnũ allegorice ſophiſticã locutionem &
hereticoꝝ ſimulacõeꝫ ſignificare poteſt. Vñ
& ĩ ezechiele vbi de tyri negociis memorat
ita ſcriptũ eſt. Cartaginenſes negociatores
tui a multitudine cunctarũ diuiciaꝝ argẽto
ferro ſtagno plumboq; repleuert nundinas
tuas. Ergo nundinas tire nõ auro nec lapide
precioſo. ſed argento ferro ſtagno plumboq;
multiplicãt. habentes eloquii venuſtatem &
arma ad expugnandũ. & in ſtagno eloquii ſi
militudinẽ quod mentitur argento. & ĩ plũ
bo impietatẽ grauiſſimã iuxta zachariam in
quo mulier ſedit ſup talentum plũbi. & egip
cii dimerſi ſũt ĩ profundum ſicut plumbum.
Lõga ſinguloꝝ diſputacõ metalloꝝ. ſed bre
uitati ſtudendũ eſt. Item ſtagnum eſt ſimu
lacio ſanctitatis. vt ĩ ppheta: omnes iſti con
uerſi ſũt mihi in ſcoriam argenti es. ſtagnũ
& plumbum.

## De plumbo. Cxvii

Plumbum dictũ quod ex eo primum
pilis factis maris altitudo temptata
eſt. huius duo genera ſũt nigrum &
candidũ: ſed melius candidum quod prius in
inſulis athlantici maris inuentum eſt. Siqui
dem & ĩ luſitania & ĩ gallica gignitur: ſũma
terra harenoſa & coloris nigri & pondẽ gra
uis. Interueniũt & minuti calculi maxime e
torrentibus ſiccatis lauant eas harenas & q
ſubdit coquunt ĩ fornacibus. Inueniuntur &
ĩ aureis metallis: aqua miſſa calculi nigre &
graues. & dum aurũ colligitur cum eo rema
nent. poſtea ſeparatĩ cõflant & ĩ plumbum
album reſoluuntur. Inde & eadem grauitas
plumbi que auri eſt. Sic & cupiditas mundi
& auaricia pecuniarum oneroſa eſt. & gra
uiſſima iniquitate opprimit amatorẽ ipſiꝰ.

## De ferro. Cxviii.

Ferrum dictũ quod farra id ẽ ſemina
frugum terre condat. Idẽ & calips a
chalibe flumie vbi ferrũ optima arte
temperatur. Vnde abuſiue dicit calips ipſa
materies vulnificus que calips ferri vſus pꝰ
alia metalla reptus eſt: cuius poſtea verſas ĩ
obpropriũ ſpecies: nã vnde pridẽ tellus trac
tabatur. vnde modo cruor effundit. ferrum
myſtice ſignificat tribulacõem & anguſtiam
vt eſt illud ĩ pſalmo de ioſeph. ferrum ptran
ſiuit animã eius. ferrũ aũt hic indicat tribu
lacionẽ dure neceſſitatis que inſtante anima
puagatur. dum de futuris ſolicite iam mala
patitur que timere non deſinit. Talis illa in
euãgelio locucio eſt vbi ſymeon dicit ad ma
riam. & tuam ipſius animã ptranſibit gladi
us. ſignificans habiturã matrem glorioſam

triſticiam dñice paſſionis. Quod genus locu
cõis inter propria ſcripture diuine credimꝰ
ad notandũ. Item ferrũ fortes quiqꝫ ĩ eccl'ia
vt eſt illud ĩ libro iob: ferrũ de terra tollit.
& in deutronomino. cuius lapides ferrũ ſũt
Item ibi de eccleſia dicit. ferrum & es calci
amentum eius. Rurſũ ferrũ acumen mentis
ſignificat. vnde per ſalomonẽ dicit. ferrũ fer
ro exacuitur & homo exacuit faciem amici
ſui. Iteꝝ ferrũ eſt ſermo increpacõis. vt eſt
illud in deutronomino. Si quis abierit cum
amico ſuo ſimpliciter ĩ ſiluã ad ligna cedẽda
& ferrum de manubrio eiꝰ exierit & amicũ
eius occiderit. Rurſũ ferrũ ĩ ſidie ſũt inimi
ci. ſicut per ſalomonem dicitur. ſicut ferrum
eruginat malicia eius.


Incipit liber xviii.

| | |
|---|---|
| De ponderibus. | Ca. i. |
| De menſura. | ii. |
| De numero. | iii. |
| De muſica & partibus eiꝰ. | iiii. |
| De medicina & morbis. | v. |


Ponderum ac mẽſuꝝ iuuat cog
noſcere modũ. nam omnia cor
poralium ſicut ſcriptũ eſt a ſũ
mis vſqꝫ ad vina. In menſura &
numero & põdere diſpoſita ſũt
atqꝫ formata. Cunctis enĩ corporeis rebus
põdus natura dedit. Suũ quoqꝫ regit omnia
pondus primũ moyſes qui omnes antecedit
gentilium philoſophos tempore nouit nume
ros. & menſuras & pondus diuerſis ſcriptu
ris ſue locis ornauit. Deinde fidon argiuis
ponderũ rationẽ ĩ grecia conſtituit. & licet
alii antiquiores extiterunt. ſed iſte hac arte
experientior fuit. Pondus dictũ eo quod in
ſtatera libratum pẽdeat. hinc & penſũ. Abu
ſiue aũt pondus libra vna eſt. Vnde etiã di
pondius dictum eſt quaſi duo pondera quod
nomen adhuc ĩ vſu retinetur. Truttina ẽ ge
mina ponderũ lancis equali examina pendẽs
facta propter talenta & centenaria adpendẽ
da: ſicut momentana pro parua modicaqꝫ pe
cunia. Hec & moneta vocata eadẽ & ſtatera
nomen ex numero habẽs quod duabus lãcibꝫ
& vno in medio ſtilo liberata equaliter ſtet.
Examen eſt filũ mediũ quo trutine ſtatera
regit & lances equant. vnde & ĩ lancis amẽ
tum dicit. In ſtatera equitatis vl' diuine gu
bernacõis potencia ſignificatur. vt ĩ yſaia: &
librauit in pondere mõtes & colles ĩ ſtatera
hoc eſt iudicat ĩ iuſticia maiores & minores
potentes. & infirmos: nobiles & ignobiles.
quia ipſe iudicabit orbem terre ĩ equitate.
& populus in veritate ſua. Nunc et iob ait
vtinam appendent peccata mea quibus iram
merui. & calamitas quam patior ĩ ſtatera. p
Quis alius ſtatere nomine niſi dei & hominũ
mediator exprimitur. qui ad penſandũ vite
noſtre meritum venit. ac ſecum iuſticiã ſiml'
& miſericordiam detulit. ſed miſericordie
lance ꝑponderans culpas noſtras parcendo
leuigauit. Libra enĩ ponderis miſtice iuſti
ce iuſticie obſeruãciã ſignificat. quia ibi ꝓba
tur quid equũ & quid cõtrariũ equitati ſit
Cuius rei plurima ĩ ſcripturis inueniuntur
probamenta & non neceſſe ẽ inde aliqua hic
numerari. propheta igit teſtãte iuſtus dñs
& iuſticiã diligit equitatẽ vidit vultus eius
Iuſtum dicit deũ amare iuſticiã. quia neſcit
alios reſpicere. niſi qui norũt cuſtodire iuſti
ciam. Adiecit. equitatẽ vidit vultus eiꝰ illã
ſcilicet equitatẽ quã tamen propicius ipſe ꝯ
cedit. Non enĩ quicquã ex ſe probi humani
tas habet niſi quod a dño bonoꝝ omniũ ſuſce
pit largitore. Hinc & ĩ ꝓuerbiis ita ſcriptũ
eſt. qui ſequitur iuſticiã diligit a dño: & ali
bi de ſapientia dictũ eſt. qui continens eſt in
quit iuſticie apprehendet illã. Vnicuiqꝫ aũt
ponderi certus eſt modus nominibus ꝓpriis
deſignatus. Calcus minima pars põderis q̃r
ta pars oboli eſt. conſtãs lentis geminis gra
nis. Appellatur aũt calcus quod ſit paruulꝰ
ſicut & lapis calculus qui adeo minimus eſt
vt ſine moleſta ſui calcet. Siliq̃ viceſima q̃r
ta pars ſolidi eſt. ab arbore cuius ſemen eſt
vocabulũ tenẽs. Ceraten oboli pars media ẽ
habens ſiliquam vnã & ſemis. hunc latinitas
ſemi obolum vocãt. ceraten aũt grece latine
ſiliqua cornu interpretatur. Obolus ſiliquis
tribus appendit. habens cerates duos: calcos
quatuor. fiebat enĩ olim ex ere ad inſtar ſa
gitte. vnde & nomen a grecis accepit hoc ẽ
ſagitta. Scrupulꝰ ſex ſiliquarũ pondere con
ſtat. hic apud grecos gramma vocat. ſcrupu
lus aũt dictus ꝑ diminucõeꝫ a lapillo breui
qui ſcrupus vocatur. Dragma aũt octaua pꝰ
vncie eſt & denarii pondus argenti tribus ꝯ
ſtans ſcrupul' id ẽ decẽ & viii. ſiliqs. Drag
ma enĩ ſimilitudo ad hominem refert ĩ para
bola euangelica vbi dñs ait. Aut que mulier
habens dragmas. x. & ſi perdiderit dragmã
vnã nonne accendit lucernã & euertit domũ
& querit diligenter donec ĩueniat & cetera
Qui ſignatur per paſtorẽ ipe & per mulierẽ
dñs noſter iheſꝰ xp̃s. & quia imago hominis
exprimitur ĩ dragma. tunc mulier dragmã
perdidit: quando homo ad imaginẽ dei cõdi
tus peccando a ſimilitudine ſui conditoris re
ceſſit. Sed accendit mulier lucernã: quia dei

ſapientia ipſe dei filius cum de marie vtero
humanã naturã ſuſcipiens ĩ humanitate ap-
paruit. mortalitatis noſtre ſe conſcientia cõ-
cuſſit: & ad ĩmortalitatẽ vnde per peccatum
cecidit per criſtũ ſe redire poſſe conſpexit.
Denarius autẽ dictus quia pro decẽ nũmis
imputabatur. Denari9 allegorice ſignificat
remuneracõe; futurã ſanctoꝝ que illis ꝑ bo-
no labore hic promittitur: & ĩ futuro datur.
Vnde ĩ euãgelio paterfamilias operariis vi
nee ſue ĩ fine operis ſui legitur dediſſe dena
riũ. Denarii duo precepta caritatis vł vtrũ
ꝗ teſtamentũ hoc eſt nouẽ & vet9 ſignificat
vnde ĩ euãgelio dicitur & alio die ꝓtulit de
narios duos & dedit ſtabulario. Solidus nun
cupãtur quia nihil illi deeſſe videtur. ſolidũ
enĩ veteres integrũ dicebant & totum. Ipſe
quoꝗ nouiſſima vocatur pro eo quod nomini
bus principum effigieꝗ ſignetur. Ab inicio
vero vnum nũmiſma vnus argenteus erat.
hoc enĩ ab aſſiriis cepit: dicunt aũt iudei q̃d
abrañ ĩ terrã canaan primus hãc aduexerit
formã. Solidus apud latinos alio nomine ſex
tula dicitur quod bis ſexuncia compleatur.
Hunc vt diximus vulgus aureum ſolidũ vo-
cat. cuius t̃ciam partem ideo dixerũt tremiſ
ſem eo quod ſolidũ faciat tremiſſus. Expſſio
enĩ nomiſmatis ĩ cenſu ſignificat imaginem
cõditoris ĩ humana anima qui ab vno quoꝗ
noſtrũ expetitur. quando credulitas recte fi
dei cum bonis operibus a nobis exquiritur.
Vnde dñs ad eos q̃ eum temptabant ĩ euãge
lio ait. Reddite ergo que ſũt ceſaris ceſari.
& que ſũt dei deo. nũmus aũt oſtenſus ima-
ginem ceſaris tenuit & ideo ceſari reddere
nũmum. tributũ. pecuniã. & honores terre-
nos iuſſit. Deus autẽ nos metipſos id ẽ ima
ginem dei quam ipſe condidit in nobis que
nõ eſt ĩ auro picta ſed ĩ ho minibus figurata
Sextula bis aſſumpta duellã facit. ter poſita
ſtaterem reddit. ſtatera aũt medietas vncie
appendens aureos tres. vnde & vocatur ſta
ter quod tribꝰ ſolidis ſtet. Hec & ſemiuncia
quia ſemis habet de ũcia. hec & ſemiſſis qa
ponderis ſemis ẽ quaſi ſemis aſſis. Quadrã-
tem hebrei ſimiliter codrãtẽ vocãt. & vocat̃
quadrũ quod vncie quartã partem appẽdat
De quadrãte aũt ĩ euãgelio ita legitur vbi ꝯ
memorat̃ nocentis tradicõ ĩ carcerẽ. Amen
dico tibi inquit. nõ exies inde donec reddas
nouiſſimũ quadrãtem. Quadrans genus nũ
mi eſt quaſi duo minuta. vnde ĩ alio ĩ euãge
lio mulier illi paupcula & vidua dicitur mi-
ſiſſe quadrantẽ ĩ corbanan: in alio duo minu
ta non quod diſſonẽt euãgelia ſed quod vn9
quadrans duos minutos nummos habeat.

Hoc eſt ergo q̃d dicit non egredieris de car
cere donec etiã minuta peccata pſoluas: de
ſoluendo aũt nouiſſimo quadrãte poteſt non
abſurde intellegi aut ꝓ eo poſitũ quod nihil
relinquatur inpunitũ. ſicut loquentes etiam
dicimus vſꝗ ad fecem cũ volumus exprimẽ
aliud ita exactum vt nihil relictũ ſit: vel vt
ſignificarent̃ nomine q̃drantis nouiſſima t̃re
na peccata. Quarta enĩ pars diſtinctoꝝ mẽ-
brorũ huius mundi & ea nouiſſima terra in
uenitur. vt incipias a celo. ſecundũ aerẽ. nu-
meres aquã terciam: quartã terrã. Sicel qui
latino ſermone ſiclus corrupte appellat̃. he-
breum nomen eſt. habẽs apud eos vncie pon
dus. Apud latinos aũt & grecos quarta ps
vncie ẽ. & ſtateris medietas. dragmas appẽ
dens duas. Vnde cũ in litteris diuinis legit̃:
ſiclus vncia eſt. cũ vero ĩ gentiliũ. quarta ps
vncie eſt. Vncia dicta ꝙ vniuerſitate minoꝝ
ponderũ ſua vnitate vinciat id ẽ ꝯplectatur
Conſtat aũt dragmis octo id ẽ ſcrupulis xx.
quatuor. quod proinde legitimũ pondus ha
betur. qa numerus ſcrupuloꝝ ei9 horas diei
noctiſꝗ metitur. vel quia librã efficit duode
cies computata. Libra duodecim vnciis pfi
citur. & inde habetur perfecti ponderis ge-
nus. quia tot hec conſtat vnciis quot menſi
bus annus. Dicta aũt libra quod ſit libera &
cuncta intra ſe pondera predicta concludat.
Mna ĩ põderibus centũ dragmis appẽditur
& eſt nomẽ grecum ſignificat mna decẽ ver
ba legis. que hominibus diuinitus data ſunt
vt ĩ eis operentur & lucrũ ſpiritale efficiant
vnde ĩ euãgelio legitur. quod homo nobilis
qui abiit ĩ regionem longinquam expẽderit
ſeruis ſuis pecuniam ſuam. cui reuertenti ſin
guli expoſuere. que lucrificauerũt. Iſte autẽ
homo nobilis redẽptor noſter eſt qui abiit ĩ
regionẽ longinquam. quia paſſione ſua & re
ſurrectõe cõpleta. aſcendit ĩ celum & ſedit
a dextris dei. In die aũt iudicii vẽturus vt
exquirat ex ſingulis debitoribus pecuniam
quam eis cõmendauerat. & reddet vnicuiꝗ
ſecũdum opera ſua. Talẽtum ſummum eſſe
pondus perhibetur ĩ grecis nam nihil eſt cal
cominus nihil talẽto maius cuius variũ apd̃
diuerſas gentes pondus habet̃. Apud roma
nos enĩ talẽtum eſt lxx. duarum libraꝝ ſicut
plautus oſtẽdit qui ait duo talẽta eſſe centũ
quadragĩta q̃tuor libras. Eſt aut̃ triplex. i.
minus mediũ ſũmum minus quinquaginta
medium. ſeptuaginta duarum libraꝝ. ſũmũ
cẽtum viginti ꝯſtat. Centenarii enĩ numeri
nomen eſt eo quod cẽtum librarum põderis
ſit. quod pondus propter pfectõe; cẽtenarii
numeri inſtituerũt romani. Talenti nomina

plenitudo & perfectio donorũ ſignificat̃. vñ
in euãgelica parabola dominus dicit hominẽ
peregre proficiſcentẽ vocaſſe ſeruos ſuos &
tradidiſſe illis bona ſua & vni dedit quinqꝫ
talẽta. alii aũt duo. alii vero vnũ. Quinqꝫ enĩ
ſũt corporis ſenſus viꝫ uiſus. auditus. guſt9
odoratus. & tactus. quinqꝫ igit̃ talẽtis donũ
quinqꝫ ſenſuũ id eſt exterioꝝ ſcientia expri-
mitur. duobus vero intellectus & operacio
deſignatur. vnius aũt talẽti nomine intellec
tus tantũmodo deſignatur. Decem milia ta
talenta operacõem decem preceptoꝝ legis ĩ
euangelio ſignificãt vbi ita legit̃. & oblat9 ẽ
vnus qui debebat decem milia talenta. Item
talẽtũ ĩ malam partem ponitur ĩ zacharia vt
eſt illud uidi inquit iniquitatẽ ſuper talẽtũ
plũbi. Antiquiſſimi nondum auro argentoqꝫ
inuento ere vtebãtur. nam prius erea pecu-
nia ĩ vſu fuit. poſt argentea deĩde aurea ſub
ſecuta ẽ ſ ab ea que pa fu[t] & nomẽ retinuit
Vnde & erariũ dictum quia prius es tãtum
in vſu fuit. & ipſũ ſolum tecondebatur auro
argentoqꝫ nõdum ſignato. ex quorum metal
lis quãuis poſtea fuiſſet facta pecunia nomẽ
tamen errarii permanſit ab eo metallo vnde
inicium ſũpſit. Theſauꝝ iuxta grecã apotiſ-
teſeos a poſicõe hoc eſt arepoſito nominat̃.
Nam teſis poſicio dicitur. & eſt nomẽ ex gre
co latinoqꝫ ſermone ꝯpoſitum. nã teſis greci
repoſitũ dicũt. latini auꝝ quod iunctũ ſonat
repoſitũ aurũ. Auraria nomẽ habet ab auro
De theſauri ſignificacõe euãgelica parabola
manifeſtũ indicium dat vbi dñs ait. Simile
eſt regnum celoꝝ theſauro abſcõdito ĩ agro
quem qui inuenit homo abſcõdit. & pre gau
dio illius vadit & vẽdit vniuerſa que habet
& emit agrum illũ. theſaur9 aũt celeſte eſt
deſideriũ. Ager vero ĩ quo theſaurus abſcõ-
ditur. diſciplina ſtudii celeſtis. Quem ꝑfec-
to agrum vẽditis omnibus cõparat. qui vo
luptatibus carnis renunctians cũcta ſua ter
rena deſideria per diſcipline. cuſtodiam ce
leſtis calcat. vt nihil quod caro blãdit̃ liceat
nihil qđ carnalẽ mẽtẽ trucidat ſpiritũ phor
deſcat. Item theſaurus iſte ĩ quo ſũt omnes
theſauri ſapientie & ſcientie abſconditi aut
dei verbum eſt quod ĩ carne xp̃i videtur ab-
ſconditũ. aut ſancte ſcripture ĩ quibus repo
ſita eſt noticia ſaluatoris. Quem cũ quis ĩ eis
inuenerit. debet omnia iſti9 ſeculi emolumẽ
ta cõtempnere. vt illum poſſit habere quem
reperit. Tributa vero eo quod antea p trib9
ſingula exigebantur ſicuti nc̃ p ſingula ter-
ritoria. ſic autem in tres partes diuiſum fu-
iſſe romanum populum conſtat. vt ea que e-
rant inſingulis partibus tribuni direrentur

Vnde eciam ſumpt9 quos dabãt populi tri
buta nominarint. Vectigalia ſunt tributa a
vehendo dicta. ſtipendium a ſtipe pendẽda
nominatum. Antiqui enĩ appẽdere pecuniã
ſoliti erãt magis quam annumerare. Quid
aũt diuites qui theſauroꝝ poſſeſſores ſũt. &
quid diuicie myſtice ſignificent breuitoꝝ di-
camus. Diues dicitur de9 vt ĩ apoſtolo. de9
qui diues eſt in miſericordia. Diuites ſancti
ſunt vt ĩ apoſtolo. quia diuites facti eſtis in
illo ĩ omni ſapientia & prudẽcia. Diues eſt
populus iudeoꝝ de quo ĩ euangelio dicit̃. Fa
cilius eſt camelũ per foramẽ acus tranſire
quam diuitẽ intrare ĩ regnũ celoꝝ. Alii aũt
hũc diuitem ſuperbũ quemlibet intellegũt.
Diuites ſũt iudei philoſophi vel ſupbi hu9
mũdi vt ĩ pſalterio. diuites eguerũt & eſuri
erũt & alibi. diuites dimiſit ĩanes. Diuitie
ſũt virtutes anime ſiue ſermo ſapientie vt in
apoſtolo. quia diuites facti eſtis ĩ illo ĩ omni
ſapiẽtia & prudẽcia: & ĩ ſalomone. poſſeſſio
anime viri proprie diuicie: & ĩ aliam partem
pro heretico. vt ĩ iob legit̃. diuicias quas de
uorauit de vẽtre illi9 extrahet eas deus. Pe
cunia ergo verba diuina ſũt: vt ĩ euãgelio.
oportuit te cõmittere pecuniam meã nũmu
larius. Sarcul9 theſaurizatio ĩ deũ vt ĩ euãge
lio. facite vobis ſarculos qui nõ vetereſcãt.
Sarcul9 cõgregacio auaricie vt ĩ aggeo pro
pheta. & qui mercedes ꝯgregauit miſit eos
in ſacculum per tuſũ. Negociatores apoſtoli
ſũt. ſicut ĩ iob ꝑ diaboli corpore hoc eſt om-
nibus iniquis de eiſdem predicatoribꝫ dicit̃
Concidẽt eũ amici diuidẽt eũ negociatores
Item ĩ malam partẽ vt ĩ ezechiel negociato
res eum agnis & hedis veniũt ad te. Mone
ta appellata eſt quia monet ne q̃ fraus ĩ me
tallo vel ĩ pondere fiat. Nomiſma eſt ſolid9
aure9 vel argẽte9. ſiue ere9. q ideo nomiſma
dicit̃ qa nominibus principũ effigiiſqꝫ ſignat̃
Prius nũmus argirus nũcupabat̃: quia quã
plurimũ ex argẽto percuciebat̃. Nũmi aũt
a numa romanoꝝ rege vocati ſũt. qui eos pri
mũ apud latinos imaginibus vocauit & titu
lo nominis ſui preſcripſit. In nomiſmate tria
querũtur. metallũ. figura. & põd9. ſi ex his
aliqd defuerit. nomiſma nõ erit. De nomiſ-
matis myſtica ſignificacõe ſuperi9 dictũ eſt
Tria ſũt aũt genera argenti & auri & eris.
ſignatũ factum infectũ. Signatum eſt quod
in nũmis eſt. factum quod ĩ vaſis. infectum
quod ĩ miſſis id eſt miſſa. In noticiam autẽ
formaꝝ. metalla ita inuenerũt. dũ enĩ q̃cũqꝫ
cauſa ardẽtes ſilue excoquerent terram. que
calefactis venis fudit riuos cuiuſcũqꝫ ſtruc
ture. ſiue es illud fuerat ſiue auꝝ. cum ĩ loca

terre depreſſiora decurreret. ſūpſit figuram
in quam illud vel profluēs riu9 vel excipiēs
lacuna formauerat. quaꝝ rerū ſplēdore cap
ti homines eū legatas attollerēt maſſas uide
rūt ī ea terre veſtigia figurata ī que excogi
tauērt liquefactas ad omnem formam poſſe
deduci.

## De mēſuris. C ii.

Menſura eſt reſ aliquando ſuo vel tem
pore circūſcripta. hec aut corporis ē
aut temporis. corporis vt hominum
lignoꝝ & colūpnarū longitudo & breuitas.
ſed & ſolem iſtū propriā ſui orbis habere mē
ſuram quod geometrici perſcrutari audent.
temporis vt mēſura horarū & dieꝝ annorū
vnde & metiri pedes horarū dicim9. hoc eſt
menſurari. Legitur enim ī ſapiētie libro q̄d
deus omnia mēſura numero & pōdere cūcta
diſponat. In quibus tribus diffinicōib9 vt re
or hec intellegi poſſunt. vt in mēſura cōſtet
qualitas: ī numero quātitas: in pondere racō
hec pereq̄ta ī iudicio & miſericordia dei cō
ſtant. Quia in his duob9 terminis. omnia cō
cluſa ſūt. in q̄b9 hūc mūdū conſtituit guber
nat & iudicaturus ē. ī his deus iudex iuſtus
cōprehendi poteſt. Omnia ergo que ſupius
diximus vel dicemus ī clauſula horum triū
nobis nūc abſcondita latēt. que ſolis clauib9
iudicii & miſericordie dei: tūc reſerabūtur
vt ſciant̄. quādo in aduētu domini illumina
būtur abſcondita tenebraꝝ & reuelabuntur
conſilia cordium vt laus ſit vnicuiq̄ a deo vl̄
pena. Proprie aūt menſura vocata quod ea
fruges metiūtur atq̄ frumentū id eſt humi
da & ſicca vt ꝑ modos. vrnas. & amphoras
Menſurarū pars minima coclear quod ē di-
midia pars dragme apponēdi ſiliquis nouē
qui triplicatus cōculam facit. concula drag
ma vna & dimidia adimpletur. Ciathi pōd9
decē dragmis appenditur qui etiā a quibuſ
dam cauſatus vel laſſatus nominat̄. Oxifal9
fit ſi quinq̄ dragme addūtur ad decem. Aci
tabulus quarta pars emine ē. duodecī drag
mas appendens. Cocula emina eſt habēs cia
thos ſex que idcirco cotula vocatur. q̄a cote
greco ſermone inciſio dicitur. & emina ſex-
tarii ī duo equa īciditur & cotulā facit emi
na aūt appendet librā vnā que geminata ſex
tarium facit. Sextarius duarum libraꝝ eſt.
qui bis aſſumptus nominat̄ bilibris: aſſump
tus quatuor fit greco nomine cenix. quīqui
es complicatus quinā ſiue gomor facit. Adi-
ce ſextū congiū reddit. nā congius ſex meti
tur ſextariis a quo & ſextarii nomē dederēt
De ſtatere & bilibri ī apocalipſi deſcripcōne
tercii ſigilli ita ſcriptū eſt. & cum apuiſſet
ſigillū tercium: audiui terciū animal dicens
veni & vide: & ecce equus niger & qui ſede
bat ſuper eum. habeat ſtaterā in manu ſua.
Et audiui tāquā vocem ī medio quatuor ani
maliū dicētē. bilibris tritici denario & tres
bilibres hordei denario & uinū & oleum ne
leſeris. Et ecce equus niger & q̄ ſedebat ſup
eum ſtaterā habebat ī manu ſua. Et audiui
tanquā vocem ī medio quatuor animalium
& cetera. Equus niger falſorū caterua eſt.
fratrū. qui ſtaterā r̄cte profeſſionis habent
ſed ſocios ledūt per opera tenebraꝝ. Dū enī
in medio animaliū dicit̄ ne leſeris: oſtēditur
illic eſſe qui ledat. De hoc & precurrēte eq̄
dicit apoſtolus foris pugne intus timores.
bilibris tritici denario & vinū & oleū ne le-
ſeris. Caue īquit ne exemplo peſſimo fratrē
tuum ſcandaliſes. propter quem xp̄s mor-
tuus ē & ſacri ſanguinis criſmatiſq̄ portat
ī ſignia quia ſiue perfecti meritis. ſiue etiam
minimi quiq̄ ī eccleſia fide tamen ſancte tri
nitatis imbuti omnes eodem perfecto precō
ſanguinis dominici ſūt redēpti: nec inmerito
bilibri & non ſimplici libra fidei vel operis ꝑ
fectio exprimit̄ que vtraq̄ in radice gemine
conſiſtit caritatis. Metrū eſt menſura liqui-
doꝝ. hec a mēſura accepit nomē metron enī
menſurā dicunt greci & inde appellata me
treta licet & vrna & amphora & reliqua hu
iuſmodi nomē a mēſura ſūpſerūt. Tamē iſta
hoc nomen a denarii numeri perfectōe acce
pit. metrū ad omnem mēſurā pertinet. Me
trum enī grece. latine menſura dicitur. Nā
& ciathus menſura eſt. & amphora menſura
eſt. & quicquid plus min9 ve capit mēſura
eſt. ſed ideo hoc nomē ſpecialiter ſibi aſſump
ſit quod ſit mēſura perfecti numeri id eſt de
narii. Vnde ī euāgelio ſcriptū eſt de cōuiuio
nupciali: vbi dn̄s aquas in vinum conuertit.
Erant inquit lapidee hydrie ſex poſite ſecū-
dum purificacōe; iudeorū capientes ſingule
metretas binas vel ternas. hydrie vocantur
vaſa aquarū receptui parata. grece enī aqua
hydor dicitur. Aqua aūt ſcripture ſacre ſciē
ciam deſignat: que ſuos auditores & a pecca
torū ſorde abluere & diuine cognicōis ſolet
fonte potare. Vaſa ſex quibus continebātur
corda ſūt deuota ſanctoꝝ quorū pfectio vite
& fidei ad exemplū recte credendi ac viuen
di prepoſita eſt generi humano. per ſex ſcl̄i
labentis etatis id eſt vſq̄ ad tēpus dominice
ꝑdicacōis. & bene lapidea ſūt vaſa quia for-
cia ſūt precordia iuſtorū: vt pute illius fide
& dilectione ſolidata. capientes īquid ſingu
le metretas binas vel ternas: quia ſcripture
ſancte auctores. & miniſtri prophete. modo

de patre tantum loquunt̃ & filio . vt ẽ illud
omnia ĩ ſapientia feciſti . Virtus enim dei &
ſapiencia criſtus eſt: modo etiã ſpiritus ſanc
ti faciũt mencionem iuxta illud eiuſdẽ pſal
migraphi. Verbo domini celi firmati ſũt &
ſpiritu oris eius omnis virtus eorũ. Modi9
dictus ab eo quod ſit ſuo modo ꝑfectus. eſt
autem menſura librarũ quadragintaq̃tuor
id eſt ſextariorum viginti duoꝝ. cui9 nume
ri cauſa inde tracta eſt eo quod in principio
deus vigĩti duo opera fecerat. Nam prima
die ſeptem opa fecit. i. materiam ĩformem
angelos. lucem. celos ſuperiores. terrã. aquã
atq; aerẽ. Secunda die firmamentũ ſolum .
Tercia die quatuor. maria. ſemina. ſacões
atq; plantaria. quarta die tria ſolẽ & lunam
& ſtellas . quinta die tria piſces & reptilia
aquarum & volatilia. ſexta die quatuor. beſ
tias. pecudes. reptilia terre. & hominem. &
facta ſũt omnia vigintiduo genera in diebꝫ
ſex. & xx. due generaciones ſũt ab adã vſq;
ad iacob ex cui9 ſemine naſcitur omnis gens
iſrahel: vigintiduo libri veteris teſtamenti
vſq; ad heſter. & vigintiduo litterarum ſũt
elemente quibus conſtat diuine legis doctri
na . His igitur exemplis. modius vigintidu-
orum ſaxtariorũ . A moyſe ſecundum ſacre
legis menſuram effect9 eſt: & quãuis diuer-
ſe gentes huic menſure pondus vl̄ adiciant
ignoranter vl̄ detrahant apud hebreos con
ſtitucõe diuina tali racione ſeruat̃. Modius
enĩ a modo dictus. Hĩc & modica id eſt mo
derata modicis enĩ modius nomen inpoſuit
nam modica pro paruis abuſiue non proprie
dicimus. In ſcriptura ſacra modius equitatẽ
iuſticie ſignificat. Vnde dominus ĩ lege pre
cepit dicens. non ſit tibi modi9 maior & mi
nor ſed modius iuſtus equusq; ſextari9 . hẽ
modius corpus humanũ vl̄ legis litterã ſig-
nificat. Vnde dominus ait ĩ euangelio: nemo
accendit lucernam & ponit eam ſub modio.
Ponere ergo lucernã ſub modio eſt. ſuperio
ra facere corporis cõmoda. quam predicaci
onem veritatis. vt ideo quiſq; veritatẽ non
predicet. dum timet ne aliquid ĩ rebus cor
poralibus & temporalibus moleſtie patiat̃ .
Sub modio ergo lucernã ponit quiſquis lu-
cem doctrine bone commodis tẽporalibꝫ ob
ſcurat & tegit . Super candelabrũ autem q
corpus ſuum miniſterio dei ſubicit. vt ſupe
rior ſit predicacio veritatis. inferior ſeruit9
corporis. per ipſam tamen corporis ſeruitu-
tem excellencior luceat doctrina qui per of-
ficia temporalia id eſt per vocem & ling-
uam & ceteros corporis motus exhibetur.
Satum eſt genus menſure iuxta mortem ꝓ

uincie paleſtine vnũ & dimidium modiũ ca
piens cuius nomẽ ex hebreo ſermone tractũ
eſt. Satum enĩ apud eos nominatur ſũpcõ ſi
ue leuacio eo ꝙ qui metitur eandẽ menſurã
ſumat ac leuet : Eſt & alias ſatum menſura
ſextariorum viginti duoꝝ capax quaſi modi
us. Vnde ĩ euãgelio ſcriptum eſt de muliere
que abſcondit fermentũ ĩ farina ſatis tribꝫ
donec fermenteret̃ totum. Nam hec mulier
ſignificat ſanctam eccleſiã : que doctrinam
euangelii & ĩtellectus ſacrarũ ſceipturarũ
condit ĩ peccatoribꝫ humaĩs donec coadunet
tres partes orbis quod de tribꝫ filiis noe ex
ortum ĩ orbe continet: triquadro conuertẽs
ad fidem ſancte caritatis. vt ſpiritus & aĩa
& corpus ĩ vnum redacta non diſcrepent int̃
ſe. Poſſunt itaq; preter hec & ĩ farine ſatis
tribus illi dominici ſemĩs fructus triceſim9
ſcꝫ ſexageſimus & centeſimus ĩtelligi id eſt
coniugatorũ continenciũ atq; virginum . &
pulchre dicit eatenus abſcõditũ ĩ farina fer
mentum donec fermentaret̃ totum quia ca
ritas ĩ noſtra mente recondita eouſq; creſcẽ
debet donec totam mentẽ in ſui perfectionẽ
commutet . Batus autem vocatur hebraica
lingua ab olearia mola que apud eos halnata
nominatur. capiens quinquaginta ſextarios
que menſura vna mole vice proterit̃ . Ephi
ergo menſura eſt trium modiorũ vt in libro
ruth oſtenditur: & gomor menſura eſt atti-
corum cenicũ trium. Vnde & ĩ leuitico & ĩ
numerorum libro quociens cunq; decima ꝑs
ephi in ſacrificiõ exhiberi iubetur. menſura
gomor expenſa intelligitur. ephi eandẽ mẽ-
ſuram habet ĩ aridis quam in humidis bat9.
Amphora vocata quod hinc & ĩde leuetur
hec grece a figura ſui dicta dicit̃. quod eius
anſe geminate: videantur aures imitari. Re
cipit autem vini vel aque pedem quadratũ.
frumenti vero modios italicos tres. Cadus
grece amphora eſt cõtinens vrnas tres. Vr
na menſura eſt quam quartarium dicunt. ꝓ
prie autem vrna vaſ eſt quod procundendis
defunctorum cineribꝫ adhiberi ſolet. de quo
poeta. celo tegitur. qui non habet vrnã. Me
dunna menſura eſt quinq; modiorũ. medun
na autem latina lingua vocat̃ id eſt dimidia
eo quod quiq; modus metiatur qui eſt dimi
dius numerus a ꝑfecto denario. Artaba mẽ
ſura eſt apud egipcios ſextariorum ſeptua-
gintaduorum compoſita ex numero propter
lxx. & duas gentes vl̄ linguas que orbẽ im-
pleuerũt. Gomor quindecim modiorum on9
appendet. Corus xxx. modiorũ menſura cõ
pletur. Hic ex hebraico ſermone deſcendit.
qui votatur coria a ſimilitudine collis. Coria

enim hebraice colles appellantur. coaceruati
enim modii triginta iſtar collis videntur &
onus cameli efficiuntur. De amphora zacha
ria propheta ita ſcriptum eſt. & ecce mulier
vna ſedēs ī medio amphore & dicit. hec eſt
impietas. & proiecit eam in medio amphore
& miſit plumbeam maſſam ī os ei9 & cetera
Amphora aūt hic ſignificat menſurā grādē
iniquitatis iudeorū: de qua ſaluator ad ipſos
ait. Implete menſurā patrum veſtroꝝ. ſuper
hanc mēſuram omnium delictorum media ſe
debat impietas quam alio nomine idolatriā
poſſumus appellare & negacionē dei. Miſſa
eſt ergo maſſa plūbea ī os ſinagoge iudeorū.
vt arrogancia eius cōquieſcat. Hec ergo im
pietas ſynagoge que ſedebat ſuper peccata
iſrahel & ī ſuo ſcelere gloriabat. poſtea mit-
titur ī medium babilonis & captiuitatis ma
lo deprimitur. vel certe ab angelo vt que pri
us latebat ī ſcelere eterno ſilencio conticeſcat
Legimus ī euangelio quod villicus iniqui-
tatis debitoribus domini ſui qui debebāt do
mino ſuo grande debitum reddere hoc eſt
vnus centum cados olei. alter centū choros
tritici. ipſe penſam tēperaret. & iuſſerit pri
ori pro centū cadis olei ſcribere quinquagī
ta. Sequenti vero pro centum choris tritici
ſcribere octoginta. quibus rebus inſtruimur
vt miſericordiā debiti remiſſione facientes.
ipſi a miſericorde dn̄o remiſſionē debitorū
noſtrorum cōſequamur.

## De numero. iii.

NVmerorum enī racio ī multis iuxta
allegoriam tipica ſignificacōe miſte
rium nobis venerādum oſtendit. Vn
de primus numerus hoc eſt vn9 ad vnitatem
deitatis refertur. De quo ī exodo ſcriptum
eſt. audi iſrahel dominus deus tu9. deus vn9
eſt. Item vn9 ad vnitatem eccleſie ſiue fidei
pertinet. Vnde in actibus apoſtolorū de cre
dentibus ſcribitur. Erat illis cor vnū: & ani
ma vna. Rurſū vnus ad vnitatem fidei ſiue
operis perfectione reſpicit. hinc in geneſi de
arca ſcriptum eſt: & in cubitu conſūmabis ſū
mitatem eius. Iterū vnus malorum vnitatē
exprimit. vt eſt illud ī euāgelio. & vidit ibi
hominem non veſtitum veſte nupciali. Nam
binarius numerus ad duo teſtamēta reſpicit
vnde in regū libro ſcriptum eſt. Et fecit duo
cherubim decem cubitorū magnitudinē. Itē
duo ad duo precepta caritatis ꝑtinent. vnde
dicit in euangelio. In his duobus preceptis
tota lex pendet & ꝓphete. Rurſum duo du-
as dignitates exprimūt regiam ſcȝ & ſacer-
dotalē: quarum figurā duo illi piſces quinꝙ
panibus adiuncti ī euangelio figuram gere-
bant. Iterum duo miſteriū ſignificant duoꝝ
populorum id eſt iudeoꝝ & gencium. Vnde
ī zacharia ſcriptum eſt. & pax erit int̄ duos
illos. nec non & duo anime & corporis cōuē
cionē ſignificant. vnde dominus dicit ī euan
gelio: ſi duo ex vobis cōſenſerūt ſuper terrā
& reliqua. De quo & amos dicit. nunquid
ambulabunt duo pariter niſi conuenerit eis
Item duo electorum atꝙ reprobrorum prefigu
racionē gerunt. Vnde dominus dicit ī euan-
gelio. tunc duo erunt in agro: vnus aſſumet
& alius relinquetur. Ternarius ergo nume-
rus ad trinitatis miſteriū pertinet vt ī epiſ
tola iohannis. tres ſūt inquit qui teſtimoniū
dant. Item tres ad paſſionis dn̄i ſepulturam
& reſurrexionis ſacramētum reſpiciunt. vn̄
in oſee ſcriptū ē. Viuificabit nos poſt duos
dies: ī die tercia ſuſcitabit nos & viuemus.
Rurſum tres ad fidem ſpem caritatē expri
mendam valēt: quarum virtutū figurā tres
ille ciuitates ī deuteronomio ad quas homi
cida qui nolēs proximū occiderit confugere
precipitur habere dicuntur. Itē tres tria tē-
pora ſignificant. hoc eſt primū ante legem.
ſecundum ſub lege. terciū ſub gracia. Vnde
in euāgelica parabola legitur. ecce anni tres
ſunt ex quo venio querēs fructū in ficulnea
& non īuenio. Iterum tres trimodā hominū
operacionem ī bono vel in malo prefigurant
id eſt cogitacōe. ſermone. & opere. vt ī apl'o
ſi quis inquit edificauerit ſuꝑ fundamentū
hoc aurum argentum. lapides precioſos. lig
na fenum ſtipulam. Rurſū tres trimodam fi
delium profeſſionē demonſtrant. i. clericoꝝ
monachorum. & coniugū. De hac tripertita
in eccleſia ꝓfeſſione per ezechielem loquit̄
dominus dicens. ſi tres viri iſti noe. daniel &
iob fuerunt ī medio eorum. filium & filiam
non liberabunt: ſed ipſi ſoli liberabunt. Qua
ternarius ergo numer9 ad quatuor pertinet
euangelia. vt ī ezechiel: & in medio inquit
eorum erat ſimilitudo quatuor animaliū. Itē
quatuor. ad q̄tuor ſanctoꝝ virtutes miſticā
ſignificacōem ducūt. hoc eſt prudenciā. iuſti
ciam. fortitudinem. & temperanciā. quibus
anime ſanctorum. domino largiente reficiun
tur. vnde ſcripū eſt. erant autem qui mādu
cauerunt quaſi quatuor milia hominū. & di
miſit eos. Rurſum quatuor. ad quatuor mū
di partes pertinent. ex quibus ſancta eccle-
ſia congregatur. Vnde dicitur per prophetā
ab oriente adducam ſemen tuū. & ab occidē
te congregabo te. dicā aquiloni da. & auſtro
noli prohibere. Similiter quatuor. ad q̄tuor
elemēta mūdi quib9 humanū corp9 cōpactū
eſt poſſunt referri. quia inde corpis cōdicio

maxime roboratur. & ſubſiſtit. Nam ĩ euan
gelio ſcriptum eſt quod paraliticus in lecto
portaretur a quatuor. Quinari9 ergo nume
rus ad quinqꝫ legis libros moyſi ſignificacio
onẽ aliquãdo trahit. de quibus apoſtolus ait
volo ĩ eccleſia quĩqꝫ verba ſenſu meo loqui vl̄
ad quinqꝫ ſenſus corporis id eſt viſum. audi-
tum. guſtum. odoratũ & tactũ. Vnde ĩ euã
gelio ſcriptum eſt. Simile eſt regnum celoꝝ
decem virginibus. quĩqꝫ enim ex eis erãt fa
tue & quinqꝫ prudentes. Item ibi & vni de-
dit quĩqꝫ talẽta. hinc & dominus ad ſamari
tanã mulierem ait. quinqꝫ enĩ viros habuiſti
Senarius ergo numer9 ad dies ſex ĩ quibus
deus omnem condidit creaturam ſignificaci
onem refert. vt eſt illud ĩ exodo. ſex enĩ die
bus condidit deus celũ & terram. vel ad om
ne tempus preſentis ſeculi quod ſex etatibꝫ
voluitur. vnde dominus perfector toci9 ope
ris ſui ſexta etate. ĩ mundum veniens. ſexta
feria paſſ9 eſt. ĩ ſabato requieuit ĩ ſepulchro
& ĩ die dominica reſurrexit a mortuis. Sep
tenarius igiẗ numerus multiplicẽ ſignifica-
cõem habet. qa aliquando ad diem ſeptimũ
refertur in quo pfectis omnibus domin9 re
quieuit. Vnde & ſanctoꝝ anime poſt laborẽ
bonum operum requieſcunt ab omni opere
ſuo ĩ eterna beatitudine. Aliquando autem
ad ſeptiformẽ graciam ſpiritus ſancti perti
net. de quo in apocalipſi ſcriptum eſt. ſeptẽ
cornua & ſeptem oculi. ſeptem ſũt ſpiritus
dei miſſi per omnem terrã. Item ſeptem le-
guntur eccleſie ĩ apocalipſi que per ſeptem
candelabra & p ſeptẽ ſtellas figurantur. In
quibꝫ plenitudo ſanctorũ verſatur ſicut idẽ
teſtatur. quia ſeptem candelabra ſeptẽ eccle
ſie ſũt. ſimiliter & ſeptẽ ſtelle. Item per ſep
tem omne preſens tempus huius ſecli deſig
natur. quod p ſemptem dierum circulũ vo-
luitur. & in contrariã partem per ſeptenari
um numerum plenitudo peccati id ẽ vniuer
ſitas ſeptẽ principalium viciorũ figuratur.
vnde dominus de inmundo ſpiritu ĩ euange
lio ait. Tunc vadit & aſſumit alios ſpiritus
ſeptem nequiores ſe & intrantes habitãt ibi
& fiunt nouiſſima hominis illius peiora pri
oribus. Hinc & in ſalomone legiẗ. ne credi-
deris ei quoniam ſeptem nequicie ſũt in ani
ma illius. hoc eſt diaboli. Rurſum ſeptem p
fectionem fragellorum dei demonſtrãt. vt
in leuitico. caſtigabit inquit vos domin9 ſep
cies pro peccatis veſtris. Preterea ſeptẽ &
octo legis & euangelii figuracionem tenẽt.
vnde ĩ eccleſiaſte ſcriptum eſt. da ptes ſep-
tem nec non & octo. Similiter ſeptẽ & octo
quietis & reſurrectionis obtinent ſacramen

tum. Octo enĩ ad diem dominice reſurrecti
onis ſiue omnium ſanctoꝝ futurã reſurrecti
one ptinẽt. De qua ĩ titulo pſalmi ſexti ſcri
bitur. in finem pro octaua. Nouem nanqꝫ ad
ſacramentum paſſionis domini demonſtran
dum ſatis valet. quia ipſe dominus hora no
na clamans voce magna emiſit ſpiritum. Itẽ
nouem leguntur eſſe ordines angeloꝝ id eſt
angeli. archãgeli. throni. dominaciones. vir
tutes. principatus. poteſtates. cherubin. &
ſeraphin. Quod ſignificant nonagintanouẽ
oues ĩ euangelica parabola relicte ĩ deſerto
ſiue in montibus. Item nouem ad inpfectio
nem mandatorum dei. ſiue ĩplenitudinem
omnium bonorum deſignant. ſicut in deute
ronomio de lecto og regis baſan qui tipus ẽ
diaboli ſcriptum eſt. quod nouem cubitis ſit
longitudo eius. Denarius ergo numerus ad
decalogum legis aliquando refertur. Vnde
pſalmiſta ait. in pſalmo decem chordaꝝ pſal
lam tibi. Item eodem numero perfectio opũ
vel plenitudo ſanctorum deſignaẗ. quarũ fi-
guram ille decem cortine que ĩ tabernaculo
teſtimonii iubente domino facte ſũt obtinue
runt. Vndenarius numerus tranſgreſſionẽ
legis vel peccatorum obtinet figurã: ſicut &
vndecimus pſalmus qui ĩ eodem numeri ſac
mento preſignatus eſt oſtẽdit dicens. Saluũ
me fac dñe quoniam defecit ſanct9. vnde &
in tabernaculo federis ĩ ſimilitudine peccan
cium eiuſdem numeri ſagacilicina fieri pre
cipiuntur. Duodecim ad apoſtolos ptinent
ſicut ĩ euangelio demonſtratur vbi ita legiẗ
duodecĩ apoſtolorum nomina hec ſũt. hĩc ip
ſe dominus ad diſcipulos ſuos ait. Nõne ego
vos elegi duodecim & cetera. Item duodecĩ
ad omnium ſanctoꝝ pertinẽt ſacramẽtum q
ex quatuor mundi partibus per fidem trini
tatis electi vnam ex ſe faciũt eccleſiam: hoꝝ
electorum duodecim illi lapides precioſi ex
quibus ĩ apocalipſi ciuitas regis magni con-
ſtruitur figuram habent. Hi ſũt xii tribus
filiorum iſrahel ſenſu vidẽtes dominũ. Tre
decim vero ad legis plenitudinem & fidem
trinitatis pertinent vt ĩ ezechiele: & mẽſus
eſt inquit altitudinem porte tredecim cubi-
tis. Quatuordecim vero ad ſacramẽtum do
minice regeneracionis reſpiciunt vt inprĩci
pio euangelii mathei ſatis demõſtratur. Ab
abraham vſqꝫ ad dauid generacões xiiii. Itẽ
quatuordecim ad preſens tempus vl̄ futuꝝ
pertinent ſicut ĩ leuitico demõſtraẗ vbi ſcrip
tum eſt de muliere que genuerit feminam
dicitur. quod duabus ebdomadibus hoc eſt
preſenti & futuro ſit ĩ munda. Quindecim
autem numer9. legis & euãgelii quietis &

& reſurrectõis obtinet miſteriũ . vt ĩ actibꝰ
apoſtolorum paulus apl's quindecim diebus
cũ petro aplo cõmoraſſe dicit̃. Sedecĩ ad nu
merum ſedecim prophetarum. Decẽ & ſep
tem ad ſacramẽtum omnium prophetarum
quia decẽ precepta legis p̱ ſeptiformẽ gra-
cie ſpiritus ſancti operãtur. Viginti ad per
fectionem operum que p̱ caritatẽ operãtur
Decalogus enĩ legis p̱ duo dilectionis p̄cep
ta duplicatus viginti efficit . Vnde & duo
cherubin quod eſt plenitudo ſciencie ĩ tem
plo eiuſdem numeri cubitos habuiſſe narrã
tur. Viginti duo pertinẽt ad ſacramẽtum di
uinorum voluminũ ſecũdũ hebreoꝝ litteras
Vigintiquatuor numerus ad viginti q̄tuor
libros veteris teſtamenti iuxta hebreorum
tradicionem a quibuſdam figuram habẽ di-
citur. Alii vero patres veteris ac noui teſta
menti ſub eodem numero intellexerunt . In
apocalipſi. & ſuper thronos xxiiii . ſeniores
ſedẽtes. Nam xxv. corporis quiq; ſenſibus in
ſemetipſis multiplicatis perueniũt ad ſacra
mẽtum. ſicut ĩ ezechiele manifeſtat̃. Vigin
ti octo numerus ad legis & euãgelii p̱tinet
miſterium ſub cuius numeri ſacramẽto corti
ne tabernaculi eiuſdẽ numeri cubitos ĩ longi
tudine habuiſſe feruntur ĩ exodo. Triginta
vero ad fructus fidelium coniugatorum. vt
ĩ euãgelio. & dabit fructum aliud cẽteſimũ
aliud ſexageſimũ aliud vero triceſimũ. Tri-
ginta duo ad miſterium etatis qua dominus
noſter ĩ carne cõuerſatus eſt. vnde vt quibuſ
dam videtur ait apoſtolꝰ. Donec occurrimꝰ
ad vnitatem fidei & agnicõis filii dei ĩ virũ
perfectum ĩ mẽſurã etatis plenitudinis xp̄i
Quaudraginta vero numerus legis & euan-
gelii obtinet ſacramẽtum. Item quadragĩta
ad quadrageſime ſacramẽtum pertinet. Vñ
in euãgelio de domino ſcriptũ eſt. & agebat̃
ĩ ſpiritu ĩ deſerto xl diebus. Iterum xl. reſur
rectionis dominice ſacramẽtum continẽt. vñ
in actibus apoſtoloꝝ ita ſcriptum eſt. & con
uerſatus cum eis dies xl. Preterea xl. nume
rus omne preſens huius ſeculi tempus figu
rare dicitur: quatuor enĩ ſũt mũdi partes &
omnis creatura viſibilis ex quatuor conſtat
elementis. Denarius vero numerus ĩ bonam
vel malam partem p̱fectus eſt. qui denarius
per quaternariũ ductus quadragenariũ im-
plet. hinc eſt quod per pſalmiſtam dicitur .
Quadraginta annis proximus fui generacõi
huic: & ĩ diluuio iuxta eiuſdem numeri dies
& totidẽ noctes ſuper terrã dominus pluit :
& ĩ iona propheta ſcriptum eſt. poſt quadra
ginta dies niniue ſubuertetur. quod & ipſũ
ſecũdum hiſtoriam ĩ eadem ciuitate factum
non eſt. ĩ mundo vero cuius figuram ciuitas
illa habuit impletum erit. Quadragĩta vero
ad numerum in heremo manſionũ vel ad nu-
merum generacionum que ab abraham ſunt
vſq; ad dominum iheſũ criſtũ pertinet. Quin
quaginta aũt ad pẽtecoſtes vl' aduentũ ſpi-
ritus ſancti. vnde dicit ĩ actibus apoſtolorũ.
dum cõplerentur dies pentecoſtes. Item quĩ
quaginta ad indulgenciam p̱tinet peccatoꝝ
in cuius numeri ſacramento quinquageſimꝰ
pſalmus poſitus eſt. Sexaginta vero numerꝰ
ad omnium perfectoꝝ pertinet ſacramẽtũ.
vnde dicit ĩ cantico canticorũ. En lectulũ ſa
lomonis id eſt criſti eccleſiam ſexaginta for-
tes ambiũt ex fortiſſimis iſrahel. Item ſexa
ginta ad fructũ viduus ſiue continẽtibus de
putat̃. Vnde ĩ euangelio legit̃. & dabit fruc
tum aliud ſexageſimũ. Septuagĩta vero ad
veterũ patrum pertinere dicit̃ ſacramẽtum.
In quoꝝ figurã ſalomon ad edificiũ tẽpli ſep
tuaginta milia operariorũ elegiſſe dicitur q
in humeris portabãt . Nam lxx. & lxxx. ad
figuram legis & euãgelii ſimul pertinẽt vt ĩ
pſalmo ſcriptum eſt. dies annorũ ĩ ipſis lxx.
anni. Si aũt ĩ potẽtatibꝫ octogĩta anni. Sep
tuagĩta vẽo duo ad numeꝝ p̄ſbiteroꝝ p̱tinet
moiſi vel diſcipulorũ q̄s dominus in predica
cionem euãgelii elegit . Septuagintaquinq;
ad numerum animarũ pertinẽt que cũ iacob
in egyptum deſcendiſſe narrãtur ĩ actibus a
poſtolorũ. Octogĩta ad quorũdam criſtiano
rum animas que domino fide tantũ nõ operi
bus coherẽt. de quibus ĩ canticis cãticorum
ſcriptum eſt. Septuaginta ſũt reginẽ id eſt
anime p̱fectorũ. & octoginta cõcubine . Cẽ
tum ad martirũ fructum ſiue virginũ p̱tinẽt
vt ĩ euãgelio: & dabit inquit fructũ aliud cẽ
teſimũ. & reliqua. Centũ viginti numerꝰ p
fectionem legis & euãgelii per figuram oſtẽ
dit. Vnde legis lator moyſes centũuiginti ã
norum eſſe deſcribitur. & ſpiritꝰ ſanctus in
die pẽtecoſtes deſcendit ſuper centũ viginti
animas credẽciũ qui fuerũt in cenaculo ſion
congregati. Nam legũtur ante diluuiũ cen
tũuiginti anni ad penitẽciam hominibus de
creti: & ſalomoniaci tẽpli altitudo cẽtũ xx .
cubitoꝝ erat. Hoc aũt quod omnis templi al
helitici exploratores ī libro numeri de terra
repromiſſionis malūpunicum cum botro pa
riter & ficis portabant : & in exodo . In orna
mento ſacerdotis malapunica tintinnabulis
aureis coniungi precipiuntur . Malum autē
punicum ſignificat cetum ſanctoꝝ & electo
rum virorum . vnde ſponſa ad ſponſū ī cātico
cāticorum dicit . ſicut cortex malipunici ge
ne tue . abſqꝫ occultis tuis . Gene ſancte eccle
ſie ſpiritales ſūt patres : qui virtutibus ſunt
mirabiles & moribus venerabiles . & ī cruce
criſti gloriari non erubeſcentes . & hec mag
na ſūt valde que vidētur ī ea : ſed multo ma
iora que non videntur & ī futura reſeruant̄
Poteſt & ī malo granato ītelligi eccleſia de
multis gentibus congregata . ſiue diuerſas ī
ſe gratias habens . vnde in canticis canticoꝝ
de ea ſcriptum legitur . emiſſiones tue para-
diſus malorumgranatorum cum fructu po-
morum . Ficus latine a fecunditate vocatur .
feratior eſt enim arboribus ceteris . nam ter
quaterqꝫ per ſingulos annos generat fructū
atqꝫ altero matureſcente alter oboritur : hic

& carice a copia nominate ſūt . ficus miſticē
ſignificat ſinagogam iudeorū vt eſt illud in
euangelio . Arefacta eſt cōtinuo ficulnea . &
in abacuch . ficꝰ inquit non afferet fructū . &
nō erit generatio ī vineis & cetera . Ficus vi
nee & oliua erat ſynagoga iudeoꝝ . quando
dulcedinem bone operacōis . flagrātiā ferui
de dilectionis . pinguedinem animi miſericor
dis . deo deuota proferebat : ſed hec ficus do
mino ad eam tercio veniente hoc eſt in legis
lacōe per moiſen ī ſedula increpatione & ex
hortacōe per ꝓphetas . ī oblacōe gratie per
ſeipſū virtutis fructū ferre neglexit . prop-
ter qđ ad maledictionem eius eterna aridita
te damnata eſt . Item ficus priſca lex vnde
dicitur ī euāgelio . Homo quidam plantauit
vineam hoc eſt plebem iudaicam : & ī vinea
plātauit ficū . Folia ficus aſperitas eſt legis
vel prurigo viciorū . hinc eſt illud in geneſi .
& ſūpſerūt folia ficus & fecerūt ſibi perizo
mata hoc eſt ſuccinctoria genitaliū . Capri
ficus appellata eo quod parietes q̄bus ī naſci
tur carpat . rūpit enim & prodit ex latebris
quibꝫ concepta eſt . Alii caprificū putant di
ctum . quod ficus arbor eius remedio fecū-
detur . Morus a grecis vocata quām latini
rubū appellant eo ꝙ fructꝰ vel virgulta eiꝰ
rubent . Eſt enim mora ſilueſtris fructꝰ afſe
rēs . q̄bus ī deſerto paſtoꝝ fames ac penuria
confouet̄ . huiꝰ folia ſuperiactata ſerpēti fe
rūtur interimere eū . Rubꝫ ergo vt quidam
opinant̄ marie virginis prefiguracōne coꝙ
quaſi de humani corporis rubo . ſaluatorem
tanqꝫ roſam emiſerit . aut ꝙ vim diuini ful-
goris ſine ſui conſūptione pertulerit . Vnde
in exodo legit̄ . Apparuit dominꝰ moyſi ī flā
ma ignis de medio rubi . & videbat quod ru
bus arderet & non cōbureret̄ . Sicomorꝰ ſic̄
& morus greca nomina ſūt . dicta aūt ſicomo
rus eoꝙ ſint folia eius ſimilia moro . Hanc
latini celſam appellāt ab altitudine quia non
eſt breuis vt morus . Alii aūt dicūt eam ficū
eſſe ſilueſtrē . Vnde amos propheta ad ama
ſiam ait . Non ſū propheta . nec filiꝰ ꝓphete .
ſed cū eſſem armētarius . & ruborum mora
ſtringerem . tulit me dominꝰ ſequētem gre
ges . Hoc dicēdū eſt quod humilem paſtorē
& ruſticum aſſumpſerit dominꝰ . & miſerit
ad populū ſuū iſrael & preceperit ei vt egre
deretur de terra ſua . & ſamariam pergeret
Item ſicomorus vana ſcientia . In hieremia .
habitabūt dracones hoc eſt demones cum fa
tuis ficariis . Item ī bonam partem aſcendit
zacheus ī arborem ſicomoꝝ . Nux appellata
quod vmbra vƚ ſtillicidium foliorū eius ꝓxi
mis arboribꝫ noceat . hanc alio nomine latini

ioglandem dicunt. quaſi iouis glãdem. fuit
enim hec arbor cõſecrata ioui cuius pomum
tantã vĩ habet vt miſſum ĩter ſuſpectos her
barum vel fungorũ cibos. quicquid ĩ eis vi-
rulentum eſt. elidet. rapiat. atqꝫ extiguat.
Nuces autẽ generaliter dicũt. omnia poma
tecta corio duriore. vt pinee. nuces. auella-
ne. glandes. caſtanee. amigdale: hinc & nu
clei dicti ꝙ ſunt duro corio tecti. At contra
poma omnia mollia mala dicta. ſed cũ adie-
ctione terrarum ĩ quibus antea nata ſũt. vt
perſica. punica: maciana. cidonia. & cetera.
Miſtice aũt nucis arbor ſignificat eccleſiam
vł ſanctum virum dulcedinem fructuũ virtu
tum ĩ abdito cordis geſtantem. Vnde ſpõſa
in cantico canticorũ dicit. Deſcendi ad ortũ
nucum vt viderem poma conuallium. Ortus
& enim nucũ eccleſia eſt preſens vbi noſtras
conſcientias alterutrũ minime videmus. ſed
fracta per temptationem teſta corporis. ap
parebit interne dulcedinis guſt9. Poma cõ
uallis fructus eſt humilitatis. deſcẽdit ſan
cta eccł'ia ꝑ doctores ſanctos. vt videat qui
proficiãt ad fructus bonos. qui ue adhuc in
digeant doctrine irrigacõe. Item nuces ĩcar
natiõẽ domini ſaluatoris. ſiue miſteriũ ſan
cte trinitatis vt quidam putant ſignificant
Vñ ĩ libro numeri de virga aaron ita legitur
& germinauit nuces. Amigdala grecũ no-
men que latine nux longa vocatur. hanc alii
nuculã vocant quaſi minorem nucem de q̃
virgilius. Cum ſe nux plurima ſiluis induit
in florẽ: cunctis enĩ arboribus prior ſe flore
cõueſtit. & ad inferẽda poma arbuſta ſequẽ
tia preuenit. Vnde & primitiuã eccleſiã que
ex iudeis credidit ſignificat. de qua ſalomõ
ait. florebit amigdalum: que ſententia & ali
ter iuxta allegoriam ĩtelligi poteſt Dicit enĩ
eccleſiaſtes. florebit amigdalũ impinguabit̃
locuſta. & diſſipabit̃ capparis. quoniã ibit
homo ĩ domũ eternitatis ſue. Tradunt ꝑ hec
humanorũ membrorũ fieri ſignificantiam.
nam in flore amigdali canos capillos ĩ impin
guatiõe locuſte humorem pedum. ĩ diſſipa
tione capparis cõcupiſcentie frigus oſtẽdit
que cum ſeni ĩ poſtreme etatis tempore ac-
ciderũt. tunc neceſſe eſt vt in terram id ē q̃i
in eternitatis ſue domum redeat. Bene q̃qꝫ
hanc eternitatis domum illã futuram terrã
accipimus de qua ſcribitur. placebo domino
in regione viuorum. Legit̃ iacob patriarcha
tuliſſe virgas populeas virides. & amigdali
nas. & ex platanis atqꝫ ex parte eas decorti-
caſſe & poſuiſſe in canalibus vbi effundebat̃
aqua ante oues: vt cum veniſſent. greges ad
bibendum. coram ſe haberẽt virgas vt in aſ
pectu earum conciperent. Quid ē virgas vi
rides amigdalinas. atqꝫ ex platanis ante ocu
los gregum ponere: niſi per ſcripture ſeriẽ
antiquorũ patrum vitas vel ſententias. ĩ ex
emplum populis prebere. Que nimirum q̃a
iuxta rationis examen recte ſũt. virge nomi
nãtur. quibus ex parte corticem ſubtrahit.
vt ĩ his que expoliantur intimus candor ap
pareat. & ex parte corticem ſeruãt ſicut fu
erãt exteri9 ĩ veritate permaneãt. variuſqꝫ
virgaꝝ color efficitur dum cortex ex parte
ſubtrahitur. & ex parte retinet̃. Ante conſi
deracõis enim noſtre oculos precedentiũ pa
trum ſentẽtie quaſi virge varie ponũtur. In
quibus dum plerũqꝫ intellectum litere fugi
mus quaſi corticem ſubtrahimus. & dũ ple
rũqꝫ intellectũ litere ſequimur quaſi corticẽ
reſeruam9. Dumqꝫ ab ipſis cortex litere ſub
trahitur. allegorie cãdor ĩterior demõſtrat̃.
& dum cortex relinquit̃ exterioris intelligẽ
tie virentia exempla monſtrãtur. quas bene
iacob ĩ aque canalibus poſuit. quia & redẽp
tor noſter ĩ libris eas ſacre ſcientie quibus
nos ĩtrinſecus ĩfundimur fixit. Has aſpiciẽ
tes arietes cũ ouib9 coeũt quia racionabiles
noſtri ſpiritus intellectus dum ĩ earũ inten-
tione defixi ſũt. ſingulis quibuſqꝫ actionib9
permiſcentur vt tales fetus operũ procreẽt
qualia exempla precedẽtium ĩ vocibus pre-
ceptorum vident. Caſtaneam latini a greco
appellãt vocabulo. hãc enĩ greci caſtaneam
vocãt ꝓpter quod fructus ei9 gemini ĩ mo
dum teſticulorũ intra folliculũ recõditi ſũt
qui dũ eiciũtur quaſi caſtrantur. Hec arbor
ſimul vt exciſa fuerit tanquã ſilua expullula
re cõſueuit. Hec arbor cõtinentium cetũ ſig
nificare poteſt qui ꝑ caſtitatem corpis mul
tos virtutũ fructus affert. Ilex ab electo vo
cata. huius enim arboris fructũ homines ṗ
mum ad victum ſibi elegerũt. vnde & poeta
mortales primi ructabãt gutture glandem
Prius enĩ quam fromẽti vſus eſſet antiq̃ ho
mines glande vixerũt. Ilex vero miſterium
tenet crucis criſti. vnde legit̃ ꝙ abraham
habitauerit ad ilicem mambre quia ĩ miſte
rio prefigurabat paſſionem criſti. Fagus &
eſculus arbores glãdifere ideo vocate credũ
tur ꝙ fructib9 earum olim homines vixerẽt
ac cibum ſũpſerũt. eſcamqꝫ habuerũt. Nam
eſculus ab eſca dicta. fagus vero a greco vo
cabulũ traxit. Fage autẽ grece comedere di
citur ĩ quo facto admonemur abſtinẽtie ope
ram dare vt magis ſtudeamus parco victu
contenti eſſe. q̃ꝫ carnalibus epulis auide in
cũbere. Silicum quam latini corrupte ſiliqꝫ
vocant ideo a grecis tale nomẽ accepit. eoqꝫ

ligni eius fruct9 ſit dulcis. ſilo quippe dicūt
lignū. licon dulce hui9 arboris pomis ſucus
expreſſus accacia dicitur a grecis. Miſtice
autem ſiliqua aut voluptatem mūdi aut ſapi
entiā ſecularem ſignificat. vnde luxurioſ9 fi
lius ī euāgelio legitur dū paſceret porcos &
egeret fame ꝙ concupiſceret ſiliquas q̄s por
ci māducabāt & nemo illi dabat. Demonum
enī cibus eſt ebrietas. luxuria. fornicatio. &
vniuerſa vicia hec blāda ſūt & laſciua & ſen
ſus voluptatem demulcent. ſtatimq; vt ap/
paruerūt ad vſum ſui prouocāt. quibus ideo
luxurioſus adoleſcēs nō poterat ſaturari. qa
ſemper voluptas famen ſui hābet. & tranſa
cta non faciat. & ſatanas cum aliquē ſua arte
ceperit & proprium ei impoſuerit iugū. vlt
ad viciorū abundanciam prouocare non pro
curat ſciens eſſe iam mortuum ſicuti multos
idolatras videmus panis miſeria & egeſtate
cōfectos. Item demonū cibus eſt carmina po
etarū ſecularis ſapientia. rethoricoꝝ pompa
verborum. hec ſua omnes ſuauitate delectāt
& dū aures verſibus dulci modulatione cur
rentibus capiūt. animam quoq; penetrāt. &
pectoris īterna deuincunt. Verum vbi cum
ſūmo ſtudio fuerūt ac labore perlecta nihil
aliud niſi inanē ſomnum & ſermonum ſtrepi
tum ſuis lectoribus tribuūt. nulla ibi ſaturi
tas veritatis. nulla iuſticie refectio repperi
tur. ſtudioſi earum in fame veri & virtutum
penuria perſeuerāt. Piſtacia dicitur q̄d cor/
tex pomi eius nardipiſtici odorem referat
de quo ī ſequētibus dicem9. Pinus arbor pi
cea ab acumine foliorū vocata: pinum enim
antiqui acutum nominabāt. pinū autē aliam
pitim aliam greci peuten vocāt quam nos pi
ceam dicimus. eoq; deſudet picem. nā & ſpe
cie differūt. In germanie aūt inſulis hui9 ar
boris lacrima electrum gignit. gutta enī de
fluens rigore vel tempore ī ſoliditatem du/
reſcit & gemmā facit de qualitate ſua & no
men accipiens id eſt ſucinū eoq; ſucus ſit ar/
boris. Pinus creditur prodeſſe cunctis que
ſub ea ſeruātur. ſicut ficus noccre omnibus.
Poteſt autem timor gehenne per pinum
piceam ſignificari quia ſcut pinus arbori/
bus creditur prodeſſe cunctis que ſub ea cō
ſiſtunt: ſic timor gehenne illis proderit qui
propter timorem penarum agunt peniten/
tiam peccatorū ſuoꝝ. Econtrario vero ficus
hoc eſt carnalis luxus nocet omnib9 qui ſecū
tur & abutuntur rebus conceſſis per illece/
bram voluptatum. Item pinus leues in eccle
ſia ſignificat. & ad omne opus bonum para/
tos. vnde ī iſaia ita legitur. Abies & bux9 &
pinus ſimul. Rurſum pin9 diuites ſeculi hu

ius ſignificat vt ſupra. Pix inquinamentum
& nigredo delictorū. In ſalomone. qui tāgit
picem inquinabitur ab ea. Abies dicta ꝙ p̄
ceteris arboribus longe eat & in excelſū pro
mineat. cuius natura expers eſt terreni hu
moris ac per inde habilis atq; leuis. de qua
virgilius. & caſ9 abies viſura marinos. quia
ex ea naues fiūt. hanc quidam gallicū vocāt
propter candorem: eſt autē ſine nodo. Abies
vero propter altitudinem ſui & robur diu
durabile mētem electorū ī ſima queq; deſide
ria ſpernētem & celeſtium cōtemplacōi ſem
per intentam virtute quoq; pacientie ſingu/
lariter excellētem non īcongrue demōſtrat.
Vnde in libro regum ſcriptum eſt de ſalomo
ne ac tēpli edificacōe. & texit īquit pauimē
tum tabulis abiegnis veſtiuit eas auro. Auri
autem lammine que marmori ac tabulis ſūt
abiegnis ſuperpoſite ipſa eſt latitudo cari/
tatis de corde puro & cōſciētia bona & fide
non ficta. que ſicut aurū aliis precioſius eſt
metallis: ita ceteris eximior virtutibus in tē
plo dei ſingulari luce refulget. Item ī aliam
partem in zacharia ſignificatio abietis ē vbi
dicitur: Vlula abies quia cecidit cedrus. Ce
drus quā greci cedroſin vocāt id eſt arboris
humor ardentis cuius folia ad cipreſſi ſimili
tudinem reſpondēt: lignum vero iocūdi odo
ris eſt. & diu durās nec a tinea vnquā exter
minat̄. de quo plius. & cedro digna locutus
eſt ſcilicet propter durabilem perpetuitatē
Vnde & ī templis propter diuturnitatē ex
hoc ligno laquearia fiunt. huius ligni reſina
cedria dicitur que ī conſeruandis libris a deo
eſt vtilis vt pliti ex ea nec tineas paciantur
nec tempore conſeneſcāt: naſcitur in creta af
frica atq; ſiria. Cedrus nāq; vt dixim9 arbor
eſt impitribilis omnino nature odoris iocūdi
aſpectus nitidi. ſerpentes accenſa nidore fu/
gans ac pimens. que vniuerſa perfectis qui/
buſq; conueniūt quoꝝ inſuperabilis eſt paci
entia. fama virtutum eximia: preſentia cun
ctis gratiſſima bonis auctoritas ad reuincen
dos confutandoſq; eos qui veritati reſiſtūt.
conſtātiſſima qui & ī hac vita & ī futura ſin
gulari preceteris ſanctis eminentia fulgēt.
Nempe cedrus criſtum ſiue ſanctam eccleſi
am miſtice ſignificat. Vn̄ ī eccleſiaſtico ſcrip
tum eſt. ſicut cedrus exaltata ſum ī libano.
Item cedr9 ꝓphetas atq; apoſtolos tipice fi
gurat. Vnde dicitur ī pſalmo. ſaciabunt om
nia ligna ſiluarū & cedri libani quas plātaſti
illic paſſeres nidificabūt hoc ē viri ſpūales
in doctrina prophetarū & apoſtolorum con
uerſantur. Item cedri ſupbos hereticos. ſiue
philoſophos. ſeu etiam demones figurāt: vn̄

ſcriptum eſt in pſalmo. Vox domini confrin
gentis cedros. & confringet domin9 cedros
libani. & cõminuet eas. Et ĩ yſaia ſup omnes
inquit cedros libani & erectas. Ciparíſſus
grece dicitur ꝙ caput eius a rotunditate in
acumen erigitur. vnde & conon vocat̃ id eſt
alta rotunditas. hinc & fructus eius conus
quia rotunditas eius talis eſt vt conum imi
tetur. Vnde & cõifere cipariſſi dicunt̃. hui9
lignum cedro pene proximam habet virtu
tem temploꝝ quoq; trabibus aptum ĩpenet̃
bili ſoliditate nunquã oneri cedit. ſed ea que
ĩ principio fuerit firmitate pſeuerat. Antiq
cipreſſi ramos ꝓpe rogum ↄſtituere ſolebãt
vt odorem cadaueꝝ dum vrerent̃ opprime-
rent iocunditate odoris ſui. Cipreſſus etiã ĩ
coq; medendis apta eſt corpꝰum paſſionibus
quod ſue vneuſtatẽ come nullo vẽtoꝝ ĩpulſu
deponit. ↄſtãtiam exprimit coꝝ ꝙ actionem
qui altioribꝰ virtutum ornati bus ſanctam ec
cleſiam decorant. Cipreſſus nãq; xp̄m vel ec
cleſiam ſignificat vnde eſt illud. ſicᷝ credrus
exaltata ſum ĩ libano & ſicut cipreſſus ĩ mõ
tibus ermon. Item cipꝰſſus ꝓphetas vl̃ patri
archas vel doctores ſanctos figurat. vnde in
cantico canticoꝝ ſponſa dicit. Tigna domoꝝ
noſtrorum cedrina. laquearia noſtra cipꝰſſina
Tigna & laquearia doctores ſũt ĩ ſancta ec-
cleſia propter munimẽ & decorem. cedrina
& cypreſſina. propter eximias virtutes eoꝝ
& odorem bone vite. Iuniperus grece dicta
ſiue ꝙ ab amplo in auguſtum finit vt ignis
ſiue ꝙ conceptum diu teneat ignem. adeo
vt ſi prune eius ex eius cinere fuerit operte
vſq; ad annũ perueniãt. pir enĩ apud grecos
ignis dicitur. De hac arbore ĩ libro iob ſcrip
tum eſt. radix iuniperorũ erat cibus eorum
Arbor nanq; iuniperi pro folijs pũctiones ha
bet: ſic quippe ſũt hirſuta que profert vt ſpi
nis ſimilia contrectantẽ pũgere valeant. Spi
na vero eſt omne peccatum quia dum trahit
ad delectationẽ quaſi pũgendo lacerat mẽtẽ
quid ergo per radicem iuniperi niſi auaricia
deſignatur: ex qua peccatorum omniũ ſpine
producũtur. De qua & per paulum dicitur.
radix omnium malorũ cupiditas. Ipſa quip-
pe latẽter oritur ĩ mẽte ſed punctiones pec
catoꝝ omniũ patenter ꝓducit ĩ opera. Ebe
nus ĩ india & ethiopia naſcitur que ceſa du-
reſcit in lapidem cuius lignũ nigrum eſt. &
cortex leuis vt lauri: ſed indicum maculoſũ
eſt ĩ paruulis diſtinctionibus albis ac fuluis
ethiopicum vero qd̃ preſtãtius accipitur in
nullo eſt maculatum. ſed eſt nigrum lene &
corneum. Platanus a latitudine foliorum di
cta vel qd̃ ipſa arbor patula ſit & ampla. nã

platos greci latum vocãt. Expreſſit hui9 ar
boris ſcriptura & nomẽ & formam dicens.
quaſi platanus dilatata ſũ ĩ plateis. eſt autẽ
tenerrimis folijs ac mollibus & vitium ſimi
lis. Miſtice aũt hec arbor dominum xp̄m ſig
nificat. qui ĩ toto orbe ĩ membris ſuis dilata
tur. & manſuetudinis atq; ĩnocentie ſue vbi
q; fidelibus ſalutifera monſtrat exempla. de
quo ĩ pſalmo ſcriptum eſt. Et erit tanquã lig
num quod plantatũ ẽ ſec9 decurſ9 aquarũ.
Pene vt arbitror ligno fructifero cõparatus
eſt dominus criſtus propter crucẽ quã ꝓ ho
minum ſalute ſuſcepit. Item platan9 ſanctos
ſignificat ĩ ſermone predicacõis quaſi dilata
tos folijs vnde legitur ĩ ezechiel. Platani no
erũt eque frondibus eius. Quercus ſiue qui
rinus vocat̃ ꝙ ea ſoliti erãt dij gentium que
rentibus reſponſa precanere arbor multum
annoſa ſicut legitur de quercu mambre ſub
qua habitauit abrahã que fertur vſq; ad con
ſtantini regis imperiũ per multa ſecula pdu
raſſe. Huius fructus galla appellatur ex qui
bus vna agreſtis. Robur autem generaliter
dicitur ex omni materia quicquid eſt firmiſ
ſimum. Poteſt hec arbor tipice ſigĩficare pa
cientiam atq; lõganimitatẽ ſanctorũ qua for
titer ipſi omnia aduerſa ſuſtinẽtes. ĩ conſtã
tia animi ſui perſeuerãt. & equanimiter om
nia ferũt. Per quercũ vt dixi ſancti fide atq;
virtutibus robuſti ĩ yſaia miſtice deſignãtur
vbi ita legitur. Et erit oſtẽſione ſicut tere
binthus. & ſicut querc9 que expãdit ramos
ſuos. Item ĩ aliã partẽ. & ſuper omnes quer
cus inquit baſan. Fraxinus vocari fertur qd̃
magis ĩ aſpera loca montanaq; fraga naſcat̃.
Hinc per diriuationẽ fraxinus ſicut a mõte
mõtanus: de qua ouidius. & fraxinus vtilis
haſtis. Poteſt autem ſignificare arma virtu
tum quibus vtuntur ſancti contra hoſtes ſu
os. Taxus venenata arbor vnde & toxica ve
nena exprimunt̃. ex hac arcus parthi & alie
gentes faciũt. Vnde & poeta iſta reos tax9
torquetur ĩ arcus. hec arbor poteſt dolos &
venenata dogmata hereticorũ exprimẽ que
pariunt mortem & afferũt interitum his q
in hijs leſi fuerit. Alnus vocat̃ quod alatur
amne. proximo enĩ aque naſcitur nec facile
extra vndas viuit. Hinc & tenera & mollis
quia ĩ humecto loco nutritur. Vlinus nomẽ
accepit ꝙ vliginoſis locis & humidis meli9
proficit. Nam ĩ montanis & aſperis min9 le
ta eſt. Poſſunt aũt hee due arbores illos ſig
nificare qui irrigacõe ſacrarum ſcripturaꝝ
& humilitate morum magis proficiũt ꝙ illi
qui ĩ potentia ꝓpria confidunt. Populus di
cta ꝙ ex ei9 calce multitudo naſcatur. cuius

genus duplex eſt. Nam altera ẽ alba. altera
nigra. Alba autem populus dicta quia folia
eius vna parte ſunt alba. altera viridia Hec
ergo bicolor habẽs quaſi noctis & diei notas
que tempora ortu ſolis occaſuq̨ conſtãt. Ge
nerant etiam reſinam circa eridanũ fluuium
velut alii narrãt ĩ finibus ſirie. Populus vir
gulta caſtitatis vt quidã volũt ĩ leuitico ſig
nificat. & ĩ malam partem illud accipitur. ĩ
oſee vbi dicitur: ſubtus populum & terebin
thum quia bona eſt vmbra eius. Tiliã dicũt
vocatam eo quod vtilis ſit ad vſum telorum
nitore & leuitate iaculandi. Eſt enim genꝰ
materie leuiſſime que & apibus ad mel cõfi
ciendum vtillima eſt: ſic & ĩ doctoribus mã
ſuetudo laudabilis eſt. & valde ſuauis eſt ꝑ
dicatio verbi. Salix dicta ꝙ celeriter ſaliat.
hoc eſt velociter creſcat: arbor lenta vitibus
habilis viciendis. cuius ſeminis hanc dicunt
eſſe naturã vt ſiquis illud ĩ poculo hauſerit
liberis careat ſed & feminas ĩfecundas effi-
cit. Salices iuxta miſterium fideles ſũt ĩ ec
cleſia prope fluenta diuine predicacõis radi-
cati. ĩ iſaia vbi dicitur. & quaſi ſalices iuxta
fluentes aquas: Itẽ ſalices homines infructu
oſi ſũt. vnde eſt illud ĩ iob: circumdabunt eũ
hoc eſt diabolũ ſalices torrentis. & alibi: ad
torrẽtẽ ſalicem deducẽt eos. Populꝰ aũt &
ſalix & tilia molles materie ſũt & ad ſculp-
turam apte. De populi autem ſignificatione
& ceteraꝝ iam ſuperius dictum eſt. Mirice
quã latini tramaraciam vocant ex amaritu-
dine nominata: guſtus enĩ eius nimis amarꝰ
eſt. Hec arbor in ſolitudine & ſaxoſa humo
naſcitur: ex qua etiam arbore maleficiis arti
bus miſtra id ẽ odia concitari dicuntur. De
hac arbore ſimilitudo ducitur ĩ hieremia ꝓ-
pheta qui ait. hec dicit dominus. maledictꝰ
homo qui confidit in homine & ponit carnẽ
brachium ſuũ. & a domino recedet cor eius
Erit enim quaſi mirice ĩ deſerto & non vide
bit cum venerit bonum. ſed habitabit ĩ ſicci
tate in deſerto ĩ terra ſalſuginis & inhabita
bili. hoc de populo dicitur iudeorũ qui habi
tant in deſerto fructuſq̨ non faciũt & ſũt in
terra ſalſuginis que nullos fructꝰ facit. & ĩ
habitabili que hoſpitem non habet deum.
nec angelorum preſidia nec ſpiritꝰ ſancti gra
tiam. nec ſcientiam magiſtroꝝ. Mirtus a ma
ri dicta eoq̨ magis litorea arbor ſit. vnde &
virgilius. litora mirtis letiſſima & amantes
litora mirte. hinc eſt ꝙ & a grecis mirtee di
cuntur. medicorũ autem libri hanc arborem
aptam ſcribunt mulieꝝ neceſſitatibus pluri
mis: mirtus enim populũ gentiũ ſignificat.
Vnde huius arboris mentio fit in zacharia

propheta vbi ita legitur. & ecce vir aſcẽdẽs
ſuper equum rufum & ipſe ſtabat inter mir
teta que erãt ĩ profundo & cetera. Hũc viꝝ
hebrei michahelem archangelum putãt qui
vltor iniquitatum & peccatorum ſit ĩ iſrael
& qđ ſteterit inter mirteta que erãt in pro
fundo. ĩtelligi volũt prophetas & ſanctos q
in medio capti populi conuerſabanẽ & erãt
in ꝓfundo. Lentiſcus quod cuſpis ipſiꝰ lẽtꝰ
ſit & mollis. nam lentum dicimus quicquid
flexibile eſt. Vnde & lentum vimẽ & vites
virgilius. & lenti vites: pro flexibiles. Huiꝰ
fructus oleum deſudat. Cortex reſinã que
maſtix appellatur. cuius plurima & melior ĩ
chio inſula gignitur. Lentiſci enim mẽtio ẽ
in danielis libro vbi ſuſanne hiſtoria ſcripta
eſt. & vbi de ſcino & prino. reſpõſio ꝓbite
rorum oſtẽdiẽ. Latini enim ſcinum & prinũ
ilicem & lentiſcũ. interpretantur quoꝝ ſenſꝰ
ibi manifeſtatur. Terebinthus arbor grecũ
nomen generãs reſinam omniũ reſinarũ ꝓſtã
tiorem. Legitur & ĩ geneſeos ꝙ patriarcha
iacob conuocata omni domo ſua iuxta ꝑcep-
tum domini dixerit ad eos. Abicite deos ali
enos qui ĩ medio veſtri ſũt. & mũdamini ac
mutate veſtimenta veſtra. ſurgite & aſcen
damus in bethel vt faciamus ibi altare dño.
qui exaudiuit me ĩ die tribulacõis mee & fu
it ſociꝰ itineris mei. Dederũt ergo ei omnes
deos alienos q̃s habebãt & ĩaures que erãt
in auribus eoꝝ. At ille infodit eas ſubter te
rebinthum que eſt poſt vrbem ſichẽ: ꝙ ſigni
ficat eccleſiam omnia ſimulacra gentiliũ abi
cere & perpetue obliuioni dãpnando illa tra
dere vt ſolius & vnꝰ veri dei cultꝰ vbiq̨ ce
lebris fiet. Terebinthus ſancti vt ĩ iſaia. &
erit ĩ oſtẽſione ſicut terebinthus. Item ĩ aliã
partem vt in oſee: ſubtus populum & terebĩ
thum. quia bona erat vmbra eius. Buxꝰ gre
cum nomẽ eſt. ex parte a latinis corruptum:
pixios enĩ appellatur apud eos arbor ſemper
virens. & lenitate materie elementoꝝ apici
bus apta. Vñ & ſcriptura dicit. ſcribe buxo
& diligenter ĩ libro exara illud. Buxus aũt
lenes ĩ eccleſia ſignificat qui licet fructꝰ ſpi
rituales minime habeãt tamẽ perpetua fidei
ↄfeſſione virent. vnde eſt illud ĩ iſaia. Abies
& buxus & pinus. Arũdo dicta qđ cito areſ
cat. hanc veteres cannã vocauerunt. arundi
nem poſtea varo dixit. Sciendum ſane ꝙ lati
num canna de ligua hebrea nomem ſumpſit
apud eos enĩ calamus canna dicitur. Arũdo
autem ſignificat mirabilitatem humane mẽ
tis. Vnde dominus dicit de iohanne ad iude
os. Quid exiſtis ĩ deſertum videre. arũdinẽ
vento agitatam. Sed iohannes arundo vẽto

agitata nō erat: qui nunq̄uā ī alteram partē
flecti poterat & nec laudibus vanis fauebat
nec aduerſitatibus cedebat. Arundo aurea
incarnacōem ſaluatoris ſigīficat ſiue diuinā
ſcripturam vt ī apocalipſi & ī manu ei9 arū
do aurea. Item calamus predicacō ſanctorū
eſt vt in iſaia. orietur viror calami & iunci.
Iuncus fidelis eſt ī eccleſia iuxta fluenta di-
uine legis ſemper morans. vt ī iob. Nūquid
uirere poteſt ſcirpus abſq̧ humore: aut creſ
cit carectum ſine aqua. Paliurus herba aſp-
rima & ſpinoſa. paliur9 eſt defenſio peccati
ſiue īpuritas mētis. Vnde ī yſaia & paliur9
in municionibus eius. qui rect9 eſt in eis ſic
paliurus. & ſicut ſpine de ſepe. Ramnus ge
nus eſt rubi quam vulgus ſenticem vrſinam
appellat. aſperum nimis & ſpinoſum. ſentix
dicta a ſitu quod ē terra inculta ī qua ſenti-
ces ſpineq̧ naſcūtur. Maiores aūt noſtri om
nem arborem ſpinoſam veprem dicebāt ꝙ vi
prendat: de ramno igiē ita ī pſalmo legitur.
priuſq̄uā producant ſpine veſtre ramnos ſi-
cut viuētes ſic ī ira abſorbet eos. Ergo rān9
vt diximus ſpinarū genus eſt permoleſtum
q̄d prius ī herbam molliſſimā pubeſcit. ſꝫ vbi
adulta etate coaluerit. ramuſculos producit
acuminatos poſteaq̧ eius ſudes dureſcūt in
arborum firmitatē. Hoc ergo iudeis p̄ſens
ſententia cominatur. ꝙ prius abſorbeantur
q̄ꝫ longa etate eorum malicia conualeſcat.
ſicut & ī alio loco de talib⁊ dicitur. Viri ſan
guinum & doloſi non dimidiabūt dies ſuos.
Sequitur ſceleritas perdicōnis eorum ſicut
viuentes ſic in ira abſorbet eos. Bene dixit
ſicut viuentes. quia viuere videntur. & mor
tui ſūt. omnis enim peccator ī prauitate de
gens veritati moritur. Spinas enim diuicias
& ſolicitudines ſeculares ipſe dominus cum
expoſuiſſet parabolam ſementis īterpretatē
in euāgelio dicens quod aūt ī ſpinis cecidit
hi ſūt qui audierūt verbum & a ſollicitudini
bus & diuiciis & voluptatibus vite euntes
ſuffocnatur & non referūt fructum. Simili
ter ſpine iuxta allegoriā viciorum ſordes ex
primere poſſunt. que pungunt illicitis deſi-
deriis mentē humanam & ad peccandum ꝓ
uocant. Tribuli vero aculei viciorū vl' temp
tationum intelliguntur vt eſt illud ī geneſi:
ſpinas & tribulos germinabit tibi. & ī pro-
pheta peccatum īquit iſrahel lappa & tribu
lus. Vepres ablatio peccatorū ī iſaia omnes
montes qui ī ſarculo ſarientur non veniet il
luc terror veprium & ſpinarū. Vrtice pru-
rigo luxurie ī iſaia. orientur in domib⁊ eoꝝ
hoc eſt ī cordibus reproborū ſpine & vrtice.
Oleaſter dictus ꝙ ſit foliis oliue ſimilibus ſꝫ

latioribus arbor ſilueſtris amara atq̧ infru-
ctuoſa: cui īſertus oliue ram9 vim mutat ra
dicis & vertit eam ī propriam qualitatē. la
crima oleaſtri arboris duplex. Alia enī gum
mi ſimulat ſine vllo q̄litatis morſu: alia am-
moniaci guttam ex diſtillacōe collectā ac re
mordentem. Oliua grece oleon dicitur ex q̄
in latinum tractum eſt vt oliua dicatur. olea
autem ipſa arbor eſt. fructus oliua ſucus ole
um eſt. Arbor pacis in ſignis cuius fructus
diuerſis nominib⁊ appellatur. Oleaſter aūt
infructuoſa arbor ſignificat gentiles: q quā
diu ſine criſto erant. fructum recte fidei &
bonorum operū gignere non poterāt: poſtq̄ꝫ
autem ab errore vetuſto abſciſi ad criſti fidē
conuerſi ſūt. radici patriarcharū & ꝓphetā
rum protinus īſerti ſunt. & facti ſūt ſocii ra
dicis & pinguedinis oliue. de quo apoſtolus
ad romanos ſcribens eleganter diſputat. &
propheta de xp̄i corpore quod eſt eccleſia ca
nens ī pſalterio ait. Ego ſum ſicut oliua. fru
ctifera ī domo domini ſperaui ī miſericordia
dei mei ineternū & ī ſeculum ſeculi. Oleū
enim aliquando gratiam ſpirit9 ſancti ſigni
ficat: aliquando caritatem. & aliquando mi
ſericordiam. & ecōtrario aliam ſignificacōeꝫ
habet. vbi pſalmiſta ait. Oleum aūt peccato
ris nō impinguet caput meum. Eſt enim ole
um ī bonam partem cauſa ſplendoris. pabu
lum luminis. preſtans nitorē pariter & ſalu-
tem. In malam vero partem ſicut hic ponitē.
oleum peccatoris eſt dilectio ſimulata verbo
rumq̧ adulacōnibus & blandimētis noſtras
mētes velut olei pinguedo leniter īgrediēs
rigorem veritatis emollit & ad noxias co-
gitationes amoris ficti potius oſtentacōne ꝓ
ducit. Oliua xp̄s ī eccleſia vn̄ & in eccleſiaſti
co legitē. Sicut oliuā ſpecioſam fructiferam
vocauit dominus nomē tuum. & poſt pauca
exarſit ignis ī ea. Oleum gratia ſpiritus ſan
cti in deuteronomio. ſuxerunt mel de petra
& oleum de firmiſſima petra. & ī iob. petra
mihi fundebat riuos olei & alibi. computreſ
cet iugum a facie olei. Oleum opera miſeri-
cordie vt in pſalmo. & caro mea īmutata eſt
propter oleū. oleū hilaritas mētis vt in euan
gelio. cum ieiunas vnge caput tuū. & ī pſal
terio. vt exhilaret faciem eius in oleo. Oleū
teſtimonium conſcientie bone vt in euāgelio
Prudētes autem ſūpſerūt oleum in vaſis ſu
is: oleum ſermo deceptoris. ī pſalmo: oleum
autem peccatoris non impiguet caput meū.
Oleum hereticorū ſubtilis & blanda decep-
tio: ſicut in ſalomone de eadem praua doctri
na dicitur. nitidius oleo guttur eius. & in
oſee. & oleum in egypto ferebant. hoc eſt

ad ſeculariũ mẽtes decipiendas. Vnguentũ
nomen ſaluatoris. In ſalomone. vnguentum
effuſum nomen tuum. Vnguẽtum gratia ſpi
ritꝰ ſancti. in ſalomone: muſce moriture id ẽ
demones. exterminãt vnguẽtum ſuauitatis
Vnguentum chriſmatis vnctio. In pſalterio
vt quidã volũt a fructu frumẽti & olei mul
tiplicati ſunt: & ĩ exodo plurima de hoc nar
rantur. Oleum fomentum blandicie ĩ predi
catione diuina. in euangelio. & appropians
alligauit vulnera eius: infundens vinũ & ole
um. Amurca olei pars aquoſa ab emergẽdo
dicta id ẽ ꝙ ab oleo ſe emergat. & fex ſit eiꝰ
hanc greci amircen vocant. ex latina ligua
trahentes. Gummen grecum nomen eſt hoc
enim illi gũmi dicunt. Reſinam greci retinã
vocãt. rethi enĩ grece dicitur quicquid ma
nat. Eſt enim lacrima ſudore exalata ligno-
rum vt ceraſi. lẽtiſci balſami vl' reliquarum
arborum ſiue virgultorũ que ſudare ꝓdunt
ſicut & odorata oriẽtis ligna ſicut gutta bal
ſami ac ferularum vel ſuccinorũ cuius lacri-
ma dureſcit ĩ gemmam. Prima eſt reſina te
rebintina omnium preſtãtior. Affertur aũt
ex arabie patria atq; iudea & ſiria cipro &
affrica ex inſulis quoq; cicladibus: ſecunda ẽ
lẽtiſcina que mirtix vocatur. hec ex chio ĩ
ſula deportatur. tercia pinalis.

De aromaticis arboribꝫ. .vii.

Aromata ſũt queq; flagrantis odoris
que india vel arabia mittit. ſiue alie
regiones. Nomẽ autẽ aromata trax
iſſe videntur ſiue qđ aris impoſita diuinis ĩ
uocationibus. apta videant: ſeu ꝙ ſeſe aeri
inſerere ac miſcere probantur: nam quid eſt
odor niſi aer cõtactus. Aromata varia virtu
tum ornamẽta ſignificant. ſicut ĩ libro regũ
de ſaba regina legitur non ſũt allata huiꝰce
modi aromata ſicͥ ſaba regina dedit ſalomo-
ni: pigmenta varia virtutũ odoramenta vbi
& ſupra: cũ vniuerſis pulueris pigmẽtarii.
Tus arbor arabia ĩmenſa atq; ramoſa leuiſſi
mi corticis ramis ad aeris qualitatẽ. amig-
dale modo ſucum aromaticũ fundens album
& ad maſticationem velut in puluere reſolu
tum. & cum frangitur intus pingue & igni
appoſitum facile ardeſcit. & appellatur apud
nos maſculus coq; ſit natura rotundum. ĩ mo
dum teſticulorũ reliquum planum & pene
ſcabroſum minus optimũ. Adulteratur aũt
mixta reſina ſiue gummi ſed dinoſcitur ſua
proprietate. Nam tus igni impoſitum ardeſ
cit: reſina fumeſcit. Gumen vero liqueſcit ca
lefactum. Tus autem a tundendo dictũ. hoc
& libanum vocatum a mõte arabie vbi ſabei
ſunt. Nam mons eorum libanꝰ dicitur vbi

thura colliguntur. Mirra arbor arabie alti-
tudinis ad quinq; cubitorũ ſimilis ſpine quã
achantum dicunt. Cuius gutta viridis atq;
amara. vnde & nomen accepit mirra & gut
ta eius ſponte manans precioſior eſt. elicita
corticis vulnere vilior iudicatur. Sarmen-
ta eius arabes ignibus fouent: quorũ fumo
ſatis noxio niſi ad odorem ſcoracis occurrãt.
plerumq; ĩſanabiles morbos contrahũt. Mir
ra autem trogodite ab ĩſula arabie dicta vbi
melior colligitur & purior. Diuerſa enim a
romata diuerſas ſpecies ſignificãt virtutum
quibꝫ ſancta decoratur eccleſia. Vnde ĩ cãti
co cãticorum ſcriptum eſt. Que eſt iſta que
aſcendit per deſertũ ſicut virgula fumi. ex a
romatibus mirre & thuris. & vniuerſi pul-
ueris pigmentarii. Miratͤ ſynagoga quomo
do gẽtium populus nullo circumciſionis mi
ſterio emũdatus. nulla prophetarum ammo
nicõe eruditus. ſubito ab ĩfimis voluptatibꝫ
per deſertum gentilitatis & idolatrie. ad al
ta virtutum culmina & ſponſi amplexus aſcẽ
diſſet igne amoris accẽſa omni niſu virtutũ
ad celeſtia tendit. Ex mortificatione carna
lium voluptatum. & puritate orationum &
omnium virtutũ odore. Hinc itẽ ſcriptum ẽ
vadam ad mõtem mirre & ad collem thuris
quia ĩ mirra mortificatio carnis. ĩ thure de
uotio orationis exprimitur. Hinc rurſũ ſpon
ſus dicit. meſſui mirram meam cũ aromati-
bus meis. Per mirrã paſſio vel mortificatio
ꝑ aromata omnes virtutes exprimuntͤ. Me-
tit mirram cum aromatibꝫ quãdo martires
cum ceteris electis ad maturitatem premio
rum ꝓducit. Hinc rurſũ per ꝓphetam de do
mino ſaluatore dictum eſt. mirra & gutta &
caſia a veſtimentis tuis. ſanctum domini cor
pus quoddã deitatis fuiſſe cognoſcitur veſti
mẽtum. Nam ſicut veſtibus cooperiuntͤ mẽ
bra mortalium. ita & maieſtas verbi in fide
lium oculis carnis velamine videbatur abſcõ
di. Ab hoc ergo veſtimento id eſt incarnati
onis archano congrue veniſſe dicitur mirra
gutta & caſia. Mirra mortem ſignificat: quã
pro omnium ſalute ſuſcepit: gutta vero que
dicitur ammoniaca duricias curat aliqua ne
ceſſitate contractas. que pulchre incarnacõi
domini comparatͤ. quia duriciam cordis hu-
mani. ſancta predicacõe diſſoluit. Caſia que
a noſtris fiſtula dicitur redemptio generis
humani per aquã baptiſmatis ĩdicatur. quo
niam hoc herbe genus aquoſis locis dicitur
inueniri his rebus etiãm odor eſt ſuauis. vt
merito ſancte incarnacõi & virtus herbarũ
& odoris ſuauitas comparetur. Gutta vis a
moris dei & arbor caritatitis intelligitͤ vbi

& ſupra. ligamentum gutte dilectus meus
mihi. Storax arbor arabie ſimilis malocedo-
nii cuius virgule inter canicule ortū cauer
natim lacrimam fluūt. diſtillacō ei9 ī terra
cadens munda non eſt. ſed cum proprie cor-
ticis ſcrobe ſeruatur. illa autem que virgis
& calamis īheſerit munda eſt & albida. de
hīc fulua fit ſol' cauſa & ipſa ſtorax calamos
pīgues. reſinoſa odoris iocundi humecta &
veluti melloſum liquorem emittēs. Storax
autem vocata ꝙ ſit gutta arboris profluens
& cōgelata. Nam greci ſtiriam guttā dicūt
grece autem ſtirax latine ſtorax dicit̄. hoc
ergo pigmētum cū ceteris aromatibus dux
erunt filii iſrahel ī egiptum & obtulerūt io
ſeph ꝓ munere ꝙ ſancti viri ī peregrinacōne
huius ſeculi ſaluatori noſtro afferūt dona bo
ne voluntatis & ſacrarum virtutum quibus
ipſe delectatur vt placabilis ſit & annuens
votis eorum. Bdellium īdie & arabie arbor
cui9 lacrima melior arabica. eſt enim lucida
ſubalbida. leuis pinguis equaliter cerea &
que facile mollitur neꝫ ligno vel terra com
mixta. amara. odoris boni. Nam ex īdia ſor
dida eſt & nigra & maiore gleba. Adultera
tur enim admixtum gummi que nō ita ama
rificat guſtū. Maſtix arboris lentiſci gutta
ē hec granomaſtix dicta qa ī modū granoꝝ
eſt. Piperis arbor naſcitur ī india in latere
montis caucaſi qđ ſoli obuerſū eſt. folia iuni-
peri ſimilitudinem habēt. cuius ſiluas ſerpē
tes cuſtodiunt. ſed incole regionis illius cum
mature fuerint incendiunt. & ſic ſerpentes
igne fugantur & inde ex flamma nigrum pi
per efficitur. Nam piperis natura alba ē cu-
ius quidem diuerſ9 eſt fructus. Nam quod ī
maturū eſt, piper longum vocatur. ꝙ incor
ruptū ab igne piper album. ꝙ vero cute ru-
goſa & horrida fuerit. ex calore ignis trahit
& colorē & nomen. Piper ſi leue eſt vetuſtū
eſt. ſi graue nouellum. Vitanda eſt aūt mer
catorum fraus. ſolent enim vetuſtiſſimo pi-
peri humecto argenti ſpumā aut plumbum
aſpergere vt ponderoſū fiat. Aloe in india
atꝫ arabia gignitur arbor odoris ſuauiſſimi
ac ſūmi. deniꝫ lignum ipſius vice thimiama
tum altaribus adoletur vnde & nomen trax
iſſe creditur. De aloe autem ī euangelio de
ſepultura domini ita legitur. Venit ergo io
ſeph & tulit corp9 iheſu. Venit autem & ni
chodemus qui venerat ad iheſū nocte primū
ferēs mixturā mirre & aloes quaſi libras cē
tum. hinc & ī cantico canticorū ſcriptum ē
in laudem ſponſe. mirra & aloe cum omnib9
primis vnguentis. Mirra enim & aloe arbo
res ſunt aromatice que cōtinentiā carnis ex

primunt. cum omnibus p̄rimis vnguentis id
eſt cariſmatibus virtutum. Caſia naſcitur in
arabia virga robuſti corticis & purpureis
foliis vt piperis. eſt autē virtute cinamomo
ſimilis ſed potentia inferior vnde ꝓ cinamo
mi vice duplex eius pondus in medicamētis
admiſcet̄. Cinamomū dictum ꝙ cortex eius
in modum canne ſit rotundus & gracilis. Gi
gnitur autem ī indie & ethiopie regionibus
frutice breui duorum tantum cubitoꝝ colo
re ſubnigro vl' cinereo tenuiſſimarū virgarū
Nā quod ī craſſitudinem extenditur deſpe-
ctui eſt: ꝙ vero gracilius ꝓuenerit eximiū.
quod cū frangitur viſibile ſpiramētum emit
tit ad imaginē nebule ſeu pulueris. De his
arboribus in cantico canticorum ſcriptum
eſt. fiſtula & cinamomū cū vniuerſis lignis
libani. fiſtula que & caſia arbor aromatica ē
ſed modica & ideo humiles ſpiritu deſignat
Miſtice caſia ē doctrina recta ſiue opinio bo
norum opeꝝ vt ī pſalterio. & caſia a veſtimē
tis tuis. Item cinamomum qui ſe ipſos deſpi
ciunt ſignat. quia & ipſa eſt breuis arbor ſ
odorifera & dulcis. ſic & humilitas magnā
habet laudem & dulcedinem apud deū. qa
ſicut fiſtula & cinnamomū humiles ſanctoꝝ
cogitacōnes ſic & ligna libani ſublimes eorū
actiones demōſtrāt. Calamus aromaticus a
ſimilitudine calami viſualis vocatur. Gignit
tur ī india multis nodis geniculatus fulu9
flagrans ſpirit9 ſuauitate. Qui cum frangit̄
in multas fit partes ſciſſilis ſimulans guſtu
caſiam cum leui acrimonia remordēte. Cala
mus ergo ſimul cum ceteris aromatibus hoc
eſt cum mirra cinamomo et caſia verbo domi
ni ad ſacre vnctionis oleum miſceri iubetur
vt ſanctificetur tabernaculū dei & omnia u
ſa eius. Porro vnguentū quo pervngitur ta
bernaculum. criſma eſt quo vngitur fide
populus ī quibus diuinitas tāquā ī taberna
culo habitat. Poteſt quidem ītelligi hoc vn
guentum etiam virtutes ſanctorū ſiue odor
iuſticie longe lateꝫ diffuſus. De ꝗ dicit apo
ſtol9. deo autem gratias qui triumphat nos
in criſto iheſu & odorem noticie ſue maſe-
ſtat per nos. Balſami arbor ī iudea intra ter
minos tantum viginti iugerum erat. poſtea
quoniā eadē regiōe romani potiti ſūt etiā la
tiſſimis collibus propagata eſt. ſtirpe ſimil'
viti. foliis ſimilis rute. ſed albidioribus ſem
perꝫ manentibus. Arbor autem balſamus
lignum ei9 xilobalſamū dicitur. fruct9 ſiue
ſemē carpobalſamū. ſuc9 opbalſamū. Quod
ideo cum adiectione ſignificat̄ eoꝫ percuſſ9
ferreis vnculis cortex ligni per cauernas ex
imii odoris guttas diſtillat. Cauerna enim

greco ſermone ope dicitur: cuiꝰ guttã adul
terat̃. admixto ciprino oleo vel melle ſed ſin
cerus probatur a melle ſi cum lacte coagula
uerit. ab oleo ſi ĩſtillatus aque aut admixtꝰ
facile fuerit reſolutus. preterea & ſi lanee
veſtes ex ipſo polute non maculantur: adul-
teratus quidem neq; cum lacte coagulat. &
vt oleum ĩ aqua ſupernatat. & veſtem macu
lat. Balſama autem ſi pura fuerĩt tantã vim
habent vt ſi ſol excanduerit ſuſtinere ĩ manu
non poſſunt. Huius ergo liquoris hoc eſt bal
ſami miſtice mentio fit in libro iheſu filii ſi
rach vbi ita ſcriptum eſt: & balſamũ nõ mix
tum odor meus. & ĩ cantico cãticorũ dicẽte
ſponſa de ſponſo ita ſcriptum legitur. Dum
eſſet rex in recubitu ſuo nardus mea dedit
odorem ſuũ. faſciculus mirre dilectus meus
mihi ĩter vbera mea cõmorabitur. Botrus ci
pri dilectus meus mihi ĩ vineis engaddi. Bo
trus ergo cypri factus eſt dominus in reſur
rectione qui fuerat faſciculus mirre ĩ paſſio
ne. Qui bene etiam ĩ vineis engaddi eſſe me
moratur. nãq; ĩ vineis engaddi vt prefati ſu
mus balſamum gignitur qd̃ ĩ cariſſima con
fectione liquori oliue admiſceri ac pontifica
li benedictione ſolet conſecrari. quatinus fi-
deles omnes cum impoſitiõe manus ſacerdo
talis qua ſpiritus ſanctus accipit̃ hac vnctio
õne ſignentur.

¶De herbis aromaticis ſiue cõmunibꝫ. Cviii.

EXtant & quarũdam herbaꝝ nõi͂a
que ex aliqua ſui cauſa reſonãt habẽ
tes nominum explanationẽ. nõ tñ ẽ
omnium herbarũ ethimologiam ĩuenies. hã
pro locis mutantur etiam nominibus. folium
dictũ quod ſine vlla radice innatãs ĩ indie li-
toribus colligatur ꝙ ĩ lino perforatum ſiccãt
indi atq; reponunt. fertur aũt paradiſi eſſe
herba. guſtu nardum referẽs. Nardꝰ herba
eſt ſpicoſa. vnde & a grecis nardoſtacos ap-
pellata quarum alia indica alia ſiricina voca
tur. non ꝙ in ſiria naſcatur ſed quod mõs in
quo inuenitur alio latere ĩdiam ſpectat. alio
ſiriam. eſt autem indicũ multiforme. ſed me
lius ſiriacum leue fuluum. comoſum ſpica ꝑ
uum. odoriſſimum ciperum ſimilans: ꝙ ſi mł
tum in ore tardauerit liguam ſiccat. Nardũ
celticum a regione gallie nomẽ traxit. naſci
tur enim ſepius ĩ ligurie alpibꝫ & ĩ ſiria fru
tice paruo radicibus ĩ manipulum collectis
ligamentis. flos eius tantum propter odorẽ
bonum tirſi eius atq; radicule vtiles proban
tur vſibus noſtris. Nardus autem ſignificat
odorem virtutum ſanctorũ in eccleſia. vnde
ſponſa dicit ĩ cantico cãticorum. Dum eſſet
rex ĩ accubitu ſuo. nardꝰ mea dedit odorem

ſuum. hoc ẽ regi criſto ĩ beatitudĩe celeſtis
ſecreti quieſcẽti ſanctorum virtus ĩ eccleſia
magne nobis gratiã ſuauitatis adminiſtrat
Item ſponſus dicit de ſponſe gloria in eodem
libro. Emiſſiones tue paradiſus maloꝝ puni
corum cum pomorum fructibus. cypri cum
nardo. nardus & crocus per irrigacõem ſac̃
baptiſmatis ſancta eccleſia paradyſũ ex ſe e-
miſerit malorum punicoꝝ id eſt ſanctorum
martirum cum pomoꝝ fructibus id eſt cum
ſanctorum virtutũ fructu. Ciprus arbor aro
matica eſt ſignificans celeſtis gratie benedi
ctionem. Nardus dominice paſſionis tipum.
crocus caritatis feruorem exprimit: coniun
gitur ciprus nardo cum diuina gratia cõfor
tat nos pro criſto pati. Item nardus croco iũ
gitur: cum caritate xp̃i mortem libenter ſuſ
cipimus. Crocum dictũ ab oppido cilicie qd̃
vocatur coricium qua nq; & alibi naſcatur.
ſed non tantũ vel tale quale ĩ cilicia. vnde &
a potiori parte nomen accepit. nã multe res
nomina ſũpſerunt a locis. vbi plus peruenit
& melius aliquid. Optimum autẽ eſt ꝙ fue
rit recens odoris boni albedine parua porre-
cte longitudinis integrũ. & neq; in fragmẽ
ta cõminutum inſpiracõe bona & cum carpi
tur manus inficiens & leuiter acre. Quod ſi
eiuſmodi non fuerit aut vetuſtum aut ĩfuſũ
cognoſcitur. Item ciprus incorruptionẽ ſigni
ficat: nardꝰ fortitudinem. crocus martires
Yſopus herba humilis cuius radices ſaxũ pe
netrãt. qd̃ ſignificat humilitatem penitẽtie
ſiue baptiſmũ vt ĩ pſalterio aſperges me yſo
po & mundabor. Coſtum radix herbe eſt na
ſcentis ĩ india. arabia & ſiria ſed melius ara
bicũ. eſt enim albũ & leue ſuaue iocundi od-
ris: indicum colore atro & leue vt ferula ſiri
acum vero põdere graue. colore. buxeo. odo
re acro. ſũmum tamen albũ leue aridum gu
ſtu incendẽs. Flos enĩ vł criſtum ſignificat
q de virga radicis ieſſe effloruit vł ſpecimẽ
iuſticie. vt in pſalmo. Iuſtꝰ inquit vt palma
florebit. Roſa ab ſpecie floris nuncupata qd̃
rutilãti colore rubeat. ſigĩficat aũt roſa mar
tires vt eſt illud. ſicut roſe germinãt ſuper
humida fluenta. Lilia lactei floris herba. vñ
& nuncupata quaſi lactia cuius dũ candor ſit
in foliis auri tamen ſpecies ĩtus effulget. Li
lium aũt xp̃m ſignificat qui ĩ cantico canti-
corum ait. Ego flos campi & lilium conual
lium. & itẽ vt paſcatur ĩ ortis & lilia colli-
gat. ac ſi diceret. Ego ſũ decus mũdi & glo
ria humilium. qui de ſponſa ſua ſic ait. ſicut
lilium inter ſpinas ſic amica mea inter filias
quia candor caſtitatis eius tribulationibꝫ ꝓ-
batur & maior ẽ fructꝰ predicacõis ꝙ̃ qetis.

Poteſt & ĩ lilio virginitas exprimi quia ex
cellẽtior eſt caſtitas virginal' quã cetere vir
tutes ſicut ĩ apocalipſi oſtenditur. Viola ꝓp
ter vim odoris nomẽ accepit. huius genera
ſũt tria purpureum. album melinum. Viola
quoq; ſignificat confeſſores ob ſimilitudinẽ
libidorum corporũ. Vnde ſcriptum eſt ĩ can
tico cãticorum. flores ĩ terra viſi ſũt. quibꝫ
etiam regnum celorũ ꝓmiſſum eſt. Edera
dicta quod arboribꝫ reptãdo adhereat. de q̄
virgilius. Inter victrices ederam tibi ſerpe
lauros. Alii ederam aiunt vocatã quod edis
ſupra lactis abundantiam in eſca a veteribus
prebebatur. Edere frigide terre ĩdices ſũt.
ſiſicus nam antiformacon ebrietatis ẽ ſi qui
potus edera coronẽtur. Edera autem tipum
iudaici populi habet qui aliquãdo florebat.
ſed non diu ĩ virore priſtino remanebat. Vñ
in libro ione ꝓphete edera ſub cuius vmbra
culo ionas ſedebat ĩ aſcẽſione vermis dilucu
li ĩ craſtinũ exaruit ĩ reſurrectione illiꝰ ver
mis qui ait. Ego ſũ vermis & non homo. Iu
daica plebs per ĩfidelitatẽ exaruit: que quõ
dam florebat ĩ patriarchis & ꝓphetis. Gal
banum dicta mons crete ex quo dictãnũ her
ba nomen accepit. propter quã apud virgili
um cerua vulnerata ſaltus pagrat dictãneos
tante enĩ potentie eſt vt ferrũ a corpore ex
pellat ſagittas excuciat. Vnde & eiꝰ pabulo
fere percuſſe. ſagittas a corpore inherentes
eiciunt. hanc quidam latinorũ polenim mar
tis dicũt propter belli tela excucienda. Mã
dragora dicta ꝙ habeat mala ſuaue olentia
ĩ magnitudinem mali maciani. vnde & eam
latini malum terre vocant. hanc poete antro
pomorpheos appellãt ꝙ habeat radicem for
mam hominis ſimilantem. cuius cortex vino
ĩmixta ad bibendum datur. quorum corpus
propter curam ſecandum eſt. vt ſoporati do
lorem non ſenciant. huius ſpecies due. femi
na folus lactuce ſimilibus mala generant ĩ ſi
militudinem prunaꝝ. maſculꝰ vero folus be
te ſimilibus. De mandragora ſponſa dicit in
cantico canticorũ. mandragore dederũt odo
rem in portis noſtris. Mandragora propter
multimoda medicaminũ genera ſanctorum
virtutibꝫ comparat': porte eccleſie doctores
ſunt ſancti. In huiuſmodi portis mandrago
re dãt odorem: cum ſpiritales quiq; ex ſe vir
tutum palmam longe lateq; ſpargunt. Le-
gitur & ĩ geneſeos ꝙ ruben filiꝰ lie egreſſꝰ
in agrum ĩuenerit mandragoras & dederit
eas lie matri ſue: q ſignificat famam bonam
quã quiſq; bene ſtudioſus adipiſcitur ex mun
danis hominibus. referre hanc debet ad ma-
trem eccleſiam. Vnde dicit apoſtolus de epiſ

copo ordinãdo. oportet etiam illum teſtimõ
nium habere bonum ab eis qui foris ſũt. qui
licet parũ ſapiant. reddunt tamen plerunq;
labori eorum ꝑ quos ſibi conſulitur & ſplen
dorem laudis & honorẽ bone opinionis. Her
be eterne paradiſi viriditas & ſanctarũ ani-
marum paſcua. vt ĩ euãgelio. ſi quis per me
introierit ſaluabitur. & ĩgredietur & egre-
dietᷣ & paſcua inueniet. Et per ezechielem.
in montibus excelſis iſrael vbi paſcam eas in
herbis virentibus. & econtrario de ariditate
mentis ſue de iudeis per hieremiam dicitur
defecerũt oculi eoꝝ quia nõ erat herba. Her
ba vita carnis eſt vt ĩ iob pro diabolo. huic
mõtes hoc eſt luxurioſi diuites herbas ferũt
Herba vita mortalium vt ĩ pſal'. mane ſicut
herba tranſeat. Pratum eſt cuius feni copia
armenta tuentur: cui veteres romani nomen
indiderunt ab eo ꝙ protinus ſit paratus nec
magnum laborem culture deſideret. prata
autem eſſe que ſecari poſſunt. Pratum miſti
ce intelligi poteſt ſancta eccleſia. vl' ſcriptu
ra ſacrã ĩ qbꝫ flores diuerſaꝝ virtutũ repiunẽ
& paſtus ſpiritalis pius animalibus hoc eſt
fidelibus hominibus preparatur. Vnde ſpõ
ſa ĩ cantico canticoꝝ dicit. flores apparuerũt
ĩ terra id eſt ĩ ocio fidei & iuſticia floruerũt
in mundo, creſcente eccleſia. Hinc item ipſa
doctoribus dicit. fulcite me floribꝫ. ſtipate
me malis quia amore langueo. ac ſi diceret.
conſolamini me exemplis ſeu incipientium.
ſeu terminantium viam ſalutis. dum adhuc
in huius peregrinacõis tedio amore ſuperne
viſionis langueſco. Prata patefacta eſt ſcrip
tura diuina vt ĩ ſalomone. Aperta ſũt prata
& apparent herbe virentes. Item ĩ malã par
tem vt ĩ ſalomone. nullum pratum ſit ꝙ non
pertrãſeat luxuria noſtra. Auena loliũ. ziza
nia quã poete ſemper infelix lolium dicũt ꝙ
ſit inutile & ĩfecundum. miſtice ſignificant
peccatores & vicia. vnde ĩ euangelio dicitᷣ.
ꝙ in ſegete domini inimicus ſuperſemina-
uerit zizania. Fenum dictum qd eo flamma
nutriatur. fos enim flamma eſt. fenum enim
iuxta allegoriam ſignificat fragilitatem hu
mane nature. vnde legitur ĩ pſalmo de pec-
catoribus. Quoniam tãquã fenum velociter
areſcent. & ſicut olera herbarũ cito cadent.
Fenum pulchra eſt res dum viret. dũ floret
ſed cum aruerit mutato protinꝰ colore mar-
ceſcit. ſic ſũt impii qui quaſi florida leticia
relucentes prematuro fine ſiccantur. primo
feno comparati ſũt vt areſcerent. nunc agre
ſtibus oleribus vt deciderent nõ enim dixit
holera ortorum ſed herbarum. vt ſignifica-
ret potiꝰ illa viliſſima que per agros ſponte

naſcũtur. fenum hiſtoria legis aut tẽporalia
ſignificat vt ĩ pſalmo. q producit ĩ montibꝫ
fenum. fenum peccatores vt in euangelio. ſi
enim fenum ꝙ hodie in agro eſt. & cras ĩ cli
banum mittitur. Olera enĩ ab olla dicta ſũt
vbi collecta decoquuntur: qua propter fenũ
mundi nobilibus comparemus qui & facile
proficiũt. & viriditatis magna quaſi gratia
veſtiuntur. Olera herbarum mediocres po
nantur & humiles que per loca inculta copia
pullulante conſurgunt. & nature ſue agre-
ſtem atq; hiſpidam retinent qualitatem. ſed
& illud velociter areſcit. & iſta cito deci-
dunt.

## De oleribus. viiii.

ORtus nominatꝰ ꝙ ſemper ibi aliquid
oriatur. Nam cum alia terra ſemel ĩ
anno aliquid gignat. Ortus nunquã
ſine fructu eſt. olus ab alendo dictum eoꝙ ꝑ
mum homines oleribus alerẽtur. anteꝙ̃ fru
ges & carnes ederent. Tantum enim pomis
arborum & oleribus alebãtur ſicut animalia
herbis. Ortus enĩ ſanctam ſignificat eccleſiã
in qua varie ſpecies virtutum gignuntꝰ. Vñ
ſponſus de ſponſa dicit. ortus cõcluſus ſoror
mea ſponſa: ortus cõcluſus fons ſignatꝰ. Or
tus concluſus eccleſia eſt quia multifaria ſpi
ritalium opeꝝ germina gignat. fons ẽ quia
doctrina ſalutari redundat. Concluſus quia
domini protectione vncta perſiſtat. ſignatus
ſermone fidei. Item aliam ſignificacõem ha-
bet ortus ĩ hoc teſtimonio libri regũ vbi nar
rat ꝙ achab rex diceret ad nahoth iezrabeli
tam. da mihi vineam tuã vt faciam mihi or-
tum oleꝝ quia vicina eſt & prope domũ meã
& cetera. Naboth ergo qui interpretatꝰ con
ſpicuus ſignificat dominum ſaluatorem qui
eſt ſemen qđ interpretatur iezrabel quia ve
rus eſt filius dei. hic habuit vineam de qua
in iſaia ſcriptum eſt. Vinea enim domini ſa-
baoth domus iſrabel ẽ. Hanc ↄcupiuit achab
qui interpretatur frater patris. populus viꝫ
iudaicus de quo xp̃s carnem aſſumere digna
tus eſt. vt feciſſet ĩ ea ortum olerum hoc eſt
vt vbi vinum gratie ſpiritalis germinare de
buit. ibi fragilia queq; dogmata per pharíſa
icam ſuperſticionem tranſplãtaret. Sed na
both hanc vineam dare nolẽti id eſt xp̃o pha
riſeorum ſuperſticionibus non conſencienti ĩ
pia vxor iezabel hoc eſt ſinagoga iudeorum
machinata eſt mortem eius. Ortus internas
delicias paradiſi ſignificat. vnde dicitur. inẽ
ortum meum ſoror mea ſponſa. Item ortus ẽ
populus iudeoꝝ de quo dicitur. dilectus me
us deſcendit ĩ ortum ſuum ad areolã aroma
tis. Rurſum ortus quedam ypochritarum ſi

mulatio vt ĩ iſaia. qui mundos ſe putabant ĩ
ſoleis vt pes neqꝫ tect9 ſit nec totus nudus ad
terram qđ miſtice ſigĩficat vt nec occultetur
euangeliũ nec terreis cõmodis innitat̃ . Socci
cuius diminutiuum ſoccelli appellati inde ꝙ
ſoccum habeant quo pars plante inicit̃ . Calli
cule callice vel a callo pedũ dicte vel quia li-
gantur nam ſocci non ligãtur ſed tantũ intro
mittũtur . Callicule vero ſiue calige in actib9
apoſtoloꝝ deſcribunt̃ vbi petrus apl'us legit̃
ab ãgelo admonit9 vt calciaret ſe caligis ſuis
& ſequeretur eum ꝙ ſigĩficat vt ſolut9 a vin
culis terrenis liberius iret ad p̄dicationẽ euã
gelii . Corrigie a coreis vocant̃ vel a colligati
one quaſi colligie . Corrigia ergo miſtice liga
tiõem ſignificat miſterii vnde iohannes bap-
tiſta de domino ait . Cui9 non ſũ dignus corri
giam calciamẽti ſoluere id eſt miſteria incar-
natiõis eius reuelare vl' aliter . Non ſũ dign9
eius calciamenta portare id eſt nomen ſponſi
mihi vſurpare .

De menſis & eſcis . .i. De potu . .ii.
De vvaſis eſcariis . .iii.
De vaſis potationis . .iiii.
De vaſis vinariis & aquariis . .v.

ergo ſacrificiũ in hoc loco vt denunciaret na-
tiuitatem xp̄i dicit̃. coctũ clibano dei geni-
tricis videlicet vtero. Illa enim clibanꝰ neceſ
ſarie nominatur. quia & panes ignẽq; de ſuper
clibanꝰ ſuſcepit. ſic & dei genitrix deſup vite
panẽ deũ videlicet verbũ in ſuo vtero ignẽ
q̄ ſuſcepit p̄ſentie ſpiritꝰ. Verba ergo apl̄oꝝ
panes accipe. ꝓphetarũ vero lagana. Quãtũ
enĩ panes a laganis ad nutriẽdum ſũt aptio-
res tantum verba apl̄oꝝ verbis ꝓphetarum.
vtriq; autẽ azimi. quia ex alia doctrĩa fermẽ
tũ non habẽt. verbi gratia ſapiẽtie ſecularis
quod cõuenit accipere. Placẽte ſũt que fiunt
de farre quas alii liba dicũt eo quod libeãt &
placeãt. Dulcia ſũt genera piſtorii opis a ſa-
pore dicta. melle enim aſpſa ſumunt̃. Cruſta
ſupfices panis ipſa & fragmẽta quia diuidun
tur vt fracta. De placẽtis ĩ hieremia mẽtõ fit
vbi increpatur ppl̄s q̄ placentas ſiue focacios
regie celi coxerit. quod hereticos ſiue ſciſma-
ticos ſignificat. quicq̄d ſapiẽtia ſeculari ĩ he-
reſi excoquẽtes ꝑparant nõ deo ſed malignis
ſpiritibꝰ offerũt illud. & ĩ ſpalmo ſcriptũ. mit
tit criſtallũ ſuũ ſic̃ fruſta panis. Criſtalli ſub
ſtãtia obſtinatis peccatoribꝰ merito cõparat̃
qui algore pfidie cõſtricti p ſingulos dies cõge
laſcũt. hos quoq; dñs veluti fruſta panis emit
tit quãdo conuerſos ſua facit ꝑdicare magna
lia. vnde populꝰ eſuriens celeſti pane veſcat̃.
Fruſta enĩ partes corpis dicĩꝰ alicuius ſignãt
q̄ppe doctrĩe indiuerſa dona q̄ ex peccatoribꝰ
in ſanctis ſuis domĩꝰ ſepius monſtrare digna
tus eſt. Fermentũ a feruore nũcupatũ q̄d plꝰ
vna hora nõ poteſt otiũi creſcẽdo enĩ excedit
Farina & furfures a farre dicte cuiꝰ ſũt pur
gamẽta. Amolũ flos farine tenuiſſimũ p̄ leui
tate de mola egeſtũ. vnde & appellatũ quaſi
amola. Fermentũ fides intelligit̃. in euãgelio
vbi ſcriptũ eſt. Mulier accepto fermẽto miſit
in farina ſata tria. Item fermẽtũ corruptionẽ
mẽtis ſignat p peccatũ. vt in exodo. Omnis
inquit qui comedit fermentatum pibit ani-
ma eius. Farina multitudo fidelium in euãg.
mulier accepto fermẽto miſit in farina tria ſata
q̄d eſt trĩitatis miſteriũ. Farina ẽ opus bonũ
vel malũ ſicut eſt illud in ꝓpheta. Non ẽ mani
pulꝰ in eis faciẽs farinã q̄d & ſi fecerit alieni
comedẽt ea. Carnes dicte quia caro ſũt ſiue
a creando. vnde & a grecis creas vocat̃. Caro
ſacramẽtum corpis domĩ in euangelio. qui
mãducat carnem meã & bibit meũ ſaguinẽ
Carnes hiſtoria legis vt quidã volũt ĩ exodo
Ad veſpum veſcimini carnibꝰ & mane ſatur̃
bimini panibꝰ hoc eſt poſt illuminationẽ fidei
& reſurrectiõem domini nr̃i iheſu criſti ſpiri
tali cibo veſcemini. Caro enĩ hominẽ exterio

rem ſignificat vnde ſcriptũ eſt in apl̄o. Caro
enim cõcupiſcit aduerſꝰ ſpũm & ſpiritus ad
uerſus carnẽ & ſanguis opationem carnalem
Vnde ꝓpheta dicit in pſalmo. Libera me de
ſaguinibꝰ deus deꝰ ſalutis mee. Item caro &
ſanguis ingluuiẽ vẽtris atq; luxurã ſĩgificat
vt in apl̄o. Caro & ſanguis inquit regnum
dei non poſſidebũt. Crudũ dicitur q̄d ſit cru
entũ eſt enim cũ ſanguine coctũ. Sed & mul
ti tempis aliq̄d coctum vocatur. Aſſum q̄d
ardeat vt arſum. Elixum q̄ in aqua ſola deco
quitur. Lixa enim aqua dicit̃ ab eo q̄ ſit ſolu
ta vnde & ſolutio libidinis luxus & membra
loco mota luxa dicunt̃ ꝑceptũ nãq; ita ẽ ĩ lege
de agni carnibꝰ in paſca veſcẽdis. Non come
detis ex eo crudum quid nec coctũ aqua ſed
aſſum tantũ igni Quid crude agni carnes niſi
incõſideratã ac ſine reuerẽtia cogitaciõis re-
iectam illius humanitatem ſignificãt omne
enim q̄ ſubtiliter cogitamus quaſi mente coq
mus. Sed agni caro nec cruda edẽda eſt nec
aq̄ cocta qa redẽptor noſter nec purꝰ homo
eſtimãdꝰ eſt neq; p humanã ſapiẽciam q̄liter
ĩcarnari deus potuit cogitãdꝰ Omĩs enĩ qui
redẽptorem noſtꝝ purum hominẽ credit q̄d
iſte aliud q̄ agni carnes crudas comedit q̄s
videlic; coquere p diuinitatis eius intelligẽ
ciam noluit Omnis enĩ qui incarnatiõis eius
miſteria iuxta humanã ſapienciã diſcutere
conatur. Carnes agni aqua vult coquere id ẽ
diſpenſationis eius miſteriũ p diſſolutã vult
ſcientiã penetre. Frixum a ſono dictũ quãdo
ardet in oleo. Frixura ſignificat timorẽ pene
Vnde pſalmiſta ait: oſſa mea ſicut in frixorio
confrixa ſũt ſic̃ opiniõe ꝓſpera bonoꝝ meri-
torũ. oſſa. i. animi fortitudo pigueſcat quãdo
eorum cõſciẽtia felici recordatione letat̃ ſicut
dicit ſalomõ. Farina bona inpinguat oſſa ita
recordaciõe contraria peccatoꝝ virtus tanq̃
frixa cõtrahitur dum oblocutiões hominum &
conſciẽtie ſue iudicia ēguiter expaueſcit ſiue
hic frigit̃ peccator qñ futuros ignes ĩcẽdiaq;
formidat nam qui ſe paueſcit arſurũ ipſiꝰ in-
cendii terrore iam friget. Salſum quaſi ſale
aſperſũ dẽptis quaſi e medio ſillabis tribꝰ. Sal
enim cõdimentum ſapiẽtie ſĩgificat vt in euã
gelio ipſa veritas ait vos eſtis ſal terre & itẽ
habete inquit ſal in vobis. Rurſũ ſal infama
tam iudeorum ſcientiam ſignificat in leuitico
Pluam inq̄t ſuper terrã illã puluerẽ & ſal Sal
ſugo quoq; cordis cõunctionẽ deſignat ſic̃ in
iob de onagris hoc eſt monachis dicit̃. Taber
nacula eius in terra ſalſuginis. Item ſalſugo
infidelitas iudeorum vel ariditas mentis in
pſalterio. Terra fructifera in ſalſuginẽ. Ius
coquine magiſtri a iure nuncupauerũt q̄a eſt

ꝓprie dicitur. Pulmentum enim legit̃ iſaac
patriarcha expetiuiſſe ab eſau filio ſuo qđ t
iacob bene expleuit: quia iſaac inde bene reſ̃
fectus benedictionẽ ꝓ eo plenã illi rependit
ꝙ ſignificat remorãte priori ppl̃o in exteriori
exercitatiõe populꝰ gẽtiũ deo patri bõe volũ
tatis & innocentie ſimul offerẽs eterne bene
dictionis gratiã accipere ꝓmeruit. Sacietas
autẽ & ſaturitas ſibi differũt. Nam ſacietas
& ex vno cibo dici poteſt ꝓ eo ꝙ ſatis ſit ſa
turitas aũt a ſatura nomẽ accepit qđ vario ẽ
alimẽtorum apparatu cõpoſitũ. Sacietas aũt
aliquando in bonam ptem: aliquando vero in
contrariã ponitur. In bonam quãdo abũdan
tiam virtutũ in p̃ſenti vel plenitudinẽ remu
neratiõis in futuro ſigĩficat. vnde ſcriptũ eſt
in euãgelio. Saciauit dominꝰ quīq; milia ho
minum & ꝓpheta ſaciabor inquit dum mani
feſtabitur gloria tua. In cõtrariam aũt partẽ
ſacietas ponitur dum ſcriptur̃ dicit de impiis
ſaciabũtur penis ſuis hoc ẽ habũdabũt tormẽ
tis futuris. Similiter et ſaturitas in bonã &
in cõtrariam partẽ poſita reperitur. In bonam
vbi ꝓpheta dicit. Edent paupẽres & ſatura
bunt̃ & in euãgelio dominꝰ. Beati qui eſuri
unt & ſiciũt iuſticiam quoniã ipſi ſaturabũtur
In malã vero vbi de iudeis pſalmiſta dicit: ſa
turati ſunt porcina & reliquerũt que ſupfue
runt paruulis ſordibꝰ enim peccatorum ſuoꝝ
replebant̃ qui contrarii filio dei extiterũt &
tranſmiſerũt reliquias peccatorum filiis ſuis
quãdo clamabãt ſanguis eiꝰ ſup nos & filios
noſtros. Crapula eſt ĩmoderata voracitas q̃ſi
cruda epula cuiꝰ cruditate grauat̃ cor & ſto
machus indigeſtus afficit̃. Inmoderata enim
voracitas viciũ eſt ſed tantũ id ſalutis ẽ quã
tũ ſuſtentatiõi nature eque ſufficiat. Crapu
la autẽ iuxta allegoriã vl̃ tropologiam in con
trariam ptem magis quã bonam accipit̃ quia
ad viciũ magis refert̃ quã ad virtutes. Hinc
dominus in euãgelio diſcipulis ait. Attẽdite
autẽ vobis ne forte grauẽtur corda veſtra in
crapula & ebrietate & curis huiꝰ vite & ſup
ueniat repẽte ſup uos dies illa & reliq̃. Pran
dium ab apparatu edẽdi dictum ꝓprie autẽ
veteres prandiũ vocabant omniũ militũ cibũ
ante pugnã vnde eſt illud ducis alloquiũ prã
deamus tanquã apud inferos cenaturi. Cenã
vocari aiunt a cõmunione veſcentiũ. Cenon
quippe greci cõmune dicũt vnde & cõmuni
cãtes qđ communiter id eſt piter conueniãt
apud veteres enĩ ſolitũ erat in ꝓpatulo veſci
& cõmuniter epulari ne ſingularitas luxuriã
gigneret. Eſt autẽ cena veſpertinus cibꝰ quã
veſpertinam dicebant antiqui in vſu enim
erãt prãdia prandiũ enim miſtice paſtũ ſigni

ficat preſentis tempis vbi fideles ſanctorum
ꝓphetarũ & apl̃orũ dictis vel exẽplis paſcũ
tur. Vnde in euangelica parabola ſcriptũ eſt
rex ſeruis ſuis ait dicite inuitatis. Ecce pran
dium meũ paraui tauri & altilia ſũt occiſa &
omĩa parata ſũt. Cenã aũt finẽ mũdi intelligẽ
poſſumꝰ vbi dominꝰ vnicuiq; reddet opa ſua
vnde in euãgelica parabola dignis in cõuiuio
recũbentibꝰ ille qui nõ habuit veſtem nuptia
lem ꝓiectus eſt de conſortio aliorũ in penam
ſibi cõdignã qa recũbentibꝰ electis in quiete
ſuperna ſoli reprobi ꝓicient̃ in tenebras exte
riores vbi erit fletꝰ & ſtridor dentiũ. Panis
dictus ꝙ cum omni cibo apponat̃ vl̃ qđ omne
animal eum appetat. Pan enĩ grece omne di
citur. Cibariꝰ eſt qui ad cibũ ſeruis dat̃ non
ad delicias fẽmẽtatꝰ paĩs fermẽtis cõfectꝰ
azimꝰ nõ fermẽtatꝰ. Nã azimꝰ ẽ ſine fermẽ
to ſincerus. Acrizimus leuiter fermẽtatꝰ q̃ſi
acroazimꝰ. Panis autẽ & in bonã ptem & ĩ
malã accipit̃. In bonã vero partẽ quãdo xp̃m
ſignificat vel ſermonẽ eius. Vnde ipſe ait in
euãgelio. Ego ſũ panis viuꝰ qui de celo deſcẽ
di. & item panis quẽ ego dabo caro mea eſt
ꝓ mundi vita. Fidem ſignificat paĩs vt i euã
gelio: quis inquit veſtrum habebit amicũ &
ibit ad illũ nocte & dicet illi. Amice cõmoda
mihi tres panes. Item panis caritas intelligit̃
vnde in euãgelio dominus ait: quis veſtrum
patrẽ petit panem: nunqd lapidem dabit illi
Rurſum panes decẽ plenitudĩes omniũ ſanc
torum decalogũ ſeruãtes ĩtelligunt̃ & panes
duodecim qui ſup menſam ꝓpoſitionis p ſin
gula ſabata mutabãt̃ .xii. apoſtolorũ obtinẽt
ſacramentũ. In contrariam vero partẽ panis
ponitur vbi doctrinã hereticorum ſignificat
vnde in ſalomõe ſcriptum eſt. Aque furtiue
dulciores ſũt & panis abſcõditꝰ ſuauior. Itẽ
ibi ne deſideres inquit de cibis eiꝰ in quibus
eſt panis mẽdacii. Azima ſinceritatẽ mentis
ſignificat abſq; fermẽto malicie vt in aplo. in
azimis inquit ſinceritas. Similago fidelium
multitudo puritas mẽtis. opatõ miſericordie
& fortitudo caritatis intelligit̃. Vnde in leui
tico ſcriptũ eſt. ſi autẽ offert munꝰ ſacrificiũ
deo ſimilago ſit munꝰ eius. Subcinericiꝰ pa
nis dicit̃ coctꝰ ſub cinere & reuerſatꝰ ipſe eſt
& focacius. Subcinericius humilitatis oblatõ
nẽ ſignificat vt in geneſi feſtinãter ait. conſpẽ
ge. tres mẽſuras ſimilaginis & fac ſubcineri
cium panẽ. & ĩ aliã partẽ. factꝰ ẽ effraim ſicͥ
ſubcinericiꝰ qui reuerſat̃. Clibanicius ĩ teſta
coctus. De clibanicõ pane ĩ leuitico ſcriptum
eſt. cum autem obtuleris ſacrificiũ coctũ ĩ cli
bano de ſimila panes ſcilicet abſq; fermẽto con
ſperſus oleo & lagana azima oleo lita. Recte

quia non eſt vtilis vetuſta vt vinū ſed ſtatim
ſublata de flumine fonte vel puteo . Feteſcit
enim vetuſta . Aqua enī naturalis eſt potus
& generaliter omnib9 cōmunis : vnde & ſalu
brior ceteris. Potus vero aliquādo ſignificat
gratiam ſpūs ſancti vt in pſalmo . Torrēte in
quit voluntatis tue potabis eos. Item in aliā
partem non eſt inquit regnū dei eſca & potus
Vinum dictum ide qđ eius pot9 venas ſan-
guīe repleat. Hoc alii qđ nos cura ſoluat lieū
appellant . Veteres vinum venenū vocabant
ſed poſtquā inuentum eſt virus letiferi ſucci
hoc vinum vocatū illud venenum . Vnde &
hieronim9 in libro quē de virginitate ꝯſeruā
da ſcripſit adoleſcētulas inqt ita vinū debere
fugere vt venenū ne ꝓ etatis calore feruenti
bibant & pereant . Inde eſt ꝙ apud veteres
romanos femine non vtebantꝰ vino niſi ſacroꝝ
cauſa certis dieb9. Merum dicim9 cum vinū
purum ſignificam9 . Nam merū dicim9 quic
qđ purum atq̧ ſincerū eſt ſicut & aquā merā
nulli rei mixtā. Hinc & merēda qđ antiquit9
id tempis pueris & operariis qb9 ꝙ panis me
rus dabatur . Aut ꝙ meridie hoc eſt eo tpe
id ſoli ac ſeparatim cibum ſumebāt non vtiq̧
ſicut in prandio aut in cena ad vnam menſam
Inde credim9 etiā illud temp9 ꝙ poſt mediū
diem eſt meridiē appellari qđ purū ē . Vinū
enī plures ſignificatiōes habet qa aliqñ ſigni
ficat ſāguinem xp̄i vt in euāgelio qui mandu
cat meam carnē & bibit meū ſanguinē habet
vitam eternā. Aliquādo gratiā ſpūſſancti vt
vinū ait nouū ī utres nouos mitti debet. Ali
quando ſermonē diuinum ſiue ꝯpunctionem
cordis vt in pſalmo . Potaſti nos inquit vino
ꝯpūctionis . Aliquādo iudicium diuinū vt in
apocalipſi . Ipſe calcauit torcular vini ire fu-
furoris domini . Aliquādo ſacram ſcripturā
& rectā doctrinā vnde ꝑ eſaiam ad iudeos di
citur . Caupones tui miſcent aquā vino . Ali
quando opa luxurie vt in ap̄lo nolite inqt ine
briari vino in quo eſt luxuria & alibi . Luxu
rioſa res eſt vinū & tumultuoſa ebrietas. Me
rum autē ſinceritatē iudicii aut veritatis vł
etiam calorē fidei ſignificat : vt in pſalmo vini
inquit meri plen9 mixto. Vnde beat9 ambro
in himno ſacre epiphanie mirabilit declama-
uit ſplendidiſſima luce verborū . Qđ autem
dixit meri ſinceritatē deſignat ꝙ ſemp purū
ſemp eſt limpidū . Nam refectos homines ad
gloriam virtutis non ad viciū ebrietatis ad
ducit qđ autē dixit mixto nouū vetuſq̧ ſig-
nificat teſtamentū que vtraq̧ ꝑmixta aīaꝝ
efficiunt ſaluberrimā potiōem. Vinum ꝯditū
feruentē amorem ſignificat id eſt variis vir-
tutum pigmētis ornatū . Vnde in cātico can

ticoꝝ legitꝰ. Et dabo tibi poculū ex vino con-
dito & muſtū malorum granatorū meorum
Muſtum eſt vinū e lacu ſtatī ſublatum dictū
autem creditꝰ muſtum qđ in ſe limū & terrā
habeat mixtā. Nam mus terra vnde & hum9
cui9 tanta vis feruoris ē vt vaſa quāuis grā
dia ex eo plena abſq̧ ſpiramīe repleta ilico diſ
rumpat . Muſtum aūt ſignificat gratiā ſpūs
ſancti nouiter datā . Vnde legitur in actibus
ap̄loꝝ iudeos de apoſtolꝭ dixiſſe: muſto pleni
ſūt iſti . Qui licet illi prauo ſenſu īterp̄tati ſūt
veraciter tamē ipſi diuina gratia ſunt repleti
ex qua multos ſalubri ebrietate potauerunt
Acetum vel quia acutū vł quia aquatū vinū
id eſt aqua mixtū cito in hunc ſaporē redigitꝰ
Vnde & acidū quaſi aquidū . Miſtice autem
acetum puritatē corruptam mētis ſignificat
vnde in pſalmo ſcriptum eſt . Et in ſiti potaue
runt me aceto . Matheus enī refert cum do-
minus dixiſſet ſicio oblatū illi fel cum aceto ꝑ
mixtum vt reuera ꝑfecti iudeorum amaritu
do potionis ipſi9 & auſteritas indicaretꝰ . Ille
enim dixit ſicio quia fide in ipſis deſideratam
nō poterat īueīre iſti obtulerūt amariſſ mos
mores ſuos qui nulla cōpunctiōe ꝯuerſi ſūt Itē
aceti aſperitas mētis corruptio intelligitꝰ: vñ
ī libro numerorū nazareis q ſe ſanctificabāt
domīo vinū ſimul & acetū ſumere ꝓhibitum
eſt . Sicera eſt omnis potio que extra vinum
inebriare poteſt . Cuius licet nomē hebraicū
ſit tamen latinū ſonat ꝓ eo qđ ex ſuco frumē
ti vel pomorum conficiatur aut palmarum
fructus in liquorē exprimātur coctis ꝙ frugi
bus aqua pīguior quaſi ſuccus colatur & ita
potio ſicera nuncupatꝰ . Sicera autē ebrietatē
ſignificat a q̄ omnis ſcripturꝰ ſacē nos ꝓhibet.
Vnde in lege domin9 dixit ad aaron. Vinū &
omne qđ inebriari poteſt non bibes tu & filii
tui qñdo intrabitis in tabernaculū teſtimonii
id eſt ad diuinū miniſterium & ad doctrinā m
ſpiritalē . Tabernaculū enim teſtimonii cele
ſtium rerum eſt ꝯtractio. Vnde non ſolū nos
apoſtolus ꝓhibet inebriari ſed etiā eſaias pro
pheta ſimili modo ebrietatē deteſtatur dicēs
ve qui cōſurgitis mane ad ebrietatem ſectan
dam & potandā vſq̧ ad veſperam &c̄. Item
ſicera peccati dulcedīem & voluptatis illece-
bram ſignificat . Vnde de precurſore domi-
ni angelus teſtatus eſt dicens vinū & ſicerā
non bibet quia ieiunus & abſtinētie deditus
erat . Ebrietas autem aliquādo ſobrietas mē
tis intelligitur vt in actib9 apoſtolorum. Hii
ebrii ſunt Aliter ebrietas & crapula plenitu-
dinem ſignificant viciorum vt in euangelio.
Attendite ne grauentur corda veſtra in cra
pula & ebrietate & in ſalomōe : velut ſpina

lex ꝯdimenti eius . Hanc greci zemam vocāt
Coquere ergo diligentē meditatōnem ſigni
ficat verbū domini ſubtiliter in corde medi-
tari quaſi mente decoquere eſt q̄d ī leuitico
ita ꝓbatur . Comedere eſt diuina verba ſpiri
tualiter ſumere & panē illū qui de celo deſcē
dit auide delectare . Vnde in iohel & come
detis veſcētes & ſaturabimini & laudabitis
dominū deum veſtrum . Famis egeſtas fidei
& aſſumptio verbi diuini in euāgelio facta ē
famis valida in regiōe illa & ipſe cepit egere
& in eſaia . Propterea captiu9 ductus eſt po
pulus meus quia nō habuit ſciētiā & nobiles
eius interierūt fame & in amos . Ecce dies
veniūt dicit domi9 & emittā famē ī terrā nō
famem panis neq̄ ſitim aque ſed audiēdi ver
bum dei . Et in pſalmo vt eripiat a morte ani
mas eorum & alat eos in fame . De hac fame
verbi dei ꝓ uiro iuſto in pſalmo dicitᷣ . Iunior
fui & ſenui & non vidi iuſtū derelictum nec
ſemen ei9 egēs pane & ī ſalomōe non occidet
dominus fame animam iuſti . Sitis hoc q̄ &
ſuperius ariditas cordis vbi non eſt verbū do
mini . In eſaia . Multitudo eoꝝ ſiti caruit & ī
hieremia . Prohibe pedē tuum a nuditate &
guttur tuū a ſiti & in bonā partē . Beati qui
eſuriūt & ſiciūt iuſticiā . Lac a greco ſermōe
deriuatū eſt ꝓ cādore . Greci enī albū gleucō
dicūt q̄d nutrit & q̄ nutritᷣ . Nā lacte nutri
mur viuim9 ſanguine . vbera vñ lac ꝓcedit q̄
tuor euāgeliorū doctrinam ſignificāt . Vnde
in cantico cāticorum ſcriptū eſt . Meliora ſūt
vbera tua vino . Lac q̄ꝫ priſca lex per moiſen
ꝓlata intelligitᷣ . vnde ṗdicatoribꝫ noui teſta
menti in geneſi dicitur . Pulcriores ſunt oculi
eius vino & dētes lacte cādidiores . Item lac
ſimplicem doctrinā ſignificat in apoſtolo vbi
dicitur tanq̄ꝫ paruulis in xp̄o . Lac vobis potū
dedi non eſcam nondū enī poteratis . Hic lac
ſenſus accipitᷣ id eſt intellect9 paruus . Hinc
& in eſaia ſcriptū eſt de eccleſia gentiū . Ma
milla regū lactaberis hoc ē ṗdicatiōe ſancto
rum doctorū nutrieris . Item lac ſinceritatē
mentis ſigīficat in epiſtola petri vbi dicit ra
tionabiles ſine dolo lac cōcupiſcite vt ī eo cre
ſcatis in ſalutē : nam & alibi ſcriptū eſt . Quis
paſcit gregē & de lacte gregis non comedit .
Quactū quaſi coactū id eſt q̄ſi coagulatū . Ac
cepta enim ſecū alia ſpecie coagulatᷣ . Coagu-
latum & in bono & in malo ponitᷣ . In bono ſicᷣ
in ſexageſimo ſeptimo pſalmo dictū eſt mons
coagulatus mons pinguis . Coagulatū carita
tem cōcretam ſignificat . Mons enim vber ē
criſtus vel eccleſia . In malam vero partē vbi
ſcriptum eſt . Coagulatū eſt ſicᷣ lac cor eorū
q̄d ſignificat vicijs ꝯcretum caſeus ſenſ9 ſpiri

talis vt quidā volunt ſicut in libris regum ꝓ
dauid ſcribitᷣ dixit ei pater ſuus . Accipe ephi
polente id eſt triū modiorū menſurā & decē
formellas caſei & fer tribuno q̄d tenet decē
ṗceptorum legis figurā cum fide ſancte tri-
nitatis . Butirum euangelic9 ſermo a lacte le
gis ſeductus ſicut in geneſi de abrahā narratᷣ
q̄d cū ceteris dapibꝫ hoc eſt vitulo & lacte
ipſum butirū in prādio domino obtulit . Item
butirum fructus eccleſie que ex iudeis credi
dit vnde in eſaia de domīo ſcriptū . Butirum
& mel mādùcabit . Paſcitᷣ enī ſaluator noſter
butiro hᵒ ē fide credētiū iudeoꝝ & melle hᵒ
ē dulcedīe dilectiōis fideliū ex gētibꝫ . Mel
grece appellatiōis ē q̄ ab apibꝫ nomē habē ꝓ
batᷣ . Nā apis grece melleſſe dicitᷣ . Antea aūt
mellā erāt de rōe īueīebātᷣ q̄ ī arūdinū foliis
vnde & virgili9 hacten9 aerei mellis celeſtia
dona . Siquidem hucvſq̄ in india & arabia
colligatū repitur ramis īherens in ſimilitudi
nem ſalis . Mel quoq̄ miſtice ſignificat dulce
dinem ṗceptorum dei vnde ꝓpheta dicit in
pſalmo . Quam dulcia faucibus meis eloquia
tua domīe ſup mel & fauū ori meo . Item mel
dulcedinē ipſius p figurā exprimit ſaluatoris
de quo in cātico deutronomij dictū ē ſuxerūt
mel de petra . & pſalmiſta de petra inq̄t mel-
le ſaturaui eos . In ꝯtrariā vero partē mel poi-
tur vbi dulcedo peccati & vita voluptuoſa de
ſignatᷣ . Propter q̄d etiā ī ſacrifitio dei p legē
ꝓhibitū eſt offerri . Fauum vocari q̄a cōme-
ditur magis quā bibitur . Fagere enim greci
comedere appellāt . Fauus enī mellis iuxta
allegoriā caro eſt ſaluatoris diuinitatis dulce
dine plena vt in euāgelio . Et poſuerūt inq̄t
corā eo partē piſcis aſſi & fauū mellis . Item
fauus ſcriptura eſt diuina melle ſpiritualꝭ ſa
piētie repleta vt ī cāticis cāticoꝝ comedi īq̄t
fauū cum melle meo . In contrariā vero partē
fauus eſt poſit9 vbi hereticoꝝq̄ illecebroſam
deceptionē ſignificat vnde in ꝓuerbiis legitᷣ
Fauus diſtilās labia meretricis . Aiūt medici
& qui de humanorū corpū ſcripſere naturis
ṗcipueq̄ galienus in libris quoꝝ titulus eſt
neptie in quo narratᷣ puerorū & iuuenum ac
pfecte etatis mulierum q̄ corpa inſito calore
feruere & noxios eſſe his etatibus cibos qui
calorē augeāt ſanitati q̄ ꝯducere frigida que
q̄ in vſum ſumere ſicut ecōtrario ſenibꝫ qui
pituita laborēt & frigore calidos cibos & vi-
na vetera ꝓdeſſe .

## De potu .

Potio a greca deriuaciōe vocata hāc
enim illi potos dicūt . Aqua genera
liter vocata q̄d ſuperficies eius equalꝭ
ſit . Hinc & equora quā inde recentē dicim9

aliq̄ pueꝛſitate demerſi eccleſiā dei ſuo ꝯuitē
errore ꝯtriſtāt. de quibꝰ apl's dicit. Qui mā-
ducat indigne iudiciū ſibi māducat & bibit.
nō diiudicās corp9 dnī. datū ſcilicȝ ad remiſ
ſionē peccatoꝝ & vitā ꝑpetuā poſſidendam.
Memētote autē qđ menſa & in bono & ī ma
lo ponit ſicut dicit apl's. Non poteſtis ꝯmuni
care menſe domini. & menſe diaboli. Itē men
ſa. altare eſt xpi. aquo fideles ꝑcipiūt corpis
& ſanguinis ei9 miſteriū. Rurſū mēſa domini
ē vtriuſq̄ legis ītectual' epulatio in q̄ ꝯuiuaꝝ
more paſcunt. qui delicias dnī auiditate men
tis eſuriūt & ſancti ſpirit9 ſaluberrīa ebrieta
te īpleri ſe deſiderāt. Hec iudeis fuit in ſcāda
lum ſicut pſalmiſta teſtat dicēs. Fiat mēſa eo
rum corā ipſis in laqueū & in retributiōes &
in ſcādalum. Quādo ipſi iudei xpi ſpiritale de
teſtati ſūt ꝯuiuiū. Precepit domin9 moiſi ī ex
odo vt faceret menſam de lignis ſethi & para
ret in miniſteriū ei9 diuerſa vaſa hoc ē aceta-
bula. fialas. thuribula. & ciathos. ī quibꝰ of
ferenda erāt libamina &c̄. Menſa enī dnī de
lignis ſethim facta ſcriptura ē ſac̄. de ſanctis
viris ꝑlata. Vaſa varia q̄ ad offerēda ſūt liba
mina facta varie ſūt diſtictiōes eloquii diuini
ꝓ diſpari capacitate audiētium non enim vna
eademq̄ omnibꝰ pōt ꝯuenire doctrina. Aliter
namq̄ ſapiētes. alit īſipiētes aliter diuites ali
ter paupes. aliter ſani alit īfirmi. aliter ſenes
aliter iuuenes. aliter viri. aliter femine. aliter
celibes. aliter ꝯiugati. aliter ꝑlati. aliter ſub-
diti. docēdi ſūt. Que tamē vaſa omnia ad offe
renda libamina ꝑtinēt. quia que cum prudēs
doctor diuerſa ꝓdiuerſitate audiētium loqui
tur. vniuerſa in rgl'a ſacre ſcripture repiūt
atq̄ ad offerenda dño vota bonoꝝ operū corda
excitāt auditoꝝ. Hic & ī lib° numeroꝝ ſcrip-
tum eſt qđ principes offerent ad dedicationē
altaris diuēſa vaſa hoc eſt acetabula fialas &
mortariola. Que vtiq̄ miſticā ſignificationē
habēt. Deniq̄ acetabula q̄ anguſtū os habent
anguſtiā litere legalis & obſcuritatē locutō
nis ꝓphetice ꝑ miſteriū exꝑmunt. Fiale vero
que ex uitro primit9 facte dicunt. nam greci
vitrū bialin nomināt. & cū ſūmo ſūt oris lati
oris luciditatē ac ꝑſpicuitatē euāgelici ſenſ9
in quo miſteria omīa legis & ꝓphetaꝝ expla
nata ſūt & plana locutione doctrīe apoſtolice
ī qua ea q̄ pri9 in enigmate latebāt ī luce ꝓla
ta & expoſita ſūt in ſinuāt. Et qđ in mortari
olo aureo niſi cor electoꝝ plenū diuīa ſapiētia.
& aromata in ſe ꝯtinēs virtutū ſignificat.

De vaſis potatoriis.

Poculū apotādo nominatū ē enī omne
vas inquo bibēdi ē ꝯſuetudo. Poculū
enim miſtice ſignificat calicē ſanguīs
domini qđ ſic īebriat vt mētē ſanet a delictis
ꝓhibens non ad peccata ꝑducens. Hec uino
lencia ſobrios reddit hec plenitudo malis eua
cuat & qui illo poculo non fuerit replet9 eter
na reddit egeſtate ieiunus. Inuenitur etiam
& in malo poſitū vt eſaias ait accepi de manu
tua calicem ruine poculum ire & indignatio
nis mee. Addidit etiam quā preclarum eſt
vtiq̄ cū talia ꝯferat vt ad celorū regna ꝑdu-
cat de quo poculo in euangelio dicitur. Qui
biberit ex aqua quā ego do nō ſitiet vnq̄ ſed
fiet in eo fons aque ſaliētis in vitam eternam
Patere fiale ſūt dicte vel ꝙ in ipſis potare ſo
lemus vel qđ patētes ſūt diſpanſiſq̄ labris.
Fiale doctores ſunt ſancti ī eccl'a āpla ſciētia
referti de quo in exodo. Item fiale ſors ī pec
catoribꝰ ire diuine de quo in apocalipſi. vii.
inqt fiale nouiſſime ire dei plene. Cratera ca-
lix eſt duas habēs anſas & eſt grecum nomē
declinat autē apud eos hic crater ꝯnā latine
hec cratera dicit vnde & pſius ſitimi crateras
argenti virgi9. Crateras magnas ſtatuūt &
vina coronāt. Fiebāt autē primū ex cōnexio
nibus virgultorum. Vnde & dicte cratere a
potocratin id eſt ꝙ ſe inuicē teneāt. Cyati q̄
ciſi. Cimbia & ipſa poculorum ſūt genera ex
quibꝰ cimbia pocula dicta ſūt ex ſimilitudine
timbe nauis. Emiſtis ſpecies poculi q̄ duc
tim hoc eſt vno ſpiritu bibit. Bachea primum
a bacho qđ eſt vinum nominata poſtea ī vſibꝰ
aquariis trāſiit. Calices & calati & ſchale po
culorū genera ante ex ligno facti & inde vo-
cata. Greci enī omne lignū cala dicebāt. Ca
lix ſignificat ſacrā ſcripturā id eſt duo teſta-
menta vt quidā volunt ſicut in euāgelio ſcđm
lucā duos calices vnum ante cenā & aliū poſt
cenā in paſce dominus apoſtolis tradidiſſe le-
gitur. Item calix figuraliter exꝑmit ſuppli-
cia peccatorū in pſalterio ignis & ſulphur &
ſpiritus procellaꝝ pars calicis eorum. Rurſū
calix tribulatio eſt vite ꝑſentis & vindicta ī
omnes gentes in hieremia. Accipe calicē iſtū
& dabis ex eo bibere ad omēs gētes. Ampul
la eſt quaſi ampla bulla ſimile eſt enim rotun
ditate bullis que ex ſpumis aquarum fiūt atq̄
ita inflantur vento. Diximus autē ſupius de
miſtica vaſorum ſignificatiōe nec neceſſe eſt
denuo id repetere: quod iam pleniter cōſtat
explanatum eſſe.

De vaſis vinariis ſiue aquariis.

Anoforum vas ferēs vinū. Eno enim
vinum eſt. De quo eſt illud. Vertit
enofori fundis ſentēcia nobis. Flaſce
ex greco vocabulo dicte. Hec ꝓ vehendis ac re
condēdis fialis primū facte ſūt vnde & nun-
cupate. Poſtea in vſum vini trāſierunt manē

naſcat̃ in maru ebrioſi. Fex dicta q̃ ſeſe vaſis emergẽdo affigat. Fex enĩ vltimũ iudiciũ ſigĩficat. Vnde de fece in pſalmo ſcriptũ ẽ verũtamẽ fex eius non eſt exinanita. Feces enĩ hic nõ ſordes ſed ima illa atq̃ vltima vini debemus accipe. Nam quomodo feces habere potuit q̃d merum atq̃ purũ ante declarauit ſed vt ad iſtam fecẽ cognoſceres minime fuiſſe puẽtũ redit ad poculũ plenum dicens. Bibẽt omnes peccatores terre. Hic ſignificat q̃ ſepe diximus iudeos ĩ fine ſeculi cũ alius peccatoribꝰ de iſto calice bibituros quãdo credere meruerit ſocq̃ eccl'e catholice adunata fide ꝯiunxerint.

## De vaſis eſcariis.

Vaſa dicta a veſcẽdo q̃d in ea eſca apponantur. Cuius diminutiuũ vaſcula quaſi veſcula. Fictilia dicta q̃ fiãt & fingant̃ ex terra. Fingere eſt enim facere formare & plaſmare. Vnde & figuli dicũtur Et vas fictile dicit̃ non fictum illud q̃d mendacium eſt ſed q̃d format̃ vt ſit & habeat aliq̃ꝫ formam. Vnde & apl'us dicit. Numquid dicit figmẽtum ei qui ſe finxit quare ſic me feciſti. Fictilia vaſa in ſamo inſula prius inuenta traduntur facta ex terra cretea & indurata igne. vnde & ſamia vaſa poſtea inuentum eſt rubricam addere & ex rubra terra fingere. Antiquiorẽ fuiſſe vſum fictiliũ vaſorum conſtat q̃ꝫ fundendi eris aut argenti. Apud veteres enĩ nec aurea nec argẽtea ſꝫ fictilia vaſa habebant̃ ſic̃ ad vina doliis excogitatis ad aquas anforis. idriis ad balneas ac reliquis que in vſibus hominum ꝗ̃ rota fiunt ꝗ̃ manu aptant̃. Fictiliũ ergo vaſoꝝ figura ad humane ꝯditiõis ſortẽ ꝑtinet. Vnde ſcriptũ eſt. Formauit deꝰ hominẽ de limo terre. Que tamen igne ſpiritꝰ ſancti ad purum excocta vaſa ꝑcioſa ad ſeruiciũ dei habilia fiunt. Vaſa enim ꝑcioſa aurea & argẽtea ſancti ſũt ſapientie ſplendore & eloquentie nitore fulgentes ſicut econtrario lignea vl' fictilia vaſa illi ſũt qui adhuc aliq̃d minus de ꝑfectiõe habẽt Vnde apoſtolꝰ. In magna inq̃t domo non ſolũ ſũt vaſa aurea & argentea ſed & lignea atq̃ fictilia & quedã ſunt ĩ honorẽ alia vero ĩ ꝯtumeliam. Magna inquit domus eſt eccleſia ex multis ꝯſiſtens hominibus. Neceſſe eſt ergo non omnes ibi eſſe equales. Nam & in magna domo nõ poſſunt oĩa vaſa ſil'ia repiri licet ſit domꝰ valde magna ſed inter aurea & argentea vaſa ꝑſpiciunt̃ & lignea & fictilia & alia quidem multa digna ſũt honore alia vero ſunt cõtemptibilia & ad certũ vſum diſcreta deinde quia natural' erat vaſorum diuiſio vt ne q̃d tale apd̃ nos exiſtimaret adiecit ſi enĩ qui ſe mũdauerit ab his erit vas in honore ſanctificatum domino & optimũ ad omne opus bonum ꝑparatũ. Sed q̃ illic materia natural' facit hoc hic arbitriũ. Qui enĩ ſe a deterioribus ſegregauerit eſt uas vtile ĩ honorẽ dei. alia vero in contumeliã. Hoc autẽ in nr̃o ẽ poſitum arbitrio & poteſtate vtrũ id q̃d meliꝰ an q̃d deterius eſt eligamꝰ. Celata vaſa argẽtea vl' aurea ſũt. ſignis eminẽtioribꝰ ĩtus exẽve expreſſa. a celo vocata. q̃d eſt genꝰ ferramenti. q̃d vulgo cilionẽ vocant. Criſen dicta vaſa deaurata grecũ eſt. Anaglifa q̃d ſupius ſũt ſculpta. Greci enim ana ſurſũ. gliſe ſculptura. Inde anaglifa id eſt ſurſũ ſculpta. Vaſa enim celata ſiue anaglifa ſignificãt ſanctos variaꝝ virtutũ ĩſignis diſtĩctos atq̃ decoratos Illa autẽ vaſa que deaurata dicunt̃. ſignificãt eos quos donũ ꝑfecte caritatis adornat. De quibꝰ ſcriptũ ẽ in pſalmo. Aſtitit regĩa a dextris tuis ĩ veſtitu deaurato circũdata varietate. Auꝝ ad caritatis debemꝰ aptare vulgorẽ q̃ virtute circũdata ſancta reſplẽdet eccleſia. Et ne ſolã ibi ĩtelligẽs. eſſe caritatẽ. ĩ ueſtitu dixit de aurato non aureo. Deauratũ enĩ dicimꝰ. q̃ndo ſupducta ſpecies auri ĩaliq̃ materia glutĩat̃ Id̃o aũt ſup virtutes alias g̃tia caritatis apparuit. q̃a oĩa eiꝰ fulgor excellᵗ. addit circũamicta varietate. ꝑſcrutemur cur eccleſia dei de veſtis varietate laudat̃ cui totũ ſimplex ꝯueĩt atq̃ vnum. Sed hac varietate aut linguas multiplices ſigĩficat. q̃a ſic oĩs gens ſecundũ ſuã patriã in eccleſia pſallit auctori. aut virtutũ pulcherrimã diuerſitatẽ. Ornat̃ enim auro apoſtoloꝝ argẽto ꝓphetaꝝ. gẽmis virginũ. cocco martirũ. purpura penitẽtium Iſta eſt ergo varietas vnitatis que oculis dñi ex omnibꝰ gentibꝰ pia ꝯuerſatione placitura ꝯtexit̃. Diſcꝰ antea ſcus ab ſpetie ſcuti vnde & ſcutella. pꝰ ea diſcus vocatus q̃ det eſcas id eſt apponat a quo & diſcũbentes dicti ſiue a potoliſcĩ. i. q̃d iaceant. Paraplis quadrãgulum & quadrilaterũ vas id ẽ paribꝰ abſidis. Patena quod diſpanſis patẽtibꝰ q̃ ſit oris lata. De diſco & paraplide in euãgelio legitur hoc ẽ ĩ decollatiõe iohãnis diſci cõmemoratõ fit & ĩ paſſione ſaluatoris de paraplide legit̃. In quibꝰ admonemur vt libidinẽ & crudelitatẽ fugiamꝰ & fraudẽ vl' ꝓditionẽ facere omnino caueamꝰ. omnes qui luxuriã herodis & auaritiã iude deteſtamur. Menſa enĩ a mẽſe dicta ẽ. quia eodẽ die ꝯuiuia ritu gẽtium exercebant̃. De menſa ergo ꝓpheta ait. paraſti ĩ conſpectu meo menſam. Eccleſie vero mẽſa eſt beata conuiuatio. epulatio felix. ſaturitas fidei. eſca celeſtis. Verum iſtam menſam aduerſus eos paratã eſſe manifeſtũ eſt. qui ñ

Miſtice ergo in olla generis ꝓſpia vt quidã
volunt intelligitur vnde ſcriptũ eſt ĩ pſalmo
moab olla ſpei mee ꝓpter ruth . Itẽ olla dãp-
natio ſempiterna vt in iohel vultus redigent̃
in ollam . Rurſum olla plebs eſt iudaica cupi-
ditate carnali acceſſa de qua hieremias ollam
inquit ſuccenſam ego video . Item in nomine
olle p̃ſens mundus vel genus humanũ ſiue q̃
libet anima peccatrix igne tribulatiõis appo
ſita notatur de quo dominus dixit ad ezechi
elem pone ollam ſup prunas vacuã donec ĩca
leſcat æs eius. Cacabo & cucuma a ſono feruo
ris cognominant̃ . Hec in grecis & latinis cõ
munia nomina habẽt ſed vtrũ latini a grecis
an greci a latinis hec vocabula mutuaſſent in
certum eſt . Lebetes ænea vaſa ſũt greco ſer
mone vocata : ſunt enĩ olle minores in vſũ co-
quendi parate . De lebete ergo in ezechihele
ita ſcriptum eſt hec dicit domin9 deus . Pone
lebetem & mitte ĩ eam aquã & mitte in eam
diuiſiões oſſium & carniũ &c̃ vbi ſub lebetis
ſimilitudine vrbẽ ieruſalẽ deſcribit & ſub oſſi
um & carniũ coctione tormenta fortiũ & fra
gilium exprim̃ in eo & p excoctionem rubri
ignis ipſi9 ciuitatis deſtructionẽ ꝓpter iniq
tates eius ſignificat iuxta tropologiam vero
vrbs iſta & lebes mundũ iſtum ſignificãt qui
in maligno poſit9 ẽ . Hic in die iudicii diuino
igne ſuccẽditur & ciuitas ſanguinũ ponit̃ ſup
carbões ignis vt impleat̃ ꝙ ſcriptũ eſt ĩ eſaia
habẽs carbões ig̃is ſedeb̃ ſup eos & impleat̃
qđ ſcriptũ eſt nihil ocultũ qđ non reueletur
dicit ꝙ ſe domin9 nõ miſereri nec mũdi ꝑ ter
ire peccata neq͂ parcere impiis nec placari vt
vie ꝑeant impiorũ ſecũdũ illud ꝙ in ꝑmi pſal
mi fine ponit̃ & iter impiorũ ꝑibit . Sartago
ab ſtrepitu ſoni vocata quãdo ardet ĩ ea oleũ
Item cartago tribulatio vite p̃ſentis vt ĩ pſal
mo & oſſa mea id eſt fortes eccleſie ſicẽ in frix
orio cõfrixa ſũt . Rurſum ſartago zelus recti
tudis aduerſ9 peccata & cõpunctio fraterne
infirmitatis . In ezechiel & tu fili hoĩs pone
ſartaginem inter te & inter ciuitatem . De
hac ſartagine loquitur apoſtolus quis ſcãdali
zatur & ego non vror . Mola dicitur a ſui
rotũditate vocata vt mala pomoꝝ ſicẽ & greci
p molã exprimit̃ circuit9 vite p̃ſentis & labõ
terrenus . In euãgelio qui ſcãdalizauerit vnũ
de puſillis iſtis expedit ei vt ſuſpendat̃ mola
aſinaria in collo ei9 & demergatur ĩ ꝓfundũ
maris . Hinc in eſaia aduerſus babilonẽ dicit̃
tolle molã & mole fariñam & alibi occiſi erunt
molẽtes in minuto numero . Mole due duo te
ſtamẽta legis vt quidã volũt ſignificãt vnde
legitur in euãgelio . Tunc due erũt in molen-
dino vna aſſumet̃ & vna relinquet̃ . mole due

ſpes & formido vt in deutronoĩo . Non acci
pias loco pignoris inferiorẽ & ſupiorem molã
Cribrum qđ ibi currat frumentum q̃ſi curri
frugum . Cribrum iuxta allegoriã ſeparatio
eſt fidelium a ſocietate infidelium . De quo
in amos mentio fit & in euãgelio domin9 ad
petrum ait . Ecce ſatanas expetiuit vt cribra
ret nos ſicut triticũ &c̃ .

De vaſis repoſitoriis .

GAzophilaciũ vna archa eſt vbi colli-
guntur ĩ templo ea que ad indigẽciã
pauperum mittuntur cõpoſitum eſt aũt
de lingua ꝑſica & greca . Gaza enim lingua
ꝑſaꝝ diuicie filaxion vl̃ filaxe grece cuſtodia
dia interp̃tatur . Miſtice autẽ gazophilaciũ
corda ſũt ſanctorum ſapientie diuiciis plena
qđ ĩ ezechiele ꝓpheta & in euãgelio ſatis de
monſtratur . Archa dicta qđ arceat viſũ atq͂
ꝓhibeat . hinc & archanũ . hĩc & archanũ . i.
ſecretũ vnde ceteri arcent̃ . Arce aũt miſtica
ſignificatio in exodo pleniſſime demonſtrat̃
vbi de conſtructione arce teſtamenti domini
narratur quia aut ĩcarnatiõem domini ibidẽ
ſignificat aut ſanctã eccleſiam in qua teſtamẽ-
ta diuina recondita ſũt . Item arca noe qđ ſan
cte eccleſie tipum teneat manifeſtis indiciis
ↄprobatur . Loculus ad aliqđ ponẽdum intra
factus locus ſeu ad veſtes vl̃ peccuniã cuſto-
diendã . Vnde per diminucionẽ dicit̃ . Legitur
enĩ de loculo ĩ geneſi vbi de ſepulchro ioſeph
narrat̃ & in euãgelio de locul' iude ꝓditoris
mentio fit . Scrinia ſũt vaſa in quib9 ſeruant̃
libri vel theſauri . Vnde apud romanos illi q
libros & eccleſiaſticos theſauros ſeruãt ſcrina
rii nũcupant̃ . Saccus a ſago dict9 ꝙ eo ↄſuto
efficiatur quaſi ſaggus . Pœnitẽtium enĩ iſte
eſt habitus & vilium rerũ condimẽtum .

¶ Marſupium ſacculus nũmorum qđ greci
marſippa appellãt . Quedam greca noĩa in la
tinum paulo inflectuntur ꝓpter romanũ elo
quium . Biſtarcia nautarum ſũt ab eo ꝙ con-
ſuete ſũt . Inuolutrũ dictum qđ aliquid in ſe
teneat inuolutũ . Fiſcus ſacculus eſt publicus
vnde & fiſcelle & fiſcine dicuntur . Hunc ha
bnet exactores & ĩ eo mittũt debitũ publicũ
qđ reddit̃ regibus . Fiſcus autẽ prima poſitio
ẽ deriuatiuũ fiſcina diminutiuũ fiſcella . Sac
culus miſtice thezauriſatio eſt bonorũ opum
Vnde dominus ait in euãgelio . Facite vobis
ſacculos qui non veteraſcũt . Et in aliã ꝑtem
illud intelligit̃ ꝙ in ſalomone legitur marſup
pium ſiue ſacculũ cõmune poſſideamus id eſt
auariciam . Peram iuxta alegoriã victus eſt
ſollicitudo . Vnde dominus p̃cepit dicẽs . Noli
te portare ſacculum neq͂ perã in via .

¶ De caniſtro .

te greco vocabulo vnde ſupſerunt iniciū. La
gena & ſitula greca nomina ſunt inflexa ex
parte vt latina fierent. Illi enim laginos nos
lagenas illi ſilice nos ſitulā dicimus. Lagene
corda hominum ſapientie vinum retinētes vt
in ꝓpheta. Omnis lagācula implebitur vino
Ydria genus vaſis aquatilis ꝑ deriuacionem
vocata. Idros enim grece aquā dicūt. Ydria
carnem hominū ſigificat vt in libro iudicum
& dedit in manibus eoꝝ ydrias vacuas & in
ſalomōe ꝯferatur inqt ydria ſup lacū hoc eſt
carnalis cupiditas de qua in euāgelio legitur
Reliquit ergo idriā ſuam & abiit ī ciuitatem
Sex ergo ydrie in euāgelio ſignificāt ſex eta
tes mundi in quibꝫ aqua ſapiētie legalis ꝑ eri
ſtū ꝯuerſa eſt in vinū gr̄tie ſpiritalꝫ. Situla ꝙ
ſicientibus apta ſit ad bibendū qđ vas greci
cadū vocant. Situla miſtice carnē xp̄i ſignifi
cat. Vnde in libͦ numeroꝝ ſcriptū eſt. Fluit
aqua de ſitula eius. Catinū vas fictile ꝙ me
lius neutro genere dicitur quā maſculino ſic
& ſalinum dicitur vas aptū ſalibus. Catinum
eandem ſignificatiōem habet quā diximꝰ de
paraſide in qua manifeſtatus eſt ꝓditor ſal-
uatoris. Cifus in quo manꝰ lauamꝰ. Orcarū
ſeriola eſt orcio rectꝰ vł vas fictile vini apud
ſiriā primū excogitatum ſicut calices a cicilia
nuncupate vnde & primū aducte ſūt. Cifꝰ
ſignificat ſciām legis: vn̄ ī ſacco beiamī īuētꝰ ē
cifus ioſeph qꝛ ī corpe pauli doctrina celeſtis
ꝑfulgebat eloquii. Orcas eſt anfore ſpecies
cuiꝰ minore vocabulo vrceus diminutiuo vr
ceolus eſt. Dolium cupos & cupas a capiēdo
id eſt accipiēdo aquā vł vinum vocatas vnde
& caupōes. Vter ab vtero vocatꝰ eſt de vtre
vō pſal. ait & factꝰ ſū ſicut vter ī pruīa iuſti
ficatiōes. tuas nō ſū oblitꝰ. Vter enī in pruīa
natiuo calore vacuatū beneficio ꝯuerſiōis attē
bitur & cum ſic fuerit felici ſorte maceratū
ꝓuenit qđ ſequitur vt iuſtificatiōes domini
nullatenus poſſint obliuiſci. Vter enī corpꝰ
mortale ſignificat ꝯpruina beneficiū ꝯuerſio-
nis oſtendit ꝑ quā euenit vt caro noſtra laſci
uiens afflictiōe penitentie ꝯtrahatꝰ. Tantum
enim creſcit calor fidei quātum de flāma ſub
tractum fuerit corporali. de vtribꝫ ꝙ in euā
gelio mētio fit vbi dominꝰ de ꝑdicatiōe fidei
locuturꝰ ait. Nemo mittit vinū nouū in vte-
res veteres: alioquī rumpūtꝰ vteres & vinū
effunditꝰ ſed vinum nouū in vteres nouos mit
tunt & ambo ꝯſeruabūtꝰ in vtribus veteribꝫ
carnales homines deſignās & in vtribꝫ nouis
ſpiritales qui apti ſunt ad capiendum vinum
gratie celeſtis. Mulgariū vas in quo mul
gūtur pecora idem eſt & mulcrū ab eo ꝙ ibi
mulgetur lac. Mulgariū ꝙ vas eſt paſtorale
in quo lac infuſum eſt & ſignificat veterem
legem in quo continebatur lac facilis doctrīe
impitis conueniēs. Labrū vocatum eoqđ in
eo lauationē fieri ſolitū eſt infantiū cuiꝰ dimi
nutiuū labellū. Idem & albena qđ in eo alba
tionem fieri ſolitū eſt. Labrum enī in exodo
poſitum legitur āte aditū templi domini vbi
ſacerdotes lauabāt manꝰ & pedes quando in
greſſuri ſūt tabernaculū teſtimonii & quādo
acceſſuri ad altare qđ ſiginficat cōpunctionis
lacrimaꝝ emūdatiōem. Duobus nanq3 modis
lacrimarum & conpunctionum ſtatus diſtin
guitꝰ quia ꝑmo neceſſe eſt quiſq3 ad dominū
conuerſꝰ ꝓ his que cōmiſit peccatis veniam
fuſis lacrimis ꝑcetur qđ comitantibꝫ dignis
penitēcie fructibꝫ lōgo tpe perfecerit reſtat
vt ſecurior de accepta peccatoꝝ veīa effectꝰ
iam deſideriis inhiātibꝫ optat venire tempꝰ
quo mercatur inter beatiſſimos āgeloꝝ cho
ros faciem vidē creatoris. Pelues vocata qđ
pedes ibi lauentꝰ pelues enim vbi dominꝰ im
miſſa aqua lauit pedes diſcipulorū ſuoꝝ ſigni
ficat oratiōem ſanctam ꝑ quā gratia diuina
poſt lauationē baptiſmatis mūdat opa noſtra
a ſordibꝫ terrenis vnde ipſe dominꝰ in euāge-
lio ait. Qui lotus ē non habet opus niſi pedes
lauare ſed eſt mundus totus. Quomodo eſt
vtrūq3 & mundꝰ totꝰ & tamē ei pedes lauan
di ſūt. Niſi qa mūdꝰ totꝰ ē in lauacro ſancti
baptiſmatis ſed iterū puluere terrene habita
tionis ſordidatꝰ. Vnde & neceſſe habet iterū
lauari per gratiam diuine pietatis licet priꝰ
eadem gratia eſſet totus mūdatus apoſtolo
iohanne atteſtāte ſi dixerimꝰ qa peccatū non
habemus nos ipſos decipimꝰ & veritas in eo
non eſt. Quottidie ergo pedes lauat nobꝫ qui
īterpellat ꝓ nobis & quottidie nos opꝰ habē
vt pedes lauemꝰ in ipſa oratiōe dominica ꝯfi
temur cū dicimꝰ dimitte nobis debita nr̄a
ſicut & nos dimittimus debitoribꝫ noſtris.

## De vaſis olearis.

Lenticula vaſculū olearū ex ere &
argēto factum ab liniēdo dictū. His
enim reges & ſacerdotes liniebātur
ſignificat autē ſcripturā ſacrā in qua ꝯtinetꝰ
ꝓmiſſio ſpūs ſancti ꝑ cuiꝰ gratiam vngimur
& ſanctifficamur deo reges ac ſacerdotes ſpi
ritales efficimur.

## De vaſis coquinariis & piſtoriis.

Omnia vaſa coquendi cauſa parata co-
cula dicuntur. Plautꝰ æneis coculis
mihi excocta eſt omnis mīa & cetēa
Olla dicta ꝓ eo quod ebulliat in ea aqua igne
ſubiecto vt altiꝰ vapor emittatꝰ. vnde et bulla
dicitur que in aqua venti intus ſpū ſuſtentatꝰ
Patella qͣſi patula olla ē enī oris patētioribꝫ

machias ad plurecdi minuteriu fabricatas ra
ros dnt . Nam fos lux foros viſio dicit̃ . vñ &
lucifer grece folforus appellat̃ .

De lectis & ſellis.

Lecti a lectis herbis vocati . Strat9 ab
ſternendo dict9 q̃ſi ſtoriat9 . In his ſo
lis antiqui ad dormiendū accubabãt q̃
dam laneis ſtramentis reptis . Storia qđ ſit
ſtrata . Cama eſt breuis & circa terrā : greci
enim cami breue dicunt . De lectis & ſtratu
ꝓpheta ĩ pſalterio ait . Lauabo p ſingulas noc
tes lectum meū lacrimis meis ſtratū meum
rigabo . Si hoc ad literam velis accipe merito
quidē lectum quē noctibꝫ polluerat lacrimis
abluebat ſed occurrit poſſibilitas vt tãta fu-
iſſet copia lacrimarū que non ſolum faciem
ſed & lectum lauiſſe diceret̃ . Qua ꝓpter me
lius lectum delectaciõem corpis intelligam9
in qua velut ĩ cubili noſtro marceſcẽti volup
tate renitimur quam poteſt homo lacrimis
quãuis paucis lauare ſi eum contingat celeſti
inſpiratiõe deflere . Cubile eſt cubãdi locus
grabatū grecum eſt . Baiolana eſt lectus qui
ĩ itinē baiulat̃ a baiolãdo .i. deportãdo . De cu
bili autē ita in pſalterio ſcriptū eſt . In cubili-
bus veſtris ꝯpugimini . Ferarꝫ domiciliū
ꝓprie cubile dicitur a cubãdo ferocium ergo
cogitaciões apte dixit cubilia quamuis inter
dum & in bono abuſiue legatur aſſumptū vt
eſt de ſanctis letabunt̃ in cubilibꝫ ſuis . Nam
qđ dicit in cubilibꝫ veſtris cõpugimini ſigni
ficat penitēciã agite . Nam conpũctione q̃dã
animarum fit optata cõuerſio ac ſi diceret de
ſerite prauas cogitaciones veſtras antequã
ſcelera ꝑpetretis . Grabatum enim ſignificat
ſufferentiã caritatis fraterne . Vnde ſcriptū
eſt in euangelio qđ dominus dixerit paltico
a ſe ſanato ſurge tolle grabatū tuum & ambu
la id eſt relinque peccata priſtina neceſſitati
bus fratrū ſuccurre & in vniuerſis que agis
vide ne in hoc ſeculo mentē figas ſed ad vidē
dam faciē tui feſtines redẽptoris ſurge bona
opando porta grabatum tuū diligendo ꝓxi-
mum & ambula expectando beatam ſpem &
aduentū glorie magni dei . Nam iuxta allego
riam lectus aut requiē ſanctorū ſignificat in
criſto aut ꝯtemplatiuam vitã aut infirmitatē
corporeã aut vitam opulẽtam aut hereticoꝝ
deceptiõem aut tribulationē vite future . Lec
tus enim eccleſie requies eſt in xp̃o vt ē illud
in cantico cãticorum . Ecce lectum ſalomonis
lx. fortes ambiũt . Item lectus requies ſpiri
tal' hoc ē vita contẽplatiua ĩ ſalomõe . In lectu
lo meo p noctem queſiui quē deſiderat aĩma
mea & in euãgelio . Tunc duo erunt in lecto
vnus aſſumet̃ & vnus relinquetur . Rurſum

lectus hominis corp9 vel infirmitas carnis in
pſalmo . Dñus opē ferat . i. ſ. l. d. e. & alibi
lauabo p ſingulas noctes lectum meū . Lect9
vita opulenta ſic̃ in amos ꝑ diuitibus huius
ſeculi dicitur : qui dormitis in lectis eburneis
Lect9 in eccleſia hereticorū deceptio de quo
in ſalomõe ſcriptum eſt . Intexui lectum meū
funibus hoc eſt vinculis peccatorum . Lectus
tribulatio vite future . Hinc dicitur in apoca
lipſi ecce mitto illam in lectum & qui mech-
antur cum ea in magna tribulatiõe erũt .
Puluinar lectus diuitū eſt : inde & puluillus
Puluillus enim ſignificat deceptionē adulato
rum vnde ſcriptū eſt i ꝓpheta . Ve vobis qui
cõſuitis puluillos ſub oĩ cubitu man9 & ceruı
calia ad animas diripiẽdas . Sponda aũt exte
rior pars lecti pluteus iterior . Geniales lecti
ꝓprie ſunt qui ſternunt̃ puellis nubentibꝫ dic
ti autem a generãdis liberis . Cunabula ſunt
lectuli ĩ q̃bus infantuli iacere ꝯſueuerũt dicti
ꝙ partui adhibeãt̃ quaſi cinabula . Nam cine
ē grece eniti hec ſepe abuſiue ꝑ ĩfantū nutri
mento ponunt̃ . Feretrum dicitur eo qđ in eo
mortui deferantur . Q2 &iam miſtice ſigni-
ficat adulatorum fauores vel malas cõſuetu
dines hominum ĩ quibꝫ peccatis mortui iacē
deſiderãt vnde cum dominus voluit ſuſcitare
mortuum iuſſit ſtare feretrū quia vetuit adu
lationum decipulis in peccatis diuti9 morari
Scamna ſunt quia lectis altioribus apponun
tur dicta a ſcandẽdo hinc & ſcabella lectis p
uis vel ſellis ad aſcenſū apponũtur . Scabellū
autem ſubpedaneū dicitur . Nam greci ipopo
dion dicũt latini ſcabellū alii ſubpedaneū ꝙ
ſubpedibꝫ ſit . Scabellū humiliatoꝝ ſubiectio
nem ſignificat vt eſt in pſalmo donec ponam
inimicos tuos ſcabellum pedum tuoꝝ . Sedes
dicta quoniã apud veteres romanos non erat
vſus accumbendi vnde & conſedere dicebant̃
ꝓpterea vt ait varro de vita ppl'i romani viri
diſcumbē ceperũt mulieres ſedere q̃a turpis
vſus in muliere accubitus . Sedes aũt miſtice
ſignificat habitū regnãtis ſiue iudicãtis . Vñ
dicitur in pſalmo . Sedes tua in ſeculū ſeculi
& iterum . Sedes inquit ſup tronū qui iudi-
cas equitatē . Et in euangelio domin9 apl'is
ait ſedebitis ſuper ſedes iudicãtes duodecim
tribus iſrahel . Cathedre enim ſedes doctoꝝ
ſunt & ſignificant miſtice docendi poteſtatē
aut doctrinã legis moiſi ſiue etiã hereticorū
doctrinam . Nam cathedra doctrina vl' pote-
ſtas eſt in pſalterio cathedra ſeniorum laudẽt
eum . Cathedra doctrina legis moiſi in euan-
gelio ſup cathedram moiſi ſederunt ſcribe &
ſacerdotes & phariſei . Cathedra hereticorū
doctrina vt in pſalmo . Et in cathedra peſtilē

Caniſtrum fiſſis cannis contexit̃ vnde
& nuncupatũ . Alii grecum aſſerunt
caniſtrũ autẽ ſignificat linguã docto
ris in q̃ offerunt̃ legis ꝑcepto panes azimoꝝ
hoc eſt verbũ euãgelii in ſacrificiũ domini ſic̃
legitur in vnctione aaron & filioꝝ eius factũ
eſſe . Coſinus eſt vas ex virgultis cõtextum
aptum mundare ſtercora & terrã portare de
q̃ dicit pſalmiſta ꝓ iſrahel manus eius in coſi
no ſeruierunt . Dictus autẽ coſinus q̃ſi couus
vel quaſi cauus . & hoc quamuis iuxta hiſto
riam dici videatur quãdo ĩ egipto iudeorum
ppl̃s diuerſis neceſſitatibꝫ ſeruiebat :modo
vt lateres facẽt . vt terrã coſinis modo exhi-
beret tamẽ iſtud criſtianorum patribus dili
gentius applicam⁹ a quoꝝ dorſo auertit de⁹
onera peccatorũ quãdo ſe felici humilitate ꝓ
ſternunt ſicut ipſe dicit venite ad me omnes
q̃ laboratis & onerati eſtis & ego vos reficiã
Coſinos autẽ dicim⁹ ꝑ q̃d ſordiũ purgamẽta
ꝓicim⁹ vt loci puritas eluceſcat . Man⁹ ergo
ſuas in eis tenẽt q peccatorũ immũdiciis ocu
pãt ſed de hac ſeruitute liberamur a domĩo
quãdo ſcelerum noſtroꝝ ſordibus expiamur .
Item duodecĩ coſini apl̃i intelligũtur in qbꝫ
collecte ſũt reliquie fragmentoꝝ ex quinq̃ paĩ
bus & duobꝫ piſcibꝫ . Sporta vl̃ a ſparto fieri
ſolet vl̃ q̃d exportet aliqd . In euãgelio q̃ legit̃
q̃d tulerũt apl̃i de fragmẽtis . vii . panum vii
ſportas plenas q̃d ſigĩficat apoſtolicos docto
res ea que plebs non valet ↄſũmere de miſti-
cis doctrinis ſpũs ſancti hoc ipſi inſe colligãt
De vaſis . Lummariorum.

Locum antiqui appellauerũt ignem .
fos enim grece latine ignis eſt . Vnde
& iuxta philoſophos calore quoniã
cũcta ꝓcreant̃ & reuera ſine calore nihil naſ
tur . adeo vt de ſeptẽtrione dicatur . ſterili ñ
quicquã frigore gignãt . Varro autẽ focas a
it dictos q̃d foueãt ignes . Nam ignis ipſa flã
ma eſt . Quicquid autẽ ignẽ fouet focus voca
tur ſiue ara ſiue aliud in quo ignis fouet̃ . Lu
cerna a lichno dicta eſt Vnde & breuis eſt lu
vt pſius . diſpoſite pinguẽ nebulam vomuere
lucernam ſi enim a luce diceret̃ non ſtaret ver
ſus . lichnus autẽ quaſi lucinius . eſt enim cin-
cendula lucerne . Lucerna eccleſie fides ẽ vel
opa iuſticie . Vnde ĩ ſolomõe ſcriptũ eſt . ꝓpterea
non extĩguet̃ lucerna eius ꝑ totã noctẽ . Item
lucerna ſignificat ꝓpheticũ ſermonẽ vl̃ p̃di-
catores diuine legis . Vnde ꝓpheta ait in pſal
mo . Lucerna pedibꝫ meis verbũ tuũ domine
Et ĩ euãgelio de iohanne baptiſta ſcriptum ẽ
Ille erat lucerna ardẽs & lucens . Candelabꝝ
a cãdelis dictũ q̃ſi candelaſoꝝ q̃d cãdelã fert
Candelabrũ autẽ miſtice corp⁹ domĩ . vl̃ ſanc

tã eccleſiam . aut diuinã ſcripturã ſignificat .
Vnde in zacharia legitur vidi a dextris alta
ris cãdelabra duo argẽtea . Nam . vii . lucerne
candelabro ſuppoſite vt in exodo legit̃ ſepti-
formis eccleſie ſacramentũ & vii . dona ſpirit⁹
ſancti ſigĩficãt . Cereus ꝑ deriuatiõem a cera
nomẽ habꝫ ex q̃ format̃ de q̃ dicit̃ hic tibi noc
turnos p̃ſtabo cereos ignis ſubducta luce alte
ra lux tibi ſum . Cereus autẽ q ad illuminan-
das tenebras noctis accendit̃ ſigĩficat doctri
nam fidelis p̃dicatoris que illuminat animas
vẽbo dei credẽtes & obediẽtes Itẽ ð cẽa ĩ pſal
mo ſcriptũ ẽ . ſicut pluit cera a facie ignis ſic
ꝑibunt peccatores a facie dei & iuſti epulent̃
Quoniam in iudicõ dei a facie ipſius ſic diſpe
reũt peccatores queãdmodũ cera ꝓximo ig
ne ↄſumit̃ . Lacunaria pendẽtia ſũt lumina q̃ſi
lucenaria id eſt in aere lucẽtia . Funalia d̃nr q
intra cerã ſũt dicta a funibus q̃s ante vſũ papi
ri cera circũdatos habuẽ maiores vnde & fu
nera d̃nr . Lampas flamma ẽ in uertice lucẽs
dicta q̃d labentis motũ oſtẽdere uideatur .
De lampadibꝫ aũt ĩ euãgelio legit̃ q̃d quinq̃
virgines prudẽtes lampades ſuas cũ oleo ha-
buerũt quia electi ĩ cordibꝫ ſuis oleũ miſericõ
die & caritatis tenent q̃d fatue virgines ñ ha
bent . Vnde ĩ trãtibꝫ prudẽtibꝫ ad nuptias fa
tue repelluntur . & eoꝝ opa que clara homini
bus foris apparuerũt in aduẽtu iudicis intus
obſcurant̃ & a deo retributionẽ nõ inuenerũt
qa ꝓ eis receperũt ab homĩbꝫ laudes q̃s ama
que ſuperuenerunt vniũſo orbi. Siquidem dep̃cacio
mea ſup hoc ab anno priore · et peccatis meis exigẽ
tibꝫ · dep̃catõnem meam · nõ exauditio · ſed indigna
tio · indignatõnem aũt deſolatio pene vniũſe terre
ſecuta eſt. Si quid zelo vrgente erupit · quod nõ fu
it · aut ſec⁹ q̃p fuit dicendũ · ſit queſo apd̃ vos q̃ſi nõ
dictum · vbi vero dixi qd̃ oportuit · et vt oportuit di
ci · ſit nõ fruſtra dictum

· 222 · Ad ludouicum. Regem francorũ de facto comitis
theobaldi · et comitis radulfi de quo et ſupra

Ibẽter quidẽ · ſicut ip̃e fateri dignamini · etiã
ꝓpria atteſtante cõſciẽtia · que ad honorẽ ve
ſtrum et regni vtilitatẽ ſpectant pro noſtro exiguo
poſſe · et querimus · et querem⁹. Ceterum ꝙ n̄re hũi
litati querimini ſup anathemate mox innouãdo in
comite radulfũ · et vultis me opam dare omnimo
dã vt nõ fiat · ob multa mala · que ſecutura inde pu
tatis ꝑ ſus non video · q̃uo implere poſſim · et man
dato obuiare ap̃lico · qd̃ et ſi poſſem · non video ꝙ
ratõnabiliter poſſem · doleo q̃dem de malis ſi inde ꝓ
ueniant · ſed non ideo tñ debemus facere mala vt bo
na veniant. Saci⁹ tuciuſq̧ hoc totum ꝑfecto omni
potẽtis dei iudicio · et diſpoſicõni relinq̃mus · q̃ põt
facere · vt et bona que ip̃e vult fieri · fiant et maneãt
et mala que mali moliũtur nõ veniant aut certe in
eos ipſos · potius q̃ ea volunt et q̃runt veniant. Val
de aũt cõtriſtat me vnũ · quod in l̃ris veſtre celſitudi
nis cõtinetur · ꝙ videlicet et debeat obuiare res iſta
paci facte inter vos et comitem theobaldũ · an neſci
tis vos grauiter offendiſſe · in eo ꝙ comes theobal
dus violẽtia guerre veſtre · cõtra deum et iuſticiã iu
rare compulſus eſt · non ſolum quia quereret · ſi etiã
ꝙ efficeret · vt predictus comes radulfus et terra ei⁹
tam indebite immo tã illicite abſolueretur . Quid
iterum vultis peccatum peccato addere · et iram dei
ſup vos qd̃ abſit accumulare Quid peccauit comes
theobald⁹ vt iram veſtrã rurſũ incurrere mereatur
qui et abſolutõnem comitis radulfi · licet iniuſtam
ſicut ſcitis tanto labore · et difficultate obtinuit et re
diuiuã excõmunicatõnem quãuis iuſtiſſime redeun
tem · nec queſiuit · nec q̃rit vtpote qd̃ timore vĩo et
abiurauit. Nolite queſo · nolite domine mi rex · re
gi veſtro immo omni conditori · tam euidenter in
ſuo regno et in ſua poſſeſſione · audere reſiſtẽ · et ma
num extendere tam frequẽti et temerario auſu · aduer
ſũ terribilẽ · et eũ q̃ aufert ſpm̃ ꝑncipũ terribilẽ apd̃
reges terre. Acriter loquor · ꝙ acriora vobis formi
do · quod non ita vehementer timerem · niſi vos vehe
menter diligam

223 Ad eundẽ vnde ſupra

Scit deus q̃ntum vos ex q̃ noui dilexi et vr̃m
honorem volui · ſcitis vos q̃nto labore · q̃n
taq̧ ſollicitudine toto anno p̃terito querẽde paci ve
ſtre intendi · vna cũ alijs fidelibꝫ veſtris. Timeo aũt
ne ſine cauſa laborauerim in vobis. Vos namq̧ vt
manifeſtum eſt a bono et ſano conſilio · qd̃ accepe
ratis · nimiũ cito · nimiũq̧ leuiter reſilitis · et ad ma
la priora que dudum non inmerito ꝑpetraſſe vos
plangebatis adhuc recentibus illis plagis rurſum
vt audio · neſcio q̃ dyabolico conſilio feſtinatis. A q̃
eñ niſi a dyabolo ꝓcedere h̃ conſiliũ dixerim · p qd̃
fit vt incendijs incendia · homicidijs homicidija ad
dãtur clamor denuo pauperũ et gemitus compedi
torum · et ſanguis interfectorũ · auribus ꝓtonẽt pa
tris orphanorũ · et iudicis viduarũ. Plane hijs ho
ſtijs hoſtis ille ãtiqu⁹ nr̃i generis oblectatur · q̃ñ ip̃e
homicida eſt ab initio Et nolite fruſtra occaſionem
ſumere · de comite theobaldo ad excuſandas excuſaci
ones in peccatis cũ vir ille paratum ſe dicat · et om
nimode deprecetur · venire ad cõuẽtiones que inter
vos cucurrerũt · q̃ñ pax facta eſt · et ſecundũ iudici
um diligentiũ nomen vr̃m corũ ſcilicet q̃ mediato
res inter vos extiterũt · p omnia ſatiſfacere velit · vt
ſi p̃uaricatõnis forte ab ipſis argui poterit · qd̃ non
exiſtimat · continuo ad honorem vr̃m corrigere nõ
cunctetur. Verũ vos nec ṽba pacis recipitis nec pac
ta vr̃a tenetis · nec ſanis conſilijs acquieſcitis · ſed ne
ſcio q̃ dei iudicio · omnia vobis ita vertitis in puer
ſum · vt ꝓbra honorẽ · honorem probra dicatis tuta

poteſtatiue verſãs·et ꝑ̃o vice ſua vbiq; haut ſegni
ter agens·infert celis cottidianas hoſtias·non pla
ne pacificas·clamores pauperũ·lacrimas viduarũ
planctus orphanorũ·gemitus compeditorũ·ſangui
nẽ interfectorũ. Verũ anguſtus eſt eius malicie il
le ſpatius·remẽſem inuadit·atq; in terra ſanctorum
iniq̃ gerit·nõ clericis·non monachis·nõ ſanctimo
nialibꝰ parcens. Deniq; ſancte marie·ſancti remigij
ſãcti nicaſij·ſancti theoderici terras fructiferas·et vil
las populoſas·ita in ore gladij deuaſtauit·vt pene
in ſolitudinẽ redegerit vniuſas. frequẽs in oĩm au
ribus vox·hereditate poſſideamꝰ ſanctuariũ dei. Sic
rex emendat·quod in ecclẽiam bituricen̄·herodiano
iuramento cõmiſit·ꝑ̃terea rex noſ quidẽ·nõ parũ la
borantibꝰ·pacem cum comite theobaldo fecerat fir
me vt putauimus amicicie fedus inierat et ecce oc
caſionem querit·q̃uo recedat ab amico·atq; ob gñ
de crimen qđ impingitur comiti·q; cum baronibꝰ
regis de liberis ſuis cõtrahit matrimonia·ſuſpecta ẽ
illi dilatatõ caritatis nec ſe putat regem ſi ſe ama
uerint pncipes. Conſiciat prudẽtia veſtra·quid ani
mi erga ſubditos gerat·qui de odio atq; diſcordia ſi
fuerit inter ſuos·ſe eſtimat fortiorẽ. Videat et ppen
dat·ſi eſt hic homo a deo·q̃ in ſuorũ magis mutua
ſimultate q̃ꝫ caritate confidit cũ caritas ſit deus·qđ
minime faceret·ſi illius ſapiẽtiam haberet q̃ ait for
tis ẽ vt mors dilectio· dura ſicut infernus emulatõ
ꝓpterea ergo pacis conuentões·et conſtitões mani
feſte trãſgreditur·nec timet pacta ſua·que diſtinxe
runt labia ſua·deniq; reuocauit in domum ſuam et
ad cõſilium ſuũ virum adulterum·et excõmunicatũ
tum·quẽ ex conſtituto eiecerat et ꝑ exercẽda maio
ri malicia·alijs multis nequã eq; excõmunicatis·
piuris·incendiarijs·homicidis·rex et aduocatꝰ eccle
ſie aduſꝰ ecclẽie qđ ẽ nõ dubiũ amatorẽ et defẽſorẽ de
nuo ſociatur·iuxta illđ ꝓphete. Si videbas furẽ cur
rebas cũ eo et cum adulteris portõẽ tuã ponebas
Ad hec cogit ſuo more epos ad maledicẽdũ bñdi
cẽdis et iterũ bñdicendũ maledicẽdis·et qm̃ nõ ob
temparur ꝑ ſuo libitu ſibi·circuit mare et aridam
vt inueniat iuratores·quorũ piurijs·quos fortaſ
ſis deus cõiungit·ꝑ hoĩem ſeparentur. Qua fronte
obſecro·tanto ꝑe alijs ꝑ̃ſcribere de conſanguinitate
laborat·homo cum ſua qđ palã eſt·tertio ferme cõ
ſanguinitatis gradu pmanens cõſobrina. Equidẽ
inter filiũ comitis theobaldi·et comitis flandren̄ fi
liam·et iterũ inter comitẽ ſueſſionen̄·et filia comitis
theobaldi ſi conſanguinitas ſit·neſcio. Sciẽcur enĩ
illicita m̃rimonia·nec laudaui vnq̃ꝫ nec laudo·ſed
ſciatis vos·et ſciat dñs meus ꝓhibere horum nupci
as·ſi q̃uo cõiungi fas fuerit·exarmare ecclẽiam eſt·
et multam illi ſubtrahere fortitudinem·nec aliã pu
to aduerſantiũ ipis nuptijs intentõem·quã vt in ter
ris ꝑ̃ſatorum principum·nõ poſſint habere refugi
um·quicũq; audebunt cõtradicere ſciſmati qđ minã
tur·huiuſq; zelus meus nõ poſſum ego emendare
qđ potui redarguere·potui et cõmonẽ eum q̃ poſ
ſit zelus dñi mei faciet hoc ipm duxi neceſſarium in
magno ecclẽie labore atq; piculo cõpellendũ·et ꝑ
nullũ dignius q̃ꝫ ꝑ vos·qui eius lateri et ſpũi adhe

retis·apud quẽ queſo habeto me excuſatũm q; rege
mutato·mutauerim ſtilum·qui ad ipm deum·dei ꝓ
phetã dixiſſe ſcitis. cũ viro innocẽte innocẽs eris et
cum peruerſo peruerteris

## Ad Epm Sueſſionen̄ ꝓ pace regni

22 A

Laborauimꝰ ſed ꝑ defectu adhuc queſtio eſt
Seminauimꝰ multum et intulimus parũ·fa
temur nos egiſſe·veſtra opa et pñtia. Verũ q; eã
nõ requiſiuimꝰ in tanta neceſſitate ꝑ amicũ cõmunẽ
ſãcti dionyſij. Abbatẽ docebamini. Nũc itaq; ne de
cetero diſſimuletis· ſed ſcđm ſapiẽtiam uobis a deo
datam ſtudeatis que ad pacem ſunt. Monemꝰ ſanc
tam ſollicitudinem vr̃am. Nã rogandꝰ non eſtis ꝑ
tali re q̃ vtiq; cõſtat nõ mõ valde honorificari mini
ſteriũ vr̃m·ſꝫ et turpari admodũ ſi negligitis. In in
dicta celebritate apud ſanctum dionyſiũ ſperamus
videre nos

## Ad Ludowicũ. Regem francorũ exorans de pace et ſuadens bona

22 B

Ludouico dei grã illuſtri regi frãcorũ·et du
ci aquitanorũ. Hugo antiſiodoren̄ q̃liſcũ
q; miniſter·et. B·clarauallis vocatus abbas. Dili
gẽ iuſticiã et iudicare ſapiẽter terrã·diu ẽ q; egreſſi
de domibꝰ noſtris· poſtpoſitis ꝓprijs vtilitatibꝰ·ꝓ
pace vr̃a et regni·fideliter ſicut nobis deus teſtis eſt
laboramus·triſtamur aũt q; aut nullũ aut exiguũ
noſtri laboris fructum adhuc tenemus·adhuc pau
pes clamãt poſt nos·adhuc terra quotidie vadit in
deſolatõem. Queritis que terra·veſtra nõ alia. In
tra regnũ enĩ et contra regnũ veſtrũ·iſta omnia ma
la ppetrantur. Nam ſiue amici ſiue inimici vr̃i ſint
q̃ de guerra iſta paupantur·captiuantur·conterun
tur·nõ aliũde q̃ꝫ de regno vr̃o ſunt· in q̃ manifeſte
imminere· iamiãq; videtur ſermo ſaluatoris dicen
tis Omne regnũ in ſeipſo diuiſum deſolabitur·huc
accedit qđ ipi diuiſores et deſolatores·vos cõſtitue
runt ſibi huius nequicie caput et principẽ·quẽ ꝑ̃ci
pue metuere debuerant defenſorem·et ſentire vltorẽ
Nos tñ credebamꝰ·vos tactum a deo et illũiatũ·tã
tam illorũ nequiciã aduertiſſe·et errorem vr̃m agno
uiſſe et cupe omnino cõſilijs ſanioribꝰ a laqo iſto
retrahere pedẽ. Cetrũ ab hac ſpe pene deiecit nos
colloquiũ illud habitũ nup inter nos apud corbo
liũ. Scitis enĩ q̃uo et q̃ꝫ irracionabiliter vt pace veſ
tra dixerimꝰ·a nobis tunc receſſiſtis. Unde factum
eſt·q; ſmonis illius q̃ nobis in dicto noſtro diſpli
cuit reddere ad liquidũ ratõnem·pro vr̃a nobis tur
batione nõ licuit·quã ſi expectare placido corde dig
naremini·forſitan cognouiſſetis et vos·q; nil nob
indecens aut importabile dictũ fuiſſet·ſcđm q; iam
res noſtra pceſſit. Nunc aũt ſine cauſa turbatus
turbatos nos et cõfuſos·et quid faciamus dubios·
anxioſq; tenetis·homines q̃ bona vobis cupiũt et q̃
runt·qđ nõ eſt aliud niſi quia fraus iniquorũ·et ra
muſculi parũ ſcientiũ hominũ·dicentiũ malum bo
nũ·et bonũ malum·conturbant vos. Verum nos

voluntatẽ. Eſto ꝙ non ſit ita ſi magis comes regi mala omnia moliatur. Mõne ad id qđ ſtatutũ fuiſſe ſcitis fuerat recurrendũ. Sic eñ inter ſe pepigerunt ut ſi qua de cõuentionibꝫ illis cõtrouerſia aut diſſenſio naſceretur nichil mali ſibi inuicem facerẽt aut q̃rerent donec coram nobꝭ tribus pariter et domino antiſiodoreñ ventilata res eſſet atqꝫ diſcuſſa q̃ et tũc mediatores fuimus et ſi quid emergeret controuerſie debuimus eſſe recõciliatores. Et id modo omnimode comes flagitat ſed rex abnuit. Deniqꝫ eſto ꝙ omnino male meruit comes ſi eccleſia dei quid meruit. Quid inq̃ meruit nõ iam ſola bituriceñ eccleſia ſed et cathalaneñ eccĺia remeñ eccleſia et pariſieñ. Habeat rex aduerſus comitẽ ius ſed de quo obſecro de quo iure p̃ſumit ut eccĺiarum poſſeſſiones et terras deuaſtet ut xp̄i ouibꝫ paſtores p̃ficí nõ pmittat ut hijs quidẽ electorũ pmotiõem ꝓhibeat alijs vero qđ hactenus inauditũ eſt dilatõem electõnis indicat donec vniuerſa conſumpſerit donec diripuerit pauperũ facultates donec penitus deſoletur terra. An uos conſulitis ei talia. Miror valde ſi cõtra veſtrũ conſiliũ fiunt hec mirum magis et malũ ſi veſtro conſilio fiunt. Etenĩ conſulere talia manifeſte ſciſma fabricare ẽ deo reſiſtẽ eccĺiam ancillare et nouã in ſeruitutẽ eccleſiaſticã redigere libertatẽ. Si quis dei fidelis ſi quis eccleſie filiꝰ eſt profecto ſtabit et opponet ſe quoadpoterit murum pro domo dei. Nam et vos ipſi ſi pacem deſideratis eccĺie ſicut optet filios pacis quõ non dicam tractatis ea ſed vel intereſtis conſilijs tã malignis. Quicquid enĩ mali fecerit merito nõ regi iuueni ſed cõſiliarijs ſenibus imputatur

225 Ad epiſcopũ ſueſſioneñ duriſſime reſcribentẽ ei ita vt hec fuerit ſalutatio. Salutẽ in dño et non ſpiritũ blaſphemie excuſans ſe apud eũ rogansqꝫ de pace regni et bonis conſilijs

Minime quidẽ ego ſpiritũ blaſphemie me habere arbitror ſed nec cuiq̃ꝫ maledixiſſe aut maledicere velle me ſcio principi preſertim populi mei. Ceterũ quicquid illud ſit q̃ ſe leſam veſtra dignitas iudicat peto veniã ſcio eñ q̃s dixerit. Blaſphemamur et obſecramꝰ. Dico ergo cum beato iob Que locutus ſum vtinã nõ dixiſſem et vltro non addam. Iam dño abbati ſancti dyonyſij pro communi querimonia ſcribens vtriqꝫ veſtrũ reſpõderã et putauerã me feciſſe ſatis et qm̃ vt video nondũ quieuit indignatõ veſtra que forſitã adũſus eccĺie conculcatores iuſtiꝰ incanduiſſet etiã vobꝭ dico ſciſmaticos vos aut fomitẽ eſſe ſcandali nec dixi nec ſcripſi et dico ſecurꝰ nec vereor ꝙ me mea pagina arguat mendacij. Scrutamini eã ſi placeat et ſi ita inueneritis reũ me fatebor grandis ſacrilegij et reuera ſicut notatis ſpiritu me blaſphemie agitatũ illa ſcripſiſſe ne tñ huiꝰlis ſatiſfactio ſpiritũ videatur excludere libertatis doluí fateor et doleo ꝙ nondũ ea vos libertate qua deceret compimꝰ xp̄i vlciſci iniurias eccleſie defendere libertatẽ. Dolor iſte cõpulit me ſcribere dura nõ tñ illa que impingitis. Putaverã ſiquidẽ et adhuc putarem niſi timerẽ vobꝭ in hoc eſſe moleſtus nequaq̃ꝫ ſufficẽ ꝙ ſciſmatis nõ eſtis auctores niſi et eos qui ſunt cuiuſcũqꝫ dignitatis extiterint tota libertate pro viribus cohercetis et eorũ conſiliũ atqꝫ conſorciũ execretis. Putarem inq̃ꝫ gloriam vobꝭ eſſe ſi dicere poſſetis et vos odiui eccleſiam malignãtium et cũ impijs non ſedebo. Nũquid ſolũ dicebat zelus ille ꝓphetã et nõ hodie q̃ꝫ a dñi ſacerdote requirit. De quo dicebat Mõne qui oderunt te dñe oderã et ſuper inimicos tuos tabeſcebã. Optarẽ ſane vt ſalua vr̃a ſerenitate id q̃ꝫ eloquar hũc zelũ vos exercuiſſe in puerũ regẽ quĩ nõ tam pueriliter q̃ꝫ crudeliter ſine cauſa irrita fecit et nr̃a ſana conſilia et ſua pacta ſine cauſa regnũ ſuum cõturbat bella vbiqꝫ celis terriſqꝫ ſuſcitat eccleſias vaſtat ſacra temerat exaltat iniquos bonos pſequitur perimit innocẽtes. Nec inq̃ꝫ vellem vos dolere hijs cõtradicere et reſiſtere quod in vobꝭ eſt ſed meũ nõ eſt magiſtrum docere ſolleuũ minꝰ aũt reprehendere epm̃ qui magis me et alios peccantes redarguere et errantes corrigere debet. En q̃ntum vos timeo. Clauſam habetis epiſtolã qui de priore apte mala ſuſpicatus eſtis. Nam ego quidẽ nichil in hoc aliud cogitaui niſi ꝙ ad diuſos ſcribẽtẽ neceſſe eſt iuxta cõſuetudinẽ epĺam cera non claudere. Iã et ꝑ hoc q̃ꝫ veniã peto

226 Ad. Stephanũ peneſtrin̄ Epm̃ excuſando ſe ſup q̃buſdã que ſibi imponebantur

Loquitur iheremias ad deum pro aduerſarijs ſuis ita dicens. Recordare dñe ꝙ ſteterim in conſpectu tuo vt loquerer ꝑ eis bonũ et auerterem indignatõem tuã ab eis. Et infert ꝓpterea inq̃t da filios eorũ in famẽ et deduc eos in manꝰ gladij et adhuc alia in hũc modũ eqꝫ grauia imprecatur illis. Quod ꝓpterea nunc apd̃ veſtrã reuerẽtiam memorandum putaui qm̃ ſile michi aliq̃t cum ꝓpheta video accidiſſe vos eñ ſcitis q̃uo ego q̃ꝫ ꝑ rege ſteterim in cõſpectu dñi mei corpe quidẽ abſens ſed pñs ſpiritu et loquerer pro eo bonum bona ſiquidẽ pollicebatur. Nunc autẽ ip̄o reddẽte pro bono malũ contraria ſcribere pudet erroris et falſe ſpei quã de eo cepam et gratias ago ꝙ ꝑ eo ſimpliciter ſupplicans nõ fuerim exauditus putabam me deferre regi pacifico et ecce inuenior q̃uiſſimo hoſti eccĺie aſſentiſſe. Cõculcantur apud nos ſancta eccleſia turpiter ancillatur. Nã et electõnes epor̃ fieri ꝓhibẽtur et ſic vbi id p̃ſumptum a clericis fuerit electꝰ epiſcopari nõ ſinitur. Deniqꝫ ſedet in triſticia eccĺia pariſieñ proprio deſtituta paſtore et nemo eſt qui de ſubſtituẽdo alio mutire audeat. Non ſufficit ſpoliari bonis p̃ſentibꝫ domos epiſcopales etiã in terras et in homines circũquaqꝫ deſeuit manus ſacrilega totius inſup anni ex eis ſibi redditꝰ vendicando. Vr̃a cathalaneñ fecit quidẽ electõem ſꝫ q̃ electus eſt ecce iam diebus multis debito honore fruſtratur et ſcitis q̃ꝫ non abſqꝫ graui gregis dominici detrimẽto. Cõmiſit rex germano ſuo roberto vices epiſcopi et ille in cũctis terris rebuſqꝫ eccleſie

vſq₃ quaq₃ et nemo audet contra mutire. Et vtinā vel innocētia tuta eſſet et iuſticia ipſa ſuimet ſufficeret defenſioni. Quid peccauit abbas latniaceñ. an q̄ bonus monachus et melior abbas. q̄ bone opinionis et melioris eſt vite. an q̄ monaſteriū cui p̄eſt et decorauit religione et bonis tēpalibꝫ ampliauit et bonorū fratrum numero cumulauit. En ſanguis iſte de manu eius exq̄ritur. Si crimen ē acceptum eſſe deo et hominibꝫ tollatur et crucifigatur. negari em̄ nō pōt hoc illū eſſe celo et terra teſtibꝫ. Si crimē eſt eſſe hoſpitalē benignū ſobriū caſtum humilem. decidat merito ab inimicis ſuis inanis. Re uera nāq₃ et in hijs excuſari nō pōt cōuincētibus ſe ꝓprie vite ſanctitate et fame glīa. At imponitur ei noluiſſe ſuſcipe nūcium dn̄i mei. ꝑſus grauis offēſa ſi ita eſt. Non negat abbas hoīem q̄ mittebatur in angliam cum eſſet honorifice ſuſceptus officio q̄rere loqui cum eo. ſꝫ paranti exire interuenit. Hūbertus ꝓpoſitus dicens ſe potius exiturū et hominū vice ipſius ſatiſfacturū. Si quomin⁹ qḋ oportuit actum fuit cū viro cuius culpa fuerit. vobis relinq̄mus iudicandū. Accuſatur itē q̄ lr̄as dn̄i pape p̄dicto humberto violenter abſtulerit et diruperit. ſꝫ extant lr̄e integre et bullate. nec vi eas ſicut mentitur amiſit. ſed ſponte dimiſit. cōſilio vtiq₃ comitis theobaldi et nr̄o. Dicitur q₃ q̄ quoſdam monachos in captionem poſuerit atq₃ id q̄dem fcm̄. ſed ſi quoſdā turbatores et cōſpiratores in diuiſa clauſtra diuiſit ne ſi̅l poſiti plus nocerent. q̄s hoc recte iudicans rephendat. Si de terris et bonis eccl̄ie quaſi diſtractis et alienatis et datis ab eo cognatis ſuis. coram venerabilibꝫ ſueſſionēſi et antiſiodorēſi comiteq₃ theobaldo aduocato vtiq₃ monaſterij. ſatis reſpōſum ē et adhuc reſpondetur. ſic illū dediſſe ſuis. q̄uo alienis. id eſt ad eundē cenſū vel conſuetudinē. Porro aūt a ſcl̄o nō eſt auditū q̄ monachus rebellis. ſupbus ambicioſus. priuilegiū ꝓprie libertatis ex apoſtolica auctoritate meruerit a tp̄e iude ſcariothis nō eſt inuentus filius illi qui ſic inſurgeret in magiſtrū et traderet ſanguinē iuſtū. felix magiſter cui cū magiſtro omniū cōmunis illa ꝓphetica vox eſt. hō pacis mee in quo ſperabam. q̄ edebat panem meū. magnificauit ſup me ſupplantatōem. Et olim q̄dem eratis cōtra apl̄m petrum dominantes in clerum immo contra coapl̄m eius paulū dn̄abamini fidei totius orbis. At nūc nouū aliq̄d addidiſtis. vſurpantes amplius et in ipſam religionem quid reſtat niſi vt adiciatis et ipſis angelis ſanctis dominari. niſi q̄ in hoc poſterior iudas priorē viciſſe verſucia et fraude videtur. q̄ cū ipſius facin⁹ cōdiſcipuli horruerint vniūſi. iſte callidior potuit ad cōuiuēdū immo ad fauendū ſue malicie nō quoſlibet ſed ipſos aplorū principes circūuenire. Non īputo dn̄o meo cui tam q̄ homini ſubripi potuit. et hoc oro ne de⁹ imputet. Abſit autē vbi veritatē agnouerit vt p̄ualeat tam execrabilis maligni hui⁹ ſacrileguſq₃ conatus. Et ego de hac re ad ipm̄ q₃ ſolito auſu ſcripſiſſem ſi nō ſciuiſſem ipm̄ quicquid ſcribim⁹ minus ſolito acceptare. Queſo dolete vos q̄ monachi eſtis vicē magiſtri vr̄i beati. Benedicti cui iam vt videtis ꝓpeſt. vt vbiq₃ contradicatur et pereat omnis vigor monaſtice diſcipline. monachis adūſus abbates ſuos cornua ſumentibꝫ de manu forti

Ad eccl̄m ꝑ q̄dam. Abbate q̄ accuſabatur 232.

Si vera ſunt que audiſtis de abbate ſancti theofredi. nō poteſtis ea diſſimulare ſine piculo vr̄o et ꝓpter officiū et cōſciētiam. Conſcientiam dico nō tm̄ vr̄am. ſed etiā aliorū. ſunt aūt veriſilia credo q̄ et vera. Verax eſt em̄ q̄ teſtimoniū perhibet de hijs p̄ſenciū lator. Vnde hoc q₃ ſciam q̄ritis. ſanctorum teneo lr̄arū miſſarū a viris ſanctis q̄s ego noui q₃ ſancti et veridici ſūt. et omnes ille pitter continent tam laudes et p̄conia hui⁹ q̄ illius horrendas blaſphemias que accuſant

Ad eoſdem ꝑ eccl̄ia. Meteñſi afflicta 233.

Ad hoc vos deus in ſublimitate poſuit. vt tanto maiori eccl̄ie ſue vtilitate viuatis. quāto in ea eminentiori auctoritate preeſtis. Alioquin deponet ille paterfamilias potentes de ſede. q̄ pro accepta poteſtate inuenti fuerint ſuis vtilitatibꝫ deſuiſſe. Quāta ſuſtinuit ſponſa xp̄i damna in epiſcopatu Meteñſi. et ſi nos amplius horrem⁹ q₃ viciniores ſumus. tn̄ et vos arbitror non latere. En q̄ntus lupus illud ouile xp̄i. tū inſidijs. tū manifeſtis aſſultibꝫ cottidie molitur irrūpere et diſperdere oues criſti ſanguine cōgregatas. Idq₃ nō ab heri et nudi⁹tercius. ſed exquo adhuc fuerat lupicell⁹ nō ceſſat illum dominicū gregē quibꝫ pōt viribꝫ infeſtare et vaſtare rapinis incendijs homicidijs. Ego itaq₃ q̄ in me eſt demōſtro lupū. inſtigo canes. Iā qḋ intereſt vr̄a vos videritis. meū nō eſt docere doctores

Ad. Iohānē. Abbatē de hirrio q̄ abbaciā ſuā reliq̄rat et in ſolitudinem abceſſerat. Hortās eum vt ad locū ſuū reuertatur 234.

Filio cariſſimo. I. frater. Bernard⁹ in ſpū ambulare et timorē dn̄i nō derelinq̄re. dicē nō poſſū in q̄nta amaritudine vite mee et triſticia cordis ſcribam ad te. Iohānes cariſſime. pro eo q̄ me video in tot ſcriptitatōibꝫ pficere nichil. q₃ non capit inte ſermo meus. Scripſi ſemel et denuo niſi fallor. et exigentibꝫ peccatis meis in nullo adhuc reſpondet michi labor meus. ecce tertio iacto ſemen. deum omnipotentē deprecans vt nō reuertatur ad me vacuū ſed proſperetur. et faciat ad q̄ illud mitto letificans nos aliq̄n de fructu tue obedientie et ſalutis. Si audieris me. immo ſi audierit me deus lucratus ſum filium meum ſi nō cōuertam me denuo ad arma conſueta. oratōnes videlicet et lacrimas nō q̄dem contra te. ſed pro te lugi et lugebo. et anxia traham ſuſpiria ex imis viſceribꝫ pro meis viſceribus. Quis det te michi fratrem meum ſugentē vbera matris mee. quis reuocet te michi in illam quietem animi. morum concordiā. ſocietatē ſpūs. cōſcientie ſerenitatē. in qua te aliq̄n tenui et poſſedi. Et ne quod

et ſi cõturbati·nõ tñ omnino deſpati de auxilio ſpi
ritus· quẽ vẽm animũ ſalubriter ſup malis pteritis
concuſſiſſe pſenſimus·adhuc ſtam⁹ et expectam⁹ vt
redeatis ad cor· et quod prudẽter cepiſtis efficaciter
compleatis·hui⁹ rei gratia miſim⁹ fratrẽ cariſſimum
noſ andream de baldemero q̃ vob is iſta plenius vi
ua voce inſinuet. Et quicquid ad hec reſpondẽ pla
cuerit·fideliter renũciet nobis . Si autẽ pſiſtitis qḋ
abſit nõ acquieſcere ſanis cõſilijs·mũdi nos ſum⁹
a ſanguine vr̃o deus eñ nõ pmittit eccłiam ſuam·
ſiue a voƀ ſiue a vr̃is diuti⁹ conculcari

229 Ad epm̃ ſueſſioneñ ſupplicãs vt eũ afflictũ exaudi
at·et cõpaciatur ſibi

Semp quidẽ egui officijs amicorum Homo
nimirum mente et corpe miſerãd⁹·ſed nũc
maxime opus et tempus miſerẽdi·cum vrgente cõ
ſciẽtia·et aggrauata manu dñi ſuper me·duro me
carceri mancipaui dur⁹ iudex in meneipm. Si ad
huc pater eſtis. Nam fuiſſe vos fateor·ſentiat filius·
et ille filius in quo vſq; ad hanc diem·filial ̃ er
ga vos affectus nõ tepuit. Scio ſcio difficile poſſe
extorqueri clauã de manu herculis·et ideo multum
inſto·q; rem peto difficilem·at q̃nto difficilior tan
to violentior·ad pmerẽdam redibitõem. Gran
dis me fateor bñficij debitorẽ·grandis pſius ſi ob
tinuero·nec ignoro·dare q̃ accipe eſſe beatius ·ſed
cedo neceſſitati·occurro piculis·anguſtijs conſulo·
honeſti plane nunc aut diſſilator aut immemor
Cedens itaq; honorabilẽ vobis vt dignũ eſt ptem
michi verecundiorẽ aſſumo·nõ mõ ad accipiendum
verecundior·ſed et importunior ad petendum ·pe
to ergo ſuppliciter·peto inſtãter·peto oportune im
portune·nec eñ illḋ peto quod vos dare nõ deceat
aut me poſtmodũ accepiſſe peniteat·et ſi ita petere
modo minus me deceat. Nam ſi liberatis pauperem
a potente in hoc nobis multũ pſtabitis·voƀ pluri
mũ. Epa mõſtrauim⁹ affectũ·rem vos ſcitis·fructũ
pſtolantur afflicti

230 Ad. Petrũ Cluniaceñ. Abbatẽ conq̃rentem q̃ ſibi
nõ ſcriberet excuſans ſe apḋ eundẽ

Sane iocari libet·dignãter ſane atq; amica
biliter·ſʒ ſi ita luditis·vt nõ illudatis. No
lite mirari· hoc nam ſuſpectũ id michi facit vr̃a ipa
tam ſubita et inopinata dignatio. Non eñ multum
tempis eſt·q̃ ſcribens ad vos. Debita reuerentia ve
ſtrã magnitudinẽ ſalutaui ·et nõ reſpõdiſtis michi
verbũ·nec multo añ rurſum ſcripſerã ad vos ex vr
be roma·et nec tunc q̃dem vł vnũ iota recepi·modo
miramini·q̃ reuertenti nup de hiſpania nugas me
as denuo ingerere nõ pſumpſi. Nõ ſi culpa eſt qua
cunq; et cauſa nõ ſcripſiſſe·ſine culpa pfecto non
erit·noluiſſe me dicam·contẽpſiſſe reſcribere En in
quo pro me faceret iuſticia·quia id a me flagitatis
niſi mallem occurrere gr̃e redeunti·q̃ tardare eam
michi·dũ vel me inutiliter excuſare volo·vel alium
accuſare·ſed hoc dixi ne quid clauſi in mente retine

rem·quod ore nõ pferrem ·q̃ id vera amicicia recu
ſet. Decetero q; caritas omnia credit·iam omnis ſu
ſpicio de medio fiat . Gaudeo q̃ recaluiſtis priſce
amicicie recordari·et vel leſum reuocare amicũ·libẽ
ter redeo reuocatus·felix q̃ reuocor nullarũ iam me
mor ſum iniuriarũ. En ego qui fuerã veſtre pfecto
ſanctitatis ſeru⁹· et nũc et ante gr̃as ago·optime lo
catus ſum·intim⁹ uobis denuo factus · ſicut digna
mini ſcribere. Si forte intepuerã vt arguitis ·haut
dubiũ q̃n velociter recaleſcam · fotus vr̃e caritatis
viſceribꝰ·et nũc quod placuit ſcribere·obuijs mani
bus ſuſcepi·legi auide·libenter relego·et placet ſepi
us repetitum·placet fateor iocus·eſt eñ et iocundita
te gratus·et ſeri⁹ grauitate. Neſcio ſiquidẽ q̃uo in
ter iocundũ ita diſponitis ſermones vr̃os mundi
cio·vt et iocus leuitatẽ non redoleat ·et auctoritas
cõſeruata·hilaritatis nõ minuat gr̃am. Porro auc
toritas ita ſeruatur·vt illud ſancti viri·merito voƀ
poſſit aptari·ſi qñ ridebã nõ credebant michi. Epa
reſcripſimus·et puto iam iure exigimus ampliora
que pmiſiſtis dignũ eſt vt ſciatis que penes nos
ſunt Decretũ eſt michi vltra nõ egredi monaſterio
niſi ad cõuentũ. Abbatũ apud ciſterciũ ſemel in an
no Hic fultus oratõnibꝰ vr̃is·et benedictõibꝰ con
ſolat⁹ paucis diebꝰ q̃bꝰ nũc milito expecto donec ve
niat immutatio mea pꝓpici⁹ ſit m̃ deus· vt nõ amo
ueat oratõem veſtrã·et miſericordiã ſuã a me·fractus
ſum viribus et legitimã habeo excuſatõem vt iam
nõ poſſim diſcurrẽ vt ſolebã ſedebo et ſilebo ſi for
te experiar quod de plenitudine intime ſuauitatis
ſanctus pꝓpheta eructuat. Bonũ eſt ingẽns expecta
re dñm in ſilentio. Et ne ſolus videami michi luſiſ
ſe puto iam non audebitis me de hoc ſilentio meo
reprehendere et more vr̃o appellare ſoporẽ qḋ vt pu
to congruentius ac magis ꝓprie ſanctus yſaias cul
tum iuſticie nominat·et de q̃ legitis in hoc ipo pro
pheta dicente domino · in ſilentio et ſpe erit fortitu
do veſtra. Cõmendate me oratõnibꝰ ſancti conuen
tus cluniaceñ·et ſalutato ex me pri⁹ ſeruo omniũ ſi
dignũ iudicabitis

231 Ad tres. Epos. Oſtienſes tuſculanũ peneſtrinũ p
Abbate latiniaceñ·cui multa fł̃o imponebantur ex
cuſans atq; cõmendas eũ·et rogans p illo

Vobis audeo loqui·quicquid in buccã vene
rit . Nam et ſi oportuerit ſuſtinere modicũ
quid inſipientie mee·geret michi pculdubio morẽ
beniuolentia veſtra ·que ſapientibꝰ et inſipientibus
debitrix eſt·et hoc dico·nõ quia cogitẽ precipitare
verbũ qḋ ad rem nõ ptinet·aut leuitate vel intendã
aut nugari delecter ·preſertim apḋ vos qui videmĩ
columpne eccłie·ſʒ ex habundãcia cordis os loq̃tur
et veritas dolore vrgente intrinſeco · taciturnitatis
impaciens·prorũpit in mediũ . Mei eñ dico voƀ
pene moti ſunt pedes · pene effuſi ſunt greſſus mei ·
q̃ execranda vt videtur confuſione·tam freq̃nter ſa
pientiã vincit malicia addũt vbiq; cornua impijs
et exarmatur iuſticie zelus·et nõ eſt qui faceret bo
num nõ dico velit ſed poſſit . Supbi inique agunt

cognoſceret. Quã meli⁹ in romana curiã·cauſa ei⁹
mīme ventilata fuiſſet·et nõ tãgeret vł ſacra limina
generał atq; horribilis fetor·q̃m tollerabili⁹ igno‑
raſſet aplica ſedes tam intollerabile malũ·q̃ tolle‑
rat manifeſtũ. Quid iſtud temeritatis fuit·publice
infamat⁹·aii iudicē accuſatus·nec purgatus immo
et cõuict⁹ et ſic cõſecratus eſt. Viderit q̃ huic manũ
poſt iſta impoſuerit. An magis execratus dicē debu
erim·nõ eñi negabit hic ſe iſta hře·nõ negabit hic ſe
ex lřis aplicis·ad ſe ꝑ hoc ip̄o directis eadē cõperiſ
ſe. Dicat forte aliq̃s·q2 nõ eſt datũ iudiciũ·nõ fuiſ‑
ſe conuictum ego dico et confeſſũ. Nam qui ut ius
diciũ euaderet·vltro elegit ad teſtimoniũ vilielmi de
cani cõfugere illo ſibi deficiēte·q̃d niſi ſuo iudicio a
cauſa decidit·ore ꝓprio cõdempnat⁹. Que cũ ita ſint
Videte dñe pater ne declinet cor vřm in opus mali
cie q̃m ſcđm ꝓphetam·declinantes in obligatões ad
ducet dñs cum opantib; iniq̃tatē. Alioq̃n q̃d cõſili
um datis miſeris abbatib; illis q̃s ad accuſandũ eũ
vocatõ aplica romã traxit·ſed et alijs q̃mpluribus
ex illo epatu uiris religioſis·ſint ne obedituri huic
et ſacramēta accepturi ab hõie his intruſo·primo
quidē ꝑ regem·deinde ꝑ legatũ·q̃ppe q̃ illũ in ſanc‑
tuariũ dei·contra ius et fas·cõtra mandatũ ſũmi põ
tificis·in iniuriã ſũme ſedis·et totius rõane curie·
cũ nõ potuit ꝑ oſtium·fodit argēto vt aiũt ſaeculo
unde et impudēter intruſit. An niſi fallor·ſuis ſedi‑
bus exulabũt q̃ dare acq̃eſcant man⁹ ꝑdolo·huic
niſi vřa violēta auctoritas obuiarit. Ceterũ q̃ ſanc‑
tiori·vřoq; aplatu dignior zelo·gladiũ finees in cõ
fuſionē duorũ tã turpiter fornicantiũ ſtringeretis
q̃ tot ſanctos·aut de ſuis fugē locis ꝑmittitis·aut
cõtra ſuas cõſciēcias cogitis remanere

237 Ad. Totã curiã unde ſupra·vt amoueatur intruſ⁹
ille·et teneat ſentēcia pape

Dominis et přib; reuerēdis epis et cardinali
bus. Curie·frater. Bern·clareuall vocatus
Abbas·ſalutē·et nřas qualeſcũq; orõnes. Omnibus
ſcribēdũ fuit de eo q̃d ſpectat ad oīns·nec vereor ne
forte p̄ſumptõis arguar·q̃ppe qui licet oīm minus
tñ romane curie·iniuriam a me nõ iudico alienam.
Dormur aſſidue dico vob. Damur grauiter nimis
ita vt nos tedeat etiã viuē. In domo dei videm⁹ hor
renda·et q2 corrigere nõ poſſum⁹·ſaltē ſuggerimus
hijs ad q̃s ſpectat·ſiquidē emēdauerint bene ſin au
tem nos aīas nřas liberauim⁹·vos excuſatõem non
habebitis de peccato. Nõ ignoratis ꝑlatam eſſe ſen
tēciã a dño papa bone memorie innocentio cũ vřo
et romane curie generali aſſenſu·irritã eſſe vihelini
eboracenſ electõem·immo intruſiõem·niſi vilielm⁹
alter tũc decan⁹·q̃d obiectũ ei fuerat ꝓprie man⁹ re‑
pelleret iuramēto·nec vos latuit·q̃pplena eſſet ſñia
nõ iudicij ſ; miſericordie. Mirũ cũ hoc vilielm⁹
ip̄e quęſiſſet. Sed vtinã vł ip̄a ſtet·et q̃d aduerſus
eã factũ eſt·ſtare nõ poſſit. Quid eñi nõ iurauit il
le·et iſte in cathedra peſtilētie ſedet. Quis tribuat vt
adũſus fornicatõem hanc·finees cũ pugione ꝑcel‑
dat·aut viuat in ſede ſua petr⁹·q̃ ſpiritu labiorũ ſu‑
orũ interficiat impios. Multi clamãt ad uos in to‑
to corde ſuo·vt ſacrilegium hoc digna aiaduerſione
vindicare ſtudeatis. Alioquin dico vob ſcandalum
magnũ nimis erit in eccłia dei·et timeo ne romane
ſedis auctoritas·grauē admodũ iacturã·et detrimē
tum inde ſuſcipiat·niſi in eũ q̃ generalē eius ſñiam
ꝯtēpſit vindicta ꝓceſſerit·et taliter vt ceteri metũ ha‑
beãt. Quid eñi de eo dicam·q̃ occultas et vere tene‑
broſas lřas habuiſſe·ſe gl̃iatur vilielm⁹ ille. Verũ
a principib; tenebrarũ·nõ a principib; aplorũ. Et
ecce audierũt filij incircũciſorũ ſubſãnant romanã
curiã·a q̃ poſt datã ſñiam furtim datas eſſe aiũt cõ
trarias lřas. Quid dicã vob·ſi nõ uos vrit ſcanda
lũ hoc·q̃ ſcandalizantur nõ puſilli·ſ; magni et ꝑ
fecti viri·ſi nõ compatimini paupib;. Abbatib; q̃s
a finib; terre vocatio aplica romã traxit·ſi nõ miſe
remini magnis et religioſis monaſterijs·quib; om
nino ſub incubatore illo deſtructio imminet·ſi q̃d
ꝑmũ dicē debui·zel⁹ dom⁹ dei nõ comedit vos. Num
q̃d vſq; adeo inimici hominis verſucia ꝑualebit·vt
ꝓprium q̃ contemptũ et infamiã hanc peſſimã·ec‑
cleſie principes equanimiter ferãt. Quid eñ ſi ſacri
legam conſecratõem hõ ille recepit profecto longe
gl̃ioſius erit·iam eleuatũ deicere ſymonē·q̃ ꝓhibe
re conantē·alioquin quid facietis religioſis uiris·
qui omnino nõ inueniũt ſalua cõſciētia·vel ip̄a cõ‑
munia ſacramēta de lepꝛa manu ſuſcipe an niſi fal‑
lor·eligent fugere q̃ dare man⁹ morti et exulari ꝑi‑
us q̃ veſci ꝑdolorcis. Quã ſi cõtra conſciēcias ſu‑
as coegerit eos romana curia·curuare genua ante
baal. Videat de⁹ et iudicet·videat curia illa celeſtis
in q̃ nłła poterit ambitõne ſubũti iudiciũ. In fine
omnino obſecrat uos puer veſter ꝑ viſcera miſeri
cordie dei nři·ſi quis in vob eſt zelus dei miſeremini
eccłie ſancte·ſaltē vos amici eius et q̃ntum poteſtis
date opam·ne tam deteſtabili facto detur aſſenſus

Ad oēm curiã romanã·q̃ñ elegerũt abbatem ſancti 238
Anaſtaſij in papã. Eugeniũ primo inſultãs eis q̃d
eum elegerint·poſtea ſupplicãs vt ei fideliter aſſiſtãt

Dominis přib; reuerēdis cardinalib; et epis
omnib; q̃ ſũt de curia·puer ſanctitatis veſtrũ.
Parcat vob de⁹·q̃d feciſtis. Sepultũ hoiem reuoca
ſtis ad hoies·fugitantē curas et turbas·curis denuo
implicuiſtis·et immiſcuiſtis turbis·feciſtis nouiſſimũ
ꝑmũ et ecce nouiſſima hois illi⁹ ꝑiculoſiora ꝑorib;
Crucifix⁹ mũdo ꝑ uos reuixit mũdo·et qui elegerat
abiect⁹ eē in domo dei ſui·ipſum vos in dñm oīm
elegiſtis. Cur cõſiliũ inopis cõfudiſtis·cur paupis
hois mēdici et compũcti corde iudiciũ perturbaſtis
Currebat bñ·quid vob viſũ eſt ſepire vias ei⁹·aũte
re ſemitas·greſſus inuoluē·q̃ſi deſcēderet de iheruſa‑
lē·et nõ magis aſcenderet de iherico·ſic incidit in la
trones et qui ſe tanq̃ violencijs q̃buſdam dyaboli
manibus carnis illecebris·et gloria ſeculi potenter
excuſſerat·nõ tamē valuit effugē man⁹ vřas. Num
ideirco piſam deſeruit·vt romã deciperet. Num q̃ in
vna eccłia nõ ſuſtinuit vicedñatum in omni eccłia
requirebat. Quid igitur ratõnis ſeu cõſilij habuiſ

ex me detrimentū in aliq̄ patiaris ſeu impedimentū
illō falſi nō dubites ·quod tibi a neſcio q̄ vel quis
bus falſiloquis pſuaſum audiuim⁹·quia ego vide
licet cogitare·ſine ratōne et iudicio a regimine fra
ternarum animarū qđ tibi crediderā ſubmouere·nō
eſt hoc verū·ſed audi pot⁹ de hac re paucis· quod
verum eſt·hoc et ſi voluiſſem·nō licuiſſet·et ſi licu
iſſet·vt de ꝓpria cōſciētia loq̄r·ego nullatenus volu
iſſem·hec veritas. Si ergo hoc totū fuit qđ auertit
cor tuum veritate corrupta·quid reſtat niſi vt reſipi
ſcas·redeas ad te redeas ad nos arguas inſup trip
ſum leuitatis et credulitatis incaute Si eñ tātū po
tuit vna maledicta ſuſpicio ad te alienandū et pci
pitandū ·q̄ntomagis nūc abſoluta certitudo valere
debet·ad te erigendū et reuocandum Turpe eſt tibi
falſitate poſſe ſeduci·et veritate reduci nō poſſe·ha
bet ſane veniā acquieuiſſe ad tempus palliate falſi
tati·vt vero dep̄hēſe iam et nudate acquieſcere ad
huc·immo etiā nō multū iraſci· q̄ntum cōfuſionis
habet. Quāobrē iraſcere et noli peccare·ſi vis nos
vel deum potius nō iraſci. Nā ꝙ ſubreptū eſt tibi
miſeratōem magis q̄ꝫ indignatōem meretur· nimi
rum homo es nauigans·ſicut et omne genus hūa
num in hoc mari magno et ſpacioſo manib⁹ · vbi
reptilia q̄rum nō eſt numer⁹. Quis ſe iactat in eo
aſſiduis nō impelli ventis·nō iactari fluctib⁹. Nos
ueris te naufragaſſe in eis·piculū in fr̄is fratrib⁹ in
cidiſſe. Iterum dico hec veritas·decept⁹ fuiſti·et ſpi
ritus mendax in ore pſeudo ꝓphetarū ſupplantauit
te·ſed ecce euanuit falſitas · luce veritatis oborta ·ſi
adhuc ꝙ abſit pgis in tua obſtinatōe pſiſtere· ego
te interim nō iudicabo·eſt q̄ q̄rat et iudicet·ego au
tem parco tibi diſſimulans et differens interim in
virga venire ad te·porro in miſericordia et ſpiritu
manſuetudinis allicē te nob̄ curabo ſi potero. Nā
id michi ſentio familiari⁹ eſſe· et tibi pſuaſibili⁹ fo
re nō dubito. Illum ſane euaginare ſup te gladiū
nō cunctabor·qui in materno meo pectore iacet re
cōdit⁹· continu⁹ vtiq̄ꝫ dolor cordi meo·et creberrimi
ad deum gemitus p te donec venias. Quod ſi oīs
hui⁹ tam pie ferientis enſis ſcđm duriciā tuā et cor
impenitēs fruſtraueris ictus · ne poſſit q̄nq̄ꝫ dicere
anima tua·quia vulnerata caritate ego ſum . Tu
de te videris. Nam nō ſolum iam veritas ſed et ca
ritas liberabit nos. Sed quid dixi·q̄uo miſer q̄uo
liberabor effuſis viſcerib⁹·filio pereunte· nō quieſcit
affectus·et ſi nō ſequatur effectus. Non ſedabitur
dolor·lacrime non ceſſabūt. Exhibebo tibi q̄mdiu
vixero alterū ſamuelē· tu vtinā·nō alterū ſaulem in
Rogabo te·rogabo p te vt venias. Veni veni pau
uſq̄ꝫ moriamur·vt q̄ dilexim⁹ nos in vita. In mor
te q̄ꝫ nō ſeparemur

235. ¶ Ad herbertū. Abbatē ſancti. Stephani diuionenū cō
tra q̄ndā q̄ falſa q̄dam ſcripſerat de ipo

Si frater iohānes dixit in nos vel ſcripſit qđ
nō decuit·aut q̄uo nō decuit·nō tam nos le
ſit q̄m ſeipm·magis nāq̄ꝫ ita ſcribendo ſuā pđidit
leuitatē·q̄ꝫ nr̄m dep̄hendit errorem ·quāq̄ꝫ et ſi leſiſ

ſet in aliq̄·nr̄m tn̄ nō erat reponere malū . Attēdens
ꝓinde nō ꝙ ille mereatur·ſed quod me deceat do
nari iuuenē etiā a nobis haut culpam rogo et ſup
plico que magis glorioſam q̄ꝫ maliciam redolere vi
detur·ita tn̄ ut manū deinceps inhibeat a ſcribēdo in
tractandiſue·que ſupra ipm eſſe cōſtiterit Nā vt li
quido ſatis apparet·in hoc exiguo quod p̄ſumpſit ·
opus erat ſtilo et animo maturiori Certum ſit eñ
nobis hominem licet in breui pagina·aut nō ſcrip
ſiſſe vt ſenſit aut nō ſenſiſſe vt debuit

236. ¶ Ad dñm papā. Celeſtinū de intruſo . Eboracēn vt
huic piculo prouideat

Oportet vos ſcđm iuſticiā que ex lege ē ſuſci
tare ſemē fratris veſtri defuncti·qđ digne
implebitur ·ſi pape innocētij cui in hereditate domi
ni ſucceſſiſtis·et bene geſta defenditis et min⁹ adim
pleta pficitis p̄manib⁹ ē·i q̄ id expiri liceat. Cauſā
eboracēn eccl̄ie p eum fuiſſe deciſam quis neſciat·at
q̄uo executioni mandatū ſit·qđ egreſſū ē de labiis
tanti viri·vtinā neſciretur . Quis det vt nō ānicie
tur in geſtis·neq̄ꝫ in cōpitis aſcalōis Sed vt verbum
abbreuiatum faciam aurib⁹ occupatis·audiat pau
cis dn̄s meus·quid dictum fuerit ·aut quid factum
teneamus. Cum in multis accuſaretur·is q̄ ſibi ven
dicare electōem in p̄fata eccleſia impie cupiebat tan
dem oīs cōtrouerſia ad teſtimoniū viri illuſtris vili
elmi·ipſius eccleſie tunc decani· conquieſcere iuſſa ē
vt niſi capitulū intruſionis·qđ huic inter cetera im
pingebatur·ille ꝓprie manus iuramento amoue
ret·ſuis omnino canatib⁹·tāta fruſtraretur ambitio
hoc autē nō ex iudicio·ſi ex miſericordia ſic eñ ro
gauerat ipe·mitiſſima plane ſententia ·quippe cū de
plurimis et peſſimis pulſaretur·que nullaten⁹ ꝓpul
ſare volebat·et vtinā vel ipa ſtet. Quid eñ ſi nō ſuf
ficit iuri dummō ſufficiat eccleſie liberatōni. Non
cauſamur ſententie remiſſionē·que nil nocuit · neq̄ꝫ
eñ profuit aduerſario · et ſi largior indulgentia·q̄
ne ipm quod vltro ſpoponderat implere preualuit·
nam de q̄ p̄ſumere auſus eſt·deficit ei ·ne ſibi ipi deſi
ceret peierans. Quādo eñ vir bonus atteſtaretur
homini que rumor publice opinionis et operis ve
ritas deteſtatur. Quid ergo ille non iurauit et iſte
epus eſt. O rem ignorantia omniū dignā·et perpe
tuo ſi fieri poſſit ſilentio comprimendā . Verū id ſe
ro· heu notus eſt orbi triūphus dyaboli vbiq̄ꝫ pro
nat planctus mīcrcū ſoꝝ·et planctus bonoꝝ · p
eo quod videatur ſapientiā viciſſe malicia. Oſtēta
tur digito matris eccleſie turpitudo p̄ris· innocētij
verenda irridentur·denudata ſeruo nequā quē mor
tuū putat·ſed viuit in vobis. Si is exitus immine
bat·cur e longinquo romam eſt peracta cauſa ſpur
ciſſima vmbra magis et angulo digna . Cur tanta
mari terraq̄ꝫ a multis aſſumpta fatigatio·cur a fini
bus terre euocati viri religioſi·q̄ eū accuſarēt et pau
perū xp̄i marſupia longi itineris expenſis exhau
ſta ſunt. Non poterat epari turpis infamiſq̄ꝫ pſo
na ꝙ inuitus doleſq̄ꝫ loquor niſi que in illo hor
rebat anglia·francia abhominabatur ·etiam roma

tutiorē ſublimiorē ſ; nō ſecurioꝛē. ēm terribilis ꝑſus
terribilē ē loc⁹ iſte. Hoc⁹ mqm in q̄ ſtas tēra ſancta eſt
loc⁹ petri ē locus ꝑncipis apſtorum. vbi ſteterūt pe
des ei⁹. locus illi⁹ ē. quē cōſtituit dn̄s dn̄m domus
ſue. et principem oīs poſſeſſionis ſue. Si forte decli
naueris a via dn̄i in eodē ſepultus ē loco. vt ſit tibi
cōtra te in teſtimoniū. Merito tali paſtori tali nutri
tio. cōmiſſa ē eccl̄ia. cū adhuc tenera adhuc in cuna
bul. cui⁹ edocta magiſterio. et exemplo educata. oīa
terrena calcaret. vtpote q̄ excuſſerat manus ſuas ab
omni munē. q̄ dicebat de corde puro et cōſciētia bo
na. Argētū et aurū nō eſt m̄ hec hactenus. Ceterum
cauſa q̄re ai temp⁹ ſcripſerim vob. hec ē Wintonien̄
epus. et archiepus eboracen̄. nō ꝯiuntur vno ſpi
ritu cū cantuarien̄ archiepo. ſ; incedunt ſibi ex adu
ſo. et hec ver⁹ ē de legatōe q̄rela. Verūtū q̄s eſt ille
et q̄ ſuit illi. Nōne eboracen̄ ipe eſt. cui te p̄ñte cum
adhuc eſſet vn⁹ ex nob fratres tui in faciē reſtiterūt
eo q̄ repr̄henſibil erat. ſ; ſperauit in multitudine di
uiciarū ſuarū. et ꝑualuit in uanitate ſua. Certū eſt
tn̄ q̄ nō intrauit p oſtiū in ouile ouiū. ſ; aſcēdit ali
unde. Si paſtor fuiſſet. diligēdus erat. ſi mercēnari
us tollerādus. Nūc aūt cauēdus et repellēd⁹. vtpo
te fur et latro. Quid dicā de dn̄o wintonien̄. opa
que ipe facit teſtimonium ꝑhibēt de eo porro archi
epus cantuarien̄ cui adūſantur. vir religioſ⁹ ē et ſua
uis. et olētis opinionis p ipo petim⁹ et reſpōdeat
ei iuſticia ſua. Verū illoꝝ iniq̄tas ſup eos vt ſit ſi
cut ſcriptum ē. iuſticia iuſti ſup eū erit. et impietas
impij erit ſup eū. Cum acceperis tempus ſcdm opa
manuū illoꝝ retribues ill vt ſciāt ꝓphetā eſſe i iſra
hel. Quis michi det añq̄ moriar videre eccl̄iam dei
ſicut in dieb antiq̄s. qn̄ apl̄i laxabāt retia in captu
ram non auri vel argenti ſed in capturam aīarum
Quam cupio illius te hereditate vocem cuius ad
eptus es ſedē. pecunia tua tecū ſit in ꝑditionē
O vox tonitrui o vox magnificēcie et virtutis ad
cui⁹ terrorē cōfundātur et conūtantur retrorſū om
nes q̄ oderūt ſyon. ſ; vehemēter expectat et omnino
expetit a te mater tua. hoc filij m̄ris tue puſilli cum
maiorib deſiderāt. ſ; ſuſpirant. vt plantatō quā nō
plantauit pr̄ celeſtis manibus tuis eradicetur Ad ſ;
eñi conſtitut⁹ es ſup gētes et regna vt euellas et de
ſtruas. et edifices et plantes Multi audito hoc v̄bo
dixerūt apd ſe. Iam ſecuris ad radicē arboris po
ſita eſt Mlti dicunt in corde ſuo. flores apparuerūt
in terra nr̄a. tempus putatōis aduenit. in q̄ ſarmen
ta ſterilia recidātur. vt ea que ꝑualēt vberib fructū
ferant. Cōfortare igitur et eſto robuſt⁹. manus tue
in ceruicib inimicoꝝ tuoꝝ. vendica tibi anima cō
ſtantia et vigore ſpūs. ptem quā dedit tibi extra fra
tres tuos omipotēs pr̄. quā et tulit de manu amo
rei. in gladio et arcu ſuo In omnib tn̄ opib tuis
memēto te eſſe hoiem. et timor ei⁹ qui aufert ſpiritū
ꝑncipū. ſemp ſit añ oculos tuos. Quātoꝝ in bre
ui romanoꝝ pōtificum mortes tuis oculis aſpexi
ſti. Ipi te ꝑdeceſſores tui tue certiſſime et ciciſſime
deceſſionis amoneāt et modicum tp̄s dn̄atōis eoꝝ
paucitatē dierū tuoꝝ nunciet tibi. Iugi ꝑinde me
ditatōe inter hui⁹ trāſeūtis glīe blādimēta memora

re nouiſſima tua. q̄ quib ſucceſſiſti in ſedē ipos ſi
ne dubio ſequeris ad mortē

Ad eundē de eboracen̄ intruſo. vt qd adhuc incom
pletū eſt ꝑficiat 280

Importun⁹ ſum. ſ; habeo excuſatōem. Euge
ni⁹ apl̄at⁹ excuſat me. Aiūt nō vos eſſe pa
pā ſ; me. et vndiq; ad me cōfluūt. qui hñt negocia
nec deſūt in tanta multitudine amicoꝝ. quib offici
um negare nō poſſū. Non ſolū abſq; ſcandalo ſ;
etiā abſq; peccato. Et nūc eſt etiā alia excuſatio. nō
min⁹ ydonea. q̄ cauſa honeſtiſſima ē. cōtra ydolū il
lud eboracen̄ iterato ſtilus dirigitur. ea. ſ. neceſſita
te. q̄ ſepenumero hoc telo impetitū a nobis nerdū
confeſſū eſt Cur hoc. q̄ nil forte a nob directū eſt.
q̄lis fuit gladi⁹ ionathe. q̄ nūq̄ redijt retrorſū. nec ſa
ne fuit culpa iaculi. ſ; dirigentis iaculū. patet eñi q̄
nō in ea fortitudine qua oportuit miſſū ē. Nec mi
rum. q̄s eñi in manu fortis ſagittas mittere poteſt ni
ſi fili⁹ excuſſoꝝ q̄ locum petri tenet. pōt vno ictu ex
tinguē mariā. vno ſymonem magū. et vt plani⁹ qd
loq̄mur fiat. ꝑemptoriā dare ſñiam ad depoſitōem
epoꝝ. ſoli⁹ romani pontificis noſcitur eſſe. p eo ni
mirū. q̄ ſi et alij multi vocati ſūt. in ptē ſollicitudi
nis. ſol⁹ ipe plenitudinē habeat poteſtatis Solus ꝑ
inde ſi dicē audeā in culpa ē. ſi culpa nō feritur que
feriēda ē. et eo impetu q̄ fuerit ferienda. Quo autē
impetu dico nō feriēda. ſ; fulminanda fuerit predicti
eboracen̄ culpa. vr̄e cōſciēcie derelinq̄. Ceterū q̄ fac
tum nō ē. vob credim⁹ reſeruatū. vt in eo experiatur
eccl̄ia dei. cui ipo actore pēſtis. feruorē zeli vr̄i. potē
tiā brachij vr̄i. et animi ſapiētiā. et timeat oīs popu
lus ſacerdotē dn̄i. audiens ſapientiā dei eſſe in illo
ad faciendū iudiciū

Ad eundē cōtra quē ſupra. Eboracēſem intruſum 281

Tuā cupio illa ſemp de vob audire in quib
gl̄ificetur de⁹ honorificetur miniſteriū vr̄m
et aīa mea letificetur. Inde ē q̄ audita reſponſione
vr̄a de q̄buſdam. ad officiū legatōnis. nimiū videbā
tur et ambicioſe aſpirare. et impudēter ſperare ſup
q̄ dicere poſſum⁹. ſum⁹ letātes. nō aūt nos tn̄. ſ; et
oīns q̄ diligūt nomē vr̄m gauiſi ſūt gaudio mag
no. Porro viſis lr̄is. q̄s p cauſa. ruthenen̄ eccl̄ie de
ſtinaſtis tūc paſ⁹. tūc repletū eſt gaudio os nr̄m. et
lingua nr̄a exultatōe. Hec atq; huiuſmodi digna
ſūt vr̄o apl̄atu. ſūmam nobilitāt ſedē. decent plane
oīb epm Unde et flecto genua mea ad ipm vnici hu
i⁹ nr̄i ꝑmat⁹ auctorē. vt det vob ſic ſape ſic agē ſēp i
euellēdo et plātando in deſtruēdo et edificādo. ſiq̄dē
in ruinā et reſurrectōem multoꝝ hāc cathedrā aſcen
diſtis. Ruant ruant q̄ noxie ſtāt. erigantur digni.
ponatur ſecuris ad radice ſteriliū plātationū. pur
gētur fructifere. ut fructū pl⁹ afferāt ꝑſidēte inq̄ hu
mili eugenio. deponātur ſupbi de ſede et exaltentur
hūiles. Eſurietēs impleātur bonis. et diuites dimit
tantur inanes. Nup nēpe exultatōne vniūſe terre
ita factū ē in cauſa cuiuſdā paupis epi. Age ergo

tráſeat iá ſanctꝰ hic pietatis zelꝰ · et ad miſerá eccliá
illá tráſmariná · q̃ tẽpꝰ miſeredi eiꝰ vinea dñi ſaba=
oth ẽ · vinea electa · vinea ſpecioſiſſima · ſ; heu i deſer=
tũ pene redacta · q̃ ſingularis ferꝰ depaſcitur eá. Cur
dicũt int̃ gẽtes vbi ẽ deꝰ eiꝰ. vbi quẽ poſuerũt cuſto
dẽ in vineis · vbi manꝰ putãtis vbi ſarculꝰ excolẽtis
quouſq; ſarmẽto · inutili occupatur tellꝰ · ſuffocatur
fructꝰ · et certe tempꝰ putatõis aduenit · ſiquidẽ hõ
pacis eiꝰ in q̃ ſperauit · q̃ ſe purgare deberet nõ pur
gatõe ſ; amputatõe opꝰ eſſe teſtatur. Extant demq;
lr̃e ipſiꝰ de eo ad aplĩce ſedis legatũ · in q̃b; manifeſ
te manifeſtá aſſerit intruſionẽ · electõem negat. Ita
ẽgo quẽ ſibi parauerat defenſorẽ · accuſatorẽ ſuſtinet
ad hec que vbiq; de eo publica fama cõcelebrat · etiá
virũ militarẽ poſſent oĩni iure ſpoliare cingulo mi
litari. Quo iá poterit ſtare · vbi mĩtiplex uob ſub=
eſt ratõ deiciẽdi · et non deeſt volũtas · legi ſiqdẽ ſeiũ
vẽm p eccliá illa in lr̃is vr̃is · et iá exigo de manib;
vr̃is · q̃ ná via predendum ſit ad eiꝰ deiectõem. Neq;
eñi in vna eſſe videtur · nõ ẽ meũ dictare ſapiẽti · nec
multũ vr̃a ĩtereſt · q̃ pte arbor infructuoſa cadat · dũ=
mõ cadat dico tñ. Qui ſibi poſſeſſionẽ vẽdicat fur=
tiuarũ cõmertio lr̃arũ. Nonne fur eſt et latro. De=
niq; vbi aſſerit habuiſſe ſe clandeſtinas lr̃as execra=
tionis ſue · aut verũ ẽ aut falſũ qd̃ loqtur. Si verũ
ẽ reꝰ eſt furti · et ſũmi põtificis criminator · ſi falſũ de
bet audire · occidiſti et poſſediſti. Os eñ qd̃ mẽtitur
occidit aĩam. Sed abſit vt tantá de tali viro creda=
tur duplicitas · q̃nta ab iſto ei imponitur. Nẽpe in
nocenꝰ hic erat · cui ſi p ſe reſpondere liceret · pcul
dubio diceret huic q̃ ego in te palá dedi ſñiam · et
in occulto locutus ſum nichil

242 Ad · Ildefonſũ · Comitẽ ſancti · Egidij de henrico
heretico vt viriliter aſſiſtat Oſtieñ · qui cõtra dictum
hereticum mittebatur ad ptes ſuas

Quãta audiuimꝰ et cognouimꝰ mala que in ec
cleſijs dei fecit et facit q̃tidie. H · hereticus
verſatur in terra · ſub veſtimentis ouiũ lupꝰ rapax · ſ;
ad dñi deſignatõe; a fructib; eiꝰ cognoſcãmꝰ illũ. Ba
ſilice ſine plebib; · plebes ſine ſacerdotib; · ſacerdotes
ſine debita reuerẽtia ſunt · et ſine xp̃o deniq; xp̃iani
Ecclie ſynagoge reputãtur · ſanctuarium dei ſanctũ
eſſe negatur · ſacramẽta nõ ſancta cẽſentur · dies feſti
feſtiuis fruſtrãtur ſolẽnijs · moriũtur hoies in pecca
tis ſuis · rapiũtur paſſim aĩe ad tribunal terrificum
Heu nec pecunia recõciliati · nec ſancta cõmunione
muniri · puulis xp̃ianorũ xp̃i intercluditur vita dũ
baptiſmi gr̃a negatur · nec ſaluti ꝓpinq̃re ſinuntur ·
ſaluatore licet pie clamitãte p eis. Sinite inq̃t puu
los venire ad me. Ergo neq; hoies et iumẽta ſalua
uit · quẽadmodũ mĩtiplicauit miſericordiá ſuá deꝰ
ad ſolos tñ innocẽtes nõ patitur eãdẽ tá multá miſe
ricordiá pũenire. Quid queſo qd̃ inuidet puul; ſal
uatorẽ puulũ q̃ natꝰ eſt eis. Inuidia hec diabolica
eſt. Inuidia hac · mors intrauit in orbẽ terrarũ. An
putat puulos ſaluatore nõ egẽ · q̃ puuli ſunt. Si
ita ẽ ergo q̃tis magnꝰ dñs factꝰ eſt puꝰ · vt omittá
q̃ flagellatꝰ eſt · q̃ ſputis illitꝰ · q̃ cruci affixꝰ · q̃ deni
q; mortuꝰ ẽ. Nõ ẽ hic hõ a deo q̃ ſic cõtraria et facit
et loq̃tur · pchdolor auditur tñ a pl̃ib; · et ꝑplm q̃ ſi
bi credat habet. O infeliciſſimũ ꝑplm ad voce oĩꝰ
